FONTES

IURIS GERMANICI ANTIQUI

IN USUM SCHOLARUM

EX

MONUMENTIS GERMANIAE HISTORICIS

SEPARATIM EDITI.

LEGES VISIGOTHORUM ANTIQUIORES.

HANNOVERAE ET LIPSIAE.
IMPENSIS BIBLIOPOLII HAHNIANI.
1894.

FONTES

IURIS GERMANICI ANTIQUI

IN USUM SCHOLARUM

EX

MONUMENTIS GERMANIAE HISTORICIS

SEPARATIM EDITI.

LEGES VISIGOTHORUM ANTIQUIORES.

HANNOVERAE ET LIPSIAE.
IMPENSIS BIBLIOPOLII HAHNIANI.
1894.

LEGES VISIGOTHORUM

ANTIQUIORES.

EDIDIT

KAROLUS ZEUMER.

HANNOVERAE ET LIPSIAE.
IMPENSIS BIBLIOPOLII HAHNIANI
1894.

HANNOVERAE. TYPIS CULEMANNORUM.

IN HOC VOLUMINE CONTINENTUR:



PRAEFATIO.

Legum Visigothorum editioni, quam in Legum sectione I. praebebimus, hanc praeviam praemittendam curavimus, qua non nisi antiquiores leges comprehendimus, scilicet Codicem legum, quem dicimus Euricianum, et Legem Visigothorum Reccessvindianam, quae in antiquissimo codice manuscripto inscribitur: Liber iudiciorum. Codicis Eurici non nisi fragmenta exstant in codice unico Parisiensi, quae ex schedis Fr. Heinrici Knust posthuma edidit Fridericus Bluhme, perperam ea Reccaredo I. attribuens. Cuius codicis a me retractati textum nonnullis locis emendatum nunc quidem lectori praebeo; tamen definitivam editionem non paraverim, antequam fragmentis iterum inspectis et, si fieri poterit, arte photographica adhibita scripturae evanidae et obliteratae vestigiis magis illustratis, investigatis, exploratis textum pleniorem et certiorem exhibere possim. Legem autem Reccessvindianam adhuc fere incognitam ideo iam ante definitivam editionem in publico proponendam duxi, quia hoc fundamento niti debet, quicumque de legislatione Visigothorum vult investigare vel disputare. Haud dubie enim multi errores et dubitationes, quibus adhuc implicati sunt viri docti, hac originali et genuina Legis Visigothorum forma perspecta facillime solvuntur.

Praeterea in Appendice huius voluminis subiecta sunt et Capitula, quae dicuntur Gaudentiana, et duae Leges extravagantes. Itaque nunc tribus capitibus breviter de singulis disseramus, scilicet cap. I. De Codice Eurici, cap. II. De Lege Reccessvindiana, cap. III. De Appendice. Antequam autem ad singula tractanda aggrediar, principales libros et dissertationes enumerabo, in quibus viri docti de his legibus disputaverunt: F. C. v. Savigny, 'Geschichte des Römischen Rechts im Mittelalter' (ed. 2) II (Heidelberg 1834*), p.* 67 *sqq. et Joh. Merkel ibi in tomo VII (*1851*), p.* 42 *sqq.; Fr. Blume (postea: Bluhme), 'Die Westgothische Antiqua*

oder das Gesetzbuch Reccared I.' (Halle 1847*); E. Th. Gaupp, 'Ueber das älteste geschriebene Recht der Westgothen' in 'Germanistische Abhandlungen' (Mannheim* 1853*) p.* 27 *sqq.; Adolf Helfferich, 'Entstehung und Geschichte des Westgothen-Rechts' (Berlin* 1858*); O. Stobbe, 'Geschichte der Deutschen Rechtsquellen' I (Braunschweig* 1860*), p.* 71 *sqq.; Felix Dahn, 'Westgothische Studien' (Würzburg* 1874*; Caput I: 'Zur Geschichte der Gesetzgebung bei den Westgothen', iam a.* 1872. *separatim editum est); Fr. Bluhme, 'Zur Texteskritik des Westgothenrechts und Reccareds Leges antiquae' (Halle* 1872*; additus est libellus suprascriptus: Blume, Die Westg. Ant.); A. Gaudenzi, 'Un' antica compilazione di diritto Romano e Visigoto' (Bologna* 1886*; cf. K. Zeumer, 'N. Arch.' XII, p.* 389 *sqq.); H. Brunner, 'Deutsche Rechtsgeschichte' I, p.* 320 *sqq.*

Editionem fragmentorum Eurici paravit Fr. Bluhme l. c. ex schedis Knustii. Legis Visigothorum Reccessvindianae, quamvis integra adhuc non edita sit, pleraque capita extant etiam in prioribus Legis Visigothorum editionibus, ex quibus praecipuae sunt hae: Lindenbrogii in Codice legum antiquarum (Frankofurt. ad M. 1613*), editio academiae Madritensis: 'Fuero Juzgo en Latin y Castellano' (Madr.* 1815*), et ea, quam paravit F. Walter in Corpore iuris Germanici antiqui I (Berolini* 1824*). De his aliisque editionibus cf. Fr. Bluhme, 'Texteskritik'.*

Cap. I.

De Codice Euriciano.

Exstant Codicis Euriciani fragmenta in codice unico, qui est:

Codex Parisiensis Lat. 12161, *olim Corbeiensis, tunc S. Germani Paris.* 1278. *Cf. 'Archiv' VII, p.* 719. *et Blume, Westg. Ant. p.* I *sqq. Codex rescriptus continet Hieronymum et Gennadium: De Viris illustribus, saec. VIII. Antea autem in nonnullis foliis Codicis Euriciani leges scriptae erant litteris uncialibus saec. VI—VII; fragmenta vel singula vestigia huius codicis exstant paginis* 83—86. 91—94. 103—106. 139—144, *paginis ergo duodeviginti seu foliis novem. Ex quibus foliis autem quattuor non ex singulis, sed ex binis antiquioris codicis foliis formata sunt; qua re factum est, ut foliorum* 13 *seu paginarum* 26 *antiqui legum codicis habeamus fragmenta. Ordo antiquus foliorum efficitur ex capitum numeris singulis codicis constitu-*

tionibus praefixis. Signum quaternionis X. antiqui codicis, quod legitur infra in margine paginae 84, *probat hanc paginam fuisse paginam* 160. *antiqui codicis. Quaternionis X. folia octo vel eorum fragmenta servata sunt, reliqua folia quinque ad quaternionem XI. pertinent. Servatae sunt omnino antiqui codicis paginae* 145—160. 163—172. *Quod ad singularum paginarum ordinem attinet, noster ab eo, quem Fr. Bluhme instituit, eo tantum differt, quod nos paginam* 144. *codicis novi paginam* 163. *antiqui codicis,* 143. *autem* 164. *formasse existimamus; Bluhme autem* 144. *post* 143. *posuit. Comprehendunt fragmenta partem codicis legum inde ab capite* 276. *usque ad caput* 336. *Praeterea textus in titulos, qui non numerati sunt, divisus est, quorum quisque complura capita comprehendit. Trium titulorum rubricae servatae sunt, cf. infra p.* 4. 7. 14; *quinque autem titulorum certe exstant fragmenta; cf. p.* 11.

Eodem legum corpore, ad quod haec fragmenta pertinent, usi sunt etiam auctores Legis Baiuvariorum; nam quod suspicatus est J. Ficker, 'Erbenfolge der ostgerman. Rechte' I, p. 434 *sqq., in Lege Baiuvariorum condenda antiquiorem quandam formam, quam fragmenta praebent, adhibitam esse minus probabile videtur. Baiuvari constitutiones Codicis Eurici alias ad verba exscripserunt, alias plus minusve mutatas receperunt.*

Pleraeque fragmentorum leges etiam in Lege Visigothorum ab Reccessvindo edita sub rubrica 'Antiqua' leguntur. Neque vero omnes 'antiquae' leges ibi ex Eurici Codice proveniunt, neque omnes Eurici leges ibi receptae sunt, neque etiam eae, quae inde sumptae sunt, ad verba semper cum fragmentis conveniunt; sed retractatae, emendatae, interpolatae nonnunquam inveniuntur.

Eam formam legum Visigothorum, ad quam pertinent et fragmenta et Visigothica Legis Baiuvariorum, antiquissimam esse, quam habemus, inter omnes fere constare videtur[1]. *Dissentiunt autem viri docti de auctore huius formae, e quibus eis assentior, qui eam Eurico regi (a.* 466—485*) tribuunt.*

Euricum enim primum legislatorem Visigothorum fuisse monet Isidorus Hispalensis in Historia de regibus Gothorum, cap. 35: Sub hoc rege Gothi legum statuta in scriptis habere coeperunt; nam antea tantum mori-

1) *Excepto sc. Augusto Gaudenzi, qui capitula ab eo reperta, cf. infra p.* 317 *sqq., antiquiores existimat.*

bus et consuetudine tenebantur. *Et cap.* 51. *de Leovigildo refert:* In legibus quoque ea, quae ab Eurico incondite constituta videbantur, correxit, plurimas leges praetermissas adiciens, plerasque superfluas auferens. *Hos solos legislatores reges populi sui Isidorus memorat, Alaricum II. forte ideo omittens, quia non Gothis leges dedit, sed Romanorum leges collegit. Cum quibus Isidori verbis optime convenire videntur leges Visigothorum, quas habemus; si enim codicis Parisiensis fragmenta et quae in Lege Baiuvariorum continentur ad legislationem Eurici, 'antiquas' autem Legis Reccessvindianae ad revisionem a Leovigildo rege factam revocamus.*

Euricum auctorem fuisse fragmentorum iam suspicati esse videntur viri docti illi ordinis sancti Benedicti, qui scripserunt opus illud, quod inscribitur: 'Nouveau traité de diplomatique' (Paris 1750 *sqq.); cf. Gaupp p.* 31*; Bluhme, Antiqua p.* XI. *Fridericus Bluhme autem, qui fragmenta edidit, in libelli saepe citati praefatione ea non Eurico, sed Reccaredo I. (a.* 586—601*) vindicavit. Cuius sententia, quamvis fundamentis satis infirmis nisa et a Th. E. Gaupp in recensione ('Neue Jenaische allgemeine Litteraturzeitung VII,* 1848, *p.* 161 *sqq.) et in 'Germanist. Abhandl.' l. c. optimis ex causis refutata, per longinqua tempora obtinuit. Secuti sunt eam inter alios Merkel, Helfferich, Stobbe, Dahn. Nuper autem H. Brunner, 'Deutsche Rechtsgeschichte' I, p.* 321 *sqq. Gaupii sententiam fere oblitam resumpsit et novis ex parte causis probavit. Quas nunc breviter exponam, propria, ubi locus est, munimenta additurus.*

Bluhme nititur loco, qui exstat in exemplari quodam interpolato Historiae Isidori, quod saeculo XIII. Lucas episcopus Tudensis suae Chronicorum collectioni inseruit. Loco isto interpolato, qui genuino operi Isidori deest[1], *de Reccaredo I. refertur:* anno regni sui sexto Gothicas leges conpendiose fecit abbreviari; *cf. Schottii Hispania illustrata IV, p.* 50.

Quis autem magis crederet interpolatori incognito, quam ipsi auctori fide dignissimo? Isidorus enim episcopus Hispalensis, metropolitanus provinciae Baeticae, inter primates Hispanicae ecclesiae ineunte saeculo VII. praestantissimus erat, qui praeerat conciliis regni, familiaris regum Gothorum, non minus rebus publicis quam ecclesiasticis expertus.

1) *Cf. de hac re Arevali Prolegomena seu Isidoriana II, cap.* 79, § 16 *sqq.; Isidori Opera I, p.* 700 *sqq.*

Quod ille de legum recensione Reccaredi I. tacet, maximi momenti et ponderis est. Certe enim, si res tam laudabilis a rege primo catholico facta fuisset, non tacuisset, qui de legum revisione Leovigildi haeretici accurate retulerat. Fontem, ex quo hauserit interpolator, non novimus. Equidem autem crediderim eum hoc loco falsam suam de Reccaredo opinionem ex exemplari quodam Legis Visigothorum Reccessvindianae sumpsisse, ubi pro Reccessvindo, ut plerumque factum est, Reccds *scriptum erat vel forte pro hoc compendio* Reccaredus *legebatur, ut ex. gr. in codice Skoklosterano plerumque pro Reccessvindo legitur* Reccareus. *Ex subscriptione autem ultimi capitis Legis Reccessvindianae, placiti scilicet quod exstat XII,* 2, 17, *infra p.* 313: anno feliciter sexto regni glorie vestre, *male de Reccaredo, non de Reccessvindo intellecta, interpolatorem temporis indicium sumpsisse existimaverim. Ut autem crederet, 'compendiose abbreviatam esse' hanc legis formam re vera vulgatis exemplaribus breviorem, facile potuit adduci; similiter etiam M. Bouquet codicem Legis Reccessvindianae (Cod. Paris. Lat.* 4668; *cf. infra p. XVI), quia brevior erat, abbreviatum existimasse videtur; cf. Fr. Bluhme, 'Texteskritik' p.* 3. *Ita factum esse videtur, ut exemplar illud interpolatum Isidori Historiae non solum de legum institutione Eurici et de revisione Leovigildi, sed etiam de legum compendio a Reccaredo facto referret.*

Fragmenta leges ab Eurico datas etiam ideo non posse exhibere F. Bluhme existimavit, quia cap. 285. *interpretatio Legis Romanae Visigothorum a.* 506. *promulgatae exscripta esse videbatur. Verba enim:* Nullus, qui pecuniam commendaverit ad usuram, per annum plus quam tres siliquas de unius solidi poscat usuras, *scripta esse videbantur ad exemplum interpretationis ad Cod. Theod. II,* 33, 2: si quis plus quam legitima centesima continet, hoc est tres siliquas in anno per solidum *etc. De qua re optime monuit H. Brunner hanc legitimae centesimae definitionem ex communi usu ab utroque auctore recipi potuisse. Revera eadem definitio legitur etiam, ut infra p.* 7, *n.* 1. *monui, in Iustiniani Novella (Auth.)* 34. *Praeterea autem nunc satis constat interpretationem in corpus Alarici II. receptam magna ex parte iam ante a.* 506. *exstitisse*[1].

Qui Reccaredo I. fragmenta vindicant, credunt eum ideo praecipue leges recensuisse, ut concordaret eas cum fide et iure ecclesiae catholicae, ad quam ipse cum populo se con-

1) *Cf. Karlowa, 'Röm. Rechtsgeschichte' I, p.* 977.

verterat; itaque etiam cap. 306. *fragmentorum ad canonem* 3. *Concilii Toletani III. (a.* 589*) scriptum esse. Caput autem illud cum illo canone nullo modo cohaerere, quis est, qui non videat, praesertim post falsum primae editionis supplementum eiectum? Immo, ut H. Brunner exposuit, caput illud potius iuri ecclesiastico Arianorum respondere videtur.*

Minime vero Felici Dahn assenserim, qui ex eo, quod legislator cap. 277. *patrem suum 'bonae memoriae', non autem 'beatae memoriae' vel similiter appellavit, suspicatus est, Reccaredum de patre suo haeretico ibi locutum esse. Potius ne 'bonae' quidem 'memoriae' patrem a filio catholico dictum esse crediderim.*

Ita causis adversariorum reprobatis, alias referemus, quibus sententia nostra probatur.

Primum quod attinet ad rationem loquendi, valde distant, ut monuit H. Brunner, fragmenta ab legibus regum Visigothorum saeculi VII. Habemus etiam leges ab ipso Reccaredo I, ut infra demonstrabimus, datas; scilicet L. Vis. Recc. III, 5, 2. *XII,* 1, 2*;* 2, 12. *Ex quibus in III,* 5, 2 *et XII,* 1, 2 *eandem fere orationem tumidam et verbosam deprehendimus, quam in legibus saeculi VII, valde differentem a clara et simplice fragmentorum oratione. Sola lex XII,* 2, 12 *eadem fere simplicitate et brevitate est, quod indole fontium Romanorum, ex quibus scripta est, effectum videtur. Etiam legem novellam a Theudi rege a.* 546. *datam (cf. infra p.* 55, *n.) constitutionibus saeculi VII. tumore et verbositate non cedere etiam ex textu editionis lacunoso et vitiis squalenti satis apparet. Fragmenta autem eadem fere simplicitate et perspicuitate, orationi vere eleganti propinqua, scripta sunt, qua interpretatio in Legem Romanam Alarici II. recepta, Eurico fere coaeva, excellit.*

Deinde quod iuris Romani regulae, quae non paucae in fragmentis occurrunt, non ex interpretatione illa sumptae, sed libere et, ut videtur, ex plena vivi Romani iuris scientia formatae sunt, id multo magis Eurici quam Reccaredi aevum indicare videtur, ut exposuit H. Brunner.

Praeterea autem, quod iam E. Th. Gaupp monuit, status iuris publici et privati, quem ex fragmentis cognovimus, potius in saeculum V. quam in VI. quadrat. De divisione terrae, qua fundi possessorum in tertias Romanorum et sortes Gothicas divisi sunt, constituitur cap. 277. *et, ut videtur, cap.* 304. *Quod cum tempore Reccaredi, cuius regnum coepit plus quam centum annos post Hispaniam et universam Septimaniam ab Eurico in ditionem Gothorum redactam, fere* 170 *autem*

annos, postquam Wallia et Theodericus I. regnum in Gallia condiderant, minime convenit. Neque enim crediderim Romanorum tertias seu sortes Gothorum seu antiquorum fundorum terminos exeunte saeculo VI. in plerisque regni partibus exstitisse vel cognitos fuisse. Si vero auctor legum cap. 277. *constituit:* Antiquos terminos sic stare iubemus, sicut et bonae memoriae pater noster in alia lege praecepit, *quis est, qui cogitet de lege Leovigildi potius, quam Theoderici I. regni fundatoris. Quem leges dedisse etiam Appollinaris Sidonius testari videtur verbis illis Ep. II,* 1 *(Auct. ant. VIII, p.* 22*):* leges Theodosianas calcans Theodoricianasque proponens; *quod, ut iam satis expositum est, minime repugnat eis, quae dicit Isidorus:* Sub hoc rege *(Eurico)* Gothi legum statuta in scriptis habere coeperunt; nam antea tantum moribus et consuetudine tenebantur; *si enim haec ad corpus legum, illa ad singulas leges referuntur.*

Maximi denique momenti esse existimo rem, quam iam monuit, sed haud satis urgebat E. Th. Gaupp; scilicet quod terminus, qui causis commovendis obsistat, idem est atque in Lege Burgundionum, si fragmenta Eurico tribuuntur. Ibi cap. 277. *rex praecepit:* actas omnes causas . . ., quae intra XXX annis definitae non fuerint . . . sive debita, quae exacta non fuerint, nullo modo repetantur. Et si quis post hunc XXX annorum numerum causam movere temptaverit, iste numerus ei resistat. . . . Omnes autem causas, quae IN REGNO BONAE MEMORIAE PATRIS NOSTRI . . . actae sunt non permittimus penitus conmoveri. *Regno patris Eurici, Theoderici I. regis, finem fecit dies pugnae Catalaunensis sive Mauriacensis a.* 451, *in qua rex interfectus est; cf. Iordanes, Getica c.* 40 *(Auct. ant. V,* 1, *p.* 111*).*

Eodem modo, ex parte etiam eisdem verbis res in Lege Burgundionum ordinatur. Constituitur ibi 79, 5: quia omnia ad quietem omnium pertinentia ex lege convenit provideri, omnes omnino causas de quibuscunque rebus, quae intra XXX annos non fuerint definitae, nullo eas postmodum licebit ordine commoveri, quia satis unicuique ad requirendum et recipiendum, quod ei debitum fuerit, suprascriptus annorum numerus constat posse sufficere. *In eadem autem lege legimus* 17, 1: Omnes omnino causae, quae inter Burgundiones habitae sunt et non finitae USQUE AD PUGNAM MAURIACENSEM, habeantur abolitae.

Utraque ergo lex causis praescriptionem triginta annorum constituit, praeterea autem iam omnes causas ante pugnam illam celeberrimam et fatalem actas esse abolitas. Auctores Legis Burgundionum antiquissimas Visigothorum leges ante oculos habuisse et non pauca ad earum exempla scripsisse nuper demonstravit H. Brunner, 'D. RG.' I, p. 339. *Etiam hic mihi videntur Burgundiones Visigothicas leges imitatos esse, quaedam ad verba exscribentes*[1].

Ex eadem re etiam tempus, quo Lex Eurici data est, efficitur. Nam si generaliter quidem XXX annorum praescriptio constituitur, praeterea autem omnes causae ante pugnam illam anni 451. *actae abolitae declarantur, hanc legem nonnullis annis ante annum* 481. *datam esse oportet. Econtra opus legislationis Euricum certe non primis annis post regnum acceptum finivisse crediderim; itaque intra annos fere* 470. *et* 475. *Codex Eurici editus esse mihi quidem videtur.*

Codex Eurici, cuius non nisi fragmenta tradita sunt, in integrum restitui non potest. Pleraeque quidem constitutiones, quae in Lege Reccessvindiana 'antiquae' inscriptae sunt, ex Codice Eurici receptae sunt, neque vero omnes antiquae inde sumptae sunt, neque omnes Eurici leges receptae sunt; quae autem receptae sunt ex parte non inmutatae in Reccessvindiana Lege exstant; sed ea forma, quam Leovigildi recensione accepisse videntur. Certe quidem eas leges 'antiquas' Eurico attribuere debemus, quae in Leges Baiuvariorum, Burgundionum, Francorum receptae vel ibi adhibitae sunt; cf. H. Brunner, 'D. RG.' I, p. 300. 314 *sq.* 339.

In Codicis Eurici fragmentis edendis usus sum apographo Knustii, quod ipse Parisiis cum codice contuli inspectis etiam notis, quibus Anschütz de revisione sua retulit, 'Archiv' XI, p. 215 *sqq. Quae non lecta, sed suppleta sunt uncis quadratis* [ ] *inclusi. Aperte lecta et supplementa certa rectis litteris, antiquis quae dicuntur, imprimi feci, quae dubitans legi vel supplevi obliquis litteris, cursivis quae dicuntur.*

Paginas codicis signo || *distinxi et in margine paginas codicis, quales nunc sunt, et uncis inclusas paginas, quales in antiquo legum codice erant, indicavi. Versus singulos paginarum codicis singulis lineis disposui.*

1) *Cui opinioni non obstare videtur, quod tit.* 79. *Legis Burg. constitutionem a.* 515. *datam praebet; nam illa simillimi certe legi deperditae substituta est; cf. etiam Legem Romanam Burg. t.* 31.

Textum pleniorem et certiorem, ut supra monui, editio nostra definitiva, spero, exhibebit; tamen etiam hanc multo praestantiorem esse priori nemini latebit conferenti utrumque textum, ex. gr. capitum 286. 300. 322.

Cap. II.

De Lege Visigothorum Reccessvindiana seu Libro iudiciorum.

Codex Euricianus solis Gothis leges praebuit, Codex Alaricianus a. 506. *editus solis Romanis, id est provincialibus; utraque natio proprio iure separato vivebat. Temporibus prioribus etiam connubium inter Gothos et Romanos deerat; constitutio enim Valentiniani et Valentis, qua connubium inter Romanos et barbaros vetitum erat, Codici Alariciano, C. Theod. III,* 14, 1, *inserta est*[1]. *Postquam autem hanc constitutionem nova lex, in Reccessvindiana 'antiqua' dicta, fortasse a Leovigildo Codici Euriciano addita, L. Vis. Recc. III,* 1, 1, *sustulerat, utraque natione in unam concrescente iuris et legum diversitas haud ita diu potuit sustineri. Itaque Reccessvindus rex Chindasvindi patris, ut videtur, voluntatem perficiens unum ius utrique nationi constituit, unum legum librum edens, cuius leges 'in cunctis personis ac gentibus imperio suo subiugatis valere' decrevit, II,* 1, 4, *alium librum legum in iudicio proferri vetuit, II,* 1, 9, *ius Romanum sustulit, II,* 1, 8.

Qui liber legum Reccessvindi nobis traditus est duobus codicibus manuscriptis. Sunt autem hi:

R 1. *Codex Vaticanus Regin.* 1024 *(in pagina ultima vetus numerus* 9211 *legitur), saec. VIII,* 4°, *constat foliis* 138. *Continet foliis* 1—138'. *'Librum iudiciorum' sive Legem Visigothorum. Fol.* 112'. *in margine notae Tironianae exstant. Sequuntur fol.* 138'. *eadem manu, qua lex scripta est, duae leges in ipso textu omissae:* Lex ista de libro secundo, titulo primo, era XV. Lex ista de libro VI, titulo V, era X. *Sequitur eadem pagina initium sermonis Sancti Augustini de cena Domini male exaratum, tunc fol.* 138'. *manu, quae legem scripsit, exarata series regum Visigothorum usque ad Chindasvindum; cf. infra p.* 314 *sqq. Cum reliquas lectiones huius codicis omnes in editione notaverim, tantum opus est, ut regum Chindasvindi et Reccessvindi nominum, quae in editione semper uno eodemque modo ex-*

1) *Cf. F. Dahn, 'Könige' VI*², *p.* 80 *sq.*

pressi, formas et compendia, quibus auctor codicis usus est, exscribam. Pro Chindasvindo plerumque exstat Chnđs *vel* Chinđs, *legitur etiam* Cnđs, Cnđđ *et* Cindasvindus. *Pro Reccessvindo plerumque legitur* Recøđs *vel similiter, sed etiam* Rec̄c̄nđs. *Codicem contulit b. m. Joh. Merkel; ego quaedam revidi.*

R 2. *Codex Parisiensis Lat.* 4668*; olim S. Remigii vol. LIIII, deinde regius* 5192, 1, *saec. IX. Constat foliis* 158. *Continet fol.* 1—2'. *praefationem glossatoris, quae incipit:* Diligenti cura; *ipsa glossa desideratur. Sequitur fol.* 2'—4'. *tabula librorum et titulorum Legis Visigothorum, tunc fol.* 4'—5'. *'Croneca regum Visegotorum' (infra p.* 314 *sqq.). Folia* 5'—158. *continent textum legis. Chindasvindi nomen plerumque scriptum est:* Chindasvindus, *legitur etiam* Chindasvintus, Chindasvinthus, Chindasvhintus. *Reccessvindi nomen plerumque* Reccessvindus *scriptum est, legitur etiam* Reccessvintus, Reccessvinthus, Reccesvintus, Reccens̄, Rcūs. *Codicem contulit Fr. Bluhme, ipse eum Parisiis revolvi.*

Legem Visigothorum his duobus codicibus traditam a Reccessvindo rege editam esse, satis probatur his causis. Primum lex illa nullas continet constitutiones a regibus post Reccessvindum regem datas; deinde Reccessvindus solus et semper in legum inscriptionibus 'gloriosus' dicitur, qua re rex eo tempore regnans honoratus videtur. Denique autem optime conveniunt cum hac legis forma quae Reccessvindus de libro legum a se edito dicit, praesertim in lege II, 1, 4, *quae incipit: 'Quoniam'. 'Leges' ibi 'in hoc libro conscriptas' praecipit solas valere:* quas aut ex antiquitate iuste tenemus . . ., aut genitor noster *(Chindasvindus rex)* . . . visus est condedisse, prolatis (prelatis) seu connexis aliis legibus, quas nostri culminis fastigium . . . edidit et formavit. *Leges ergo 'in hoc libro conscriptas' enuntiat esse aut 'antiquas', aut Chindasvindi, aut suas; quod in hanc legis formam optime quadrare, Index legum infra p.* 323. *facile demonstrabit. Continet liber legum antiquas* 318, *leges Chindasvindi* 99, *leges Reccessvindi* 87*; praeterea quidem tres leges Reccaredi I. praebet et duas Sisebuti; quas quod Reccessvindus hic specialiter non indicaverit, mirari non possumus*[1]. *Verbis: 'hic liber, presens liber, hic codex, pre-*

1) *Minime concesserim, quod voluit R. Schmeltzer in 'Zeitschrift der Sav.-Stift. Germ. Abth.' I, p.* 125 *sqq., Reccessvindi legem suprascriptam spectare ad alium codicem legum, compositum ex tribus separatis corporibus,*

sens codex, hae leges', Reccessvindus semper eandem legum collectionem significat et eam quidem, quae nobis tradita et infra edita est. Ad eam spectant verba II, 1, 4: leges in hoc libro conscriptas, *ad eandem alia II,* 1, 9: preter hunc librum, qui nuper est editus, *itemque II,* 1, 12: has leges, *et V,* 4, 22: presens liber *et* hunc codicem.

Dubitant viri docti, quid sibi velint haec verba legis 'Quoniam' (II, 1, 4*):* leges in hoc libro conscriptas ab anno secundo dive memorie domini et genitoris mei Chindasvindi regis in cunctis personis ac gentibus nostre amplitudinis imperio subiugatis omni robore valere decernimus. *Varias interpretationes, quae allatae sunt, enumerare perlongum est. Mihi autem haud dubie verba illa ita interpretanda videntur: leges in hoc libro conscriptas pari modo omnes, et antiquas et patris et suas, rex omnibus gentibus et personis regni sui valere decernit; 'conscriptas' autem dicit eas esse 'ab anno secundo' genitoris sui.*

Anno ergo secundo Chindasvindus rex revisionem forte, certe quidem collectionem legum instituere coepit, quam filius Reccessvindus post mortem patris supplevit et finivit. Verisimile est iam Chindasvindum librum legum ita condere voluisse, ut omnibus gentibus regni sui, et Gothis et Romanis, leges communes praeberet; certe quidem anno tertio regni sui constitutionem de quantitate dotis edidit, quae ad ius Romanum pariter atque ad Gothicum spectans utrique genti commune ius statuisse videtur[1]. *Reccessvindus autem opus ad perfectionem duxit, librum legum omnibus regno suo*

---

quorum primum leges antiquas, secundum leges Chindasvindi, tertium leges Reccessvindi continuisset. 'Wären diese Rechtsmassen', dicit auctor, 'in einander zu einem einheitlichen Ganzen verarbeitet, so wäre die getrennte Aufzählung der einzelnen lediglich ihrem historischen Ursprunge nach verschiedenen Theile schlechterdings unerklärlich'. Prorsus inexplicabilis mihi haec opinio videtur. Cur enim de hoc libro legum nobis tradito Reccessvindus rex dicere non debuisset, in eo leges et antiquas et patris et suas contineri? praesertim cum singula quaeque fere lex in eo inscripta est aut 'Antiqua' aut 'Flavius Chindasvindus rex' aut 'Flavius gloriosus Reccessvindus rex'. Immo Reccessvindi verba: prolatis (*vel* prelatis) *et* connexis *nullo modo ad talem codicem, qualem voluit R. Schmeltzer, in quo Reccessvindi leges 'subnexae' fuissent, pertinere potuissent. Hic ergo locus nequaquam fundamento esse potest iis, qui contendunt Reccessvindum ante legum codicem nobis traditum in XII libros digestum iam alium edidisse tripartitum. Quae autem ex aliis locis testimonia allata sunt, cf. Brunner, 'D. RG.' I, p.* 329, *n.* 37. 41, *textu genuino Legis Reccessvindianae inspecto obtineri non possunt. Nam lex II,* 1, 13 *(= Reccessv. II,* 1, 12*) verba ibi ex editione Walteriana allata non praebet; XII,* 2, 3 *autem non est Chindasvindi, sed Reccessvindi lex.*
1) *V. H. Brunner, 'D. RG.' I, p.* 328.

subditis communem edidit, unum ius regni variis iuribus personalibus adhuc valentibus substituit, leges Romanas, quas non in librum novum receperat, sustulit.

Quaeritur nunc, quo tempore Reccessvindus librum legis ediderit. Lex II, 1, 5 *non ante Concilium Toletanum VIII. a.* 653. *edita videtur. Placitum, quod ad calcem libri XII. legitur, datum est XII. Kalendas Martias anni VI. regni Reccessvindi. Cuius anni, ut acta probant Conciliorum Tolet. VIII. IX. X. Emerit., ubi et anni regni et aerae indicantur, ab Ianuario anni* 549, *neque vero post mortem patris numerabantur. Unde certum est, librum legum Reccessvindi non ante d.* 18. *Februarii anni* 554. *editum esse. Accuratius tempus non videtur definiendum; vix autem credendum est, codicem iam primis post mortem Chindasvindi annis editum et* 87 *illas Reccessvindi leges, quas continet, paucorum annorum spatio latas esse.*

Iam supra monui, Reccessvindum praeter suas et patris leges et antiquas etiam Sisebuti duas, Reccaredi autem primi huius nominis regis tres constitutiones corpori legum inseruisse. Reccaredus II. enim, qui parvulus a patre Sisebuto relictus Isidoro teste 'princeps paucorum dierum' fuit, leges edidisse non videtur. Expressis autem verbis ipsa lex testatur, constitutionem XII, 2, 12 *a primo, non ab altero Reccaredo datam esse, quia Sisebutus XII,* 2, 13 *eam Reccaredo 'precessori suo' tribuit. Etiam legem III,* 5, 2 *Reccaredi I. ideo esse certo crediderim, quia auctor talem exhibet 'zelum' in favorem ecclesiae catholicae, qualis optime convenit regi, qui se et regnum suum nuper ab Ariana haeresi ad ecclesiam catholicam converterat. Reccaredi I. ergo leges Reccessvindiano corpori sub nomine auctoris insertae sunt. Priorum autem regum nominibus in inscriptionibus nusquam exstantibus, sub nomine 'antiquarum' legum eae omnes conprehensae esse videntur, quae a Leovigildo vel praedecessoribus eius datae sunt. Qua cum re optime convenit, quod Isidorus de legum Eurici revisione a Leovigildo facta refert. Leovigildus novas suas leges codici Eurici 'adiecit'; itaque Reccessvindus eas, ut ceteras illius codicis revisi leges, pro 'antiquis' habuit.*

Neque vero omnes leges 'antiquae', quae in Lege Reccessvindiana exstant, ex codice iuris Gothici Leovigildi sumptae sunt, sed nonnullae etiam ex Lege Romana Alarici, ex. gr. IV, 1, 1—7. *V,* 5, 9. *VII,* 5, 6.

Solus Reccessvindus est auctor Legis Visigothorum; eius opus omnibus subsequentibus regibus fundamento erat. Leges

quidem novellas addiderunt, singulas sustulerunt, codicem recensuerunt; totius autem operis formam reliquerunt immutatam. Reccessvindus est conditor unici iuris Gothici, omnibus regni incolis communis, et merito eum A. Helfferich p. 142. *Iustinianum Visigothorum appellavit. Cum antiquissimus codex inscriptionem:* Liber iudiciorum *praebeat, eam iam genuino Reccessvindi codici ab auctore attributam esse crediderim.*

In edenda Lege Reccessvindiana textum ex codicibus duobus huius redactionis supra descriptis R 1 *et* 2 *institui, paucis tantum locis, ubi uterque codex eandem et indubiam praebuit corruptelam, ex aliarum recensionum codicibus emendationes sumpsi. Maxime codicem R* 1 *secutus sum, cuius lectiones omnes, quas non in textum recepi, infra in notis exscripsi. Aliter autem iuniorem codicem R* 2 *adhibui; qui quamquam non paucas veras lectiones solus exhibet, tamen innumeros praebet errores apertos, quos omnes in notis afferre supervacaneum videbatur.*

Praeter proprios Reccessvindianae legis codices saepius adhibiti sunt duo codices recensionis Ervigianae, scilicet:

E 1 = *Codex Parisiensis Lat.* 4418, *saec. IX. vel X. Cf. de eo LL. Nat. Germ. II,* 1, *Leges Burg. p.* 16; *LL. III, p.* 516.

E 2 = *Codex Parisiensis Lat.* 4667, *saec. IX (scriptus a.* 828*).*

Raro notavi singulas lectiones codicum vulgatae recensionis, quae aut in apparatu nostro aut in editione Madritensi praesto erant. Sunt codices, quorum numeris minime ordinem et valorem singulorum inter eos indicare volui, hi: V 1 = *Codex Madrit. F f* 103. *V* 2 = *Codex Madrit. D* 50. *V* 3 = *Codex Madrit. S* 170. *V* 4 = *Codex Emilianus. V* 5 = *Codex Legionensis. V* 6 = *Codex Cardon. V* 7 = *Codex Tolet. got.*

Constitutiones vel singula verba, quae ex Lege Romana recepta sunt, minoribus litteris exprimi feci; quod tamen non feci in iis, quae ex Codice Euriciano sumpta sunt; nam pleraque, quae inde sumpta esse videntur, neque in fragmentis, neque in Lege Baiuvariorum exstant ideoque inde sumpta esse non possunt probari.

Ut lector facilius cognoscat, quibus locis Lex Visigothorum genuina Reccessvindi, quam nunc primo edituri sumus, a textu vulgato editionis Madritensis differat, in margine litteras obliquas apposui, scilicet has: a, ubi addita praebet

ed. Madr., v, ubi variat, d, ubi desunt quaedam in textu editionis illius.

Explicanti mihi nomina locorum, quae occurrunt XII, 2, 13, *p.* 312 *sq., benigne aderat V. Cl. Aemilius Hübner, cui maximas ago gratias.*

Cap. III.

De appendice.

Subiecta sunt in appendice capitula, quae repperit et primo edidit Augustus Gaudenzi, perperam ea Eurico tribuens[1]. *Quorum capitum quod attinet ad originem et indolem, obtineo ea, quae contra Augustum Gaudenzi exposui 'N. Archiv' XII, p.* 389 *sqq.*[2], *quibus plerisque assensum praebuerunt H. Brunner in libro suo saepe citato et A. Schmidt in 'Zeitschrift d. Sav.-Stiftung, Germ. Abth.' IX, p.* 223 *sqq. Nunc etiam cum H. Brunner de auctore fragmentorum Parisiensium consentienti mihi nihil obstare videtur, quin eum tempus et patriam definientem sequar. Equidem ergo existimo, capitula illa privatim a quolibet iureconsulto in supplementum Codicis Eurici in Provincia ante medium saeculum VI. scripta esse. Cf. Brunner, 'D. RG.' I, p.* 325 *sq.*

Sequuntur in appendice duae leges extravagantes, altera antiqua, neque in fragmentis neque in Reccessvindiana servata, una fortasse ex reiectis a Chindasvindo rege (cf. II, 1, 4*), altera lex Reccessvindi in Libro iudiciorum non recepta.*

Berolini, mense Martio a. MDCCCLXLIV.

KAROLUS ZEUMER.

1) *A. Gaudenzi, 'Un' antica compilazione di diritto Romano e Visigoto' (Bologna* 1886*) p.* 202 *sqq.* 2) *De aliis novis fragmentis legum Eurici, quae Gaudenzi repperisse opinatur, cf. A. Schmidt in 'Zeitschrift d. Sav.-Stift., Germ. Abth.' XI, p.* 213 *sqq.*

ORDO EDITIONIS MADRITENSIS CUM WALTERIANA EDITIONE ET NOSTRA COLLATUS.

(M = Madrit. ed.; W = Walter. ed.; R = Lex Reccess. nostrae editionis.)

M.		W.		R.
Lib. I	=	I (eodem ordine)	=	I (eodem ordine).
Lib. II, 1, 1	=	II, 1, 1		deest.
II, 1, 1 n.	=	II, 1, 5	=	II, 1, 4.
II, 1, 2	=	II, 1, 2	=	II, 1, 1.
II, 1, 3. 4	=	II, 1, 3. 4	=	II, 1, 2. 3.
II, 1, 5. 6	=	II, 1, 6. 7	=	II, 1, 5. 6.
II, 1, 6 n. 4 (a)	=	II, 1, 34 (V, 7, 19)		deest.
II, 1, 6 n. 4 (b)	=	II, 5, 19		deest.
II, 1, 7—27	=	II, 1, 8—28	=	II, 1, 7—27.
II, 1, 28	=	II, 1, 30		deest.
II, 1, 28 n.	=	II, 1, 29	=	II, 1, 28.
II, 1, 29—31	=	II, 1, 31—33	=	II, 1, 29—31.
II, 1, 32	=	VI, 1, 3		deest.
(II, 1, 6 n (a)	=	II, 1, 34; (V, 7, 19)		deest.)
II, 2, 1—4	=	II, 2, 1—4	=	II, 2, 1—4.
II, 2, 5	=	II, 2, 10		deest.
II, 2, 6—10	=	II, 2, 5—9	=	II, 2, 5—9.
II, 3, 1—10	=	II, 3, 1—10	=	II, 3, 1—10.
II, 4, 1—6	=	II, 4, 1—6	=	II, 4, 1—6.
II, 4, 7	=	II, 4, 7		deest.
II, 4, 7 n.	=	Suppl. p. 664		deest (cf. Extr. 1).
II, 4, 8—12	=	II, 4, 8—12	=	II, 4, 7—11.
II, 5, 1	=	II, 5, 1	=	II, 5, 1.
II, 5, 2	=	II, 5, 3		deest.
II, 5, 3	=	II, 5, 2	=	II, 5, 2.
II, 5, 4—9	=	II, 5, 4—9	=	II, 5, 3—8.
II, 5, 10 n.	=	II, 5, 10		deest (cf. Extr. 2).
II, 5, 10—16	=	II, 5, 11—17	=	II, 5, 9—15.
II, 5, 17	=	II, 5, 18		deest.
(II, 1, 6 n. 4 (b)	=	II, 5, 19		deest.)
Lib. III, 1, 1	=	III, 1, 9 pr.		deest.
III, 1, 2—10	=	III, 1, 1—9	=	III, 1, 1—9.
III, 2—4	=	III, 2—4 (e. o.)	=	III, 2—4 (e. o.)
III, 5, 1—3	=	III, 5, 1—3	=	III, 5, 1—3.
III, 5, 4	=	III, 5, 4		deest.

M.		W.		R.
Lib. III, 5, 5	=	III, 5, 5	=	III, 5, 4.
III, 5, 6	=	III, 5, 7		deest.
III, 5, 7	=	III, 5, 6	=	III, 5, 5.
III, 6, 1—3	=	III, 6, 1—3	=	III, 6, 1—3.
Lib. IV	=	IV (e. o.)	=	IV (e. o.).
Lib. V, 1, 1—4	=	V, 1, 1—4	=	V, 1—4.
V, 1, 5—7	=	V, 1, 5—7		deest.
V, 2—6	=	V, 2—6 (e. o.)	=	V, 2—6 (e. o.).
V, 7, 1—18	=	V, 7, 1—18	=	V, 7, 1—18.
(II, 1, 6 n. 4(a)	=	V, 7, 19; (II, 1, 34)		deest.)
V, 7, 19. 20	=	V, 7, 20. 21		desunt.
Lib. VI, 1, 1. 2	=	VI, 1, 1. 2	=	VI, 1, 1. 2.
(II, 1, 32	=	VI, 1, 3		deest.)
VI, 1, 3—7	=	VI, 1, 4—8	=	VI, 1, 3—7.
VI, 2, 1—4	=	VI, 2, 1—4	=	VI, 2, 1—4.
VI, 2, 3 n.	=	VI, 2, 5		deest.
VI, 3. 4	=	VI, 3. 4 (e. o.)	=	VI, 3. 4 (e. o.).
VI, 5, 1—20	=	VI, 5, 1—20	=	VI, 5, 1—20.
VI, 5, 21	=	Suppl. p. 664		deest (cf. Extr. 1).
Lib. VII, 1—4	=	VII, 1—4 (e. o.)	=	VII, 1—4 (e. o.).
VII, 5, 1—8	=	VII, 5, 1—8	=	VII, 5, 1—8.
VII, 5, 9	=	VII, 5, 9		deest.
VII, 6, 1—5	=	VII, 6, 1—5	=	VII, 6, 1—5.
Lib. VIII		VIII (e. o.)	=	VIII (e. o.).
Lib. IX, 1, 1—7	=	IX, 1, 1—7	=	IX, 1, 1—7.
IX, 1, 8	=	IX, 1, 9		deest.
IX, 1, 9	=	IX, 1, 8	=	IX, 1, 8.
IX, 1, 10—15	=	IX, 1, 10—15	=	IX, 1, 9—14.
IX, 1, 16	=	IX, 1, 16		deest.
IX, 1, 17—20	=	IX, 1, 17—20	=	IX, 1, 15—18.
IX, 1, 21	=	IX, 1, 21		deest.
IX, 2, 1—7	=	IX, 2, 1—7	=	IX, 2, 1—7.
IX, 2, 8. 9	=	IX, 2, 8. 9		desunt.
IX, 3, 1—4	=	IX, 3, 1—4	=	IX, 3, 1—4.
Lib. X. XI	=	X. XI (e. o.)	=	X. XI (e. o.).
Lib. XII, 1, 1. 2	=	XII, 1, 1. 2	=	XII, 1, 1. 2.
XII, 2, 1—10	=	XII, 2, 1—10	=	XII, 2, 1—10.
XII, 2, 11	=	XII, 2, 12	=	XII, 2, 12.
XII, 2, 12	=	XII, 2, 11	=	XII, 2, 11.
XII, 2, 13—15	=	XII, 2, 13—15	=	XII, 2, 13—15.
XII, 2, 16	=	XII, 2, 16	=	XII, 2, 17.
XII, 2, 17	=	XII, 2, 17	=	XII, 2, 16.
XII, 2, 18	=	XII, 2, 18		deest.
XII, 3, 1—28	=	XII, 3, 1—28		desunt.

ADDENDA ET CORRIGENDA.

P. 5. *in marg. ad c. CCLXXX. lege:* L. Bai. 15, 2—5 *(pro* 3—6*).*
P. 8. *in marg. ad lineam* 3. *lege:* L. Vis. II, 5, 8 *(pro* II, 5*).*
P. 9, *nota* 2. *commutanda est cum nota* 3.
P. 9. *in marg. ad c. CCLXLVII. lege:* L. Vis. II, 4, 4 *(pro* 4, 6*).*
P. 10. *in marg. ad c. CCLXLVIII. adde:* L. Bai. 15, 6.
P. 15, *nota* b *praecedere debuisset notae* a.
P. 16. *in marg. ad c. CCCXXII. lege:* L. Vis. IV, 2, 14 *(pro* V, 2, 14*).*
P. 19. *in marg. ad c. CCCXXXV. lege:* L. Vis. IV, 2, 12 *(pro* IV, 2, 11*).*
P. 39, *n.* 1. *lege:* 621. *pro* 620.
P. 64. *infra in rubrica lege:* CHINDASVINDUS *pro* CNINDASVINDUS.
P. 269, *l.* 5. *lege:* quingentenarius[e] *pro* quinquagentenarius *et adde infra notam* e) *ita R* 2; quinquagentenarius *R* 1.
P. 316, *l.* 13. mens. XIII. *fortasse emendandum:* mens. VIII.
P. 316, *n.* 1. *lege:* '30. *Sept.' pro* '1. *Oct.'*
P. 321, *l.* 13. *lege:* consignandam *pro* consignandum.



LEGUM CODICIS EURICIANI FRAGMENTA.

(COD. PARIS. LAT. 12161.)

[CCLXXVI]. . . .
p. 93. [145].|| habent [1], Romani fuerint, tunc Gothi [in]-
gretiantur in loco hospitum et ducan[t, *ubi*]
terminum fuerat [a] ostensus. ⌜Tunc iu[dex], = *L. Vis. X*, 3, 5.
quos certiores agnoverit, faciat eos s[a]-
5 cramenta praebere, quod terminum [sine]
ulla fraude monstraverint [a]. ⌜Nullus n[o]- = *L. Bai.* 12, 5—7.
vum terminum sine consorte part[is al]-
terius aut sine <in>spectore [b, 2] constituat. [Quod]
si forsitam liber hoc fecerit, damnu[m]
10 pervasoris excipiat, quod legibus con[ti]-
netur; si vero hoc servus dimiserit [do]-
mino nesciente, CC flagella public[e ex]-
tensus accipiat, et nullum ex hoc pr[aeiu]-
dicium domino conparetur⌝⌝.

15 CCLXXVII. ⌜Sortes Gothicas et tertias [c] [Roma]- = *L. Vis. X*, 2, 1.
norum, quae intra L annis non fuer[int]
revocate, nullo modo repetantur⌝. ⌜Si[mili]- = *L. Vis. X*, 2, 2.
ter de fugitivis, qui intra L annis in[ven]-
ti non fuerint, non liceat eos ad ser[vitium]
20 revocare⌝. ⌜Antiquos vero terminos [sic] = *L. Vis. X*, 3, 1.
stare iubemus, sicut⌝ et bonae mem[ori]-
ae pater noster in alia lege praecepi[t],
et actas ⌜omnes [3] causas, seu bonas [d] seu m[alas], = *L. Vis. X*, 2, 3.
p. 94. [146].|| [qu]ae intra XXX annis definitae non fue-
[ri]nt, vel mancipia, quae in contemptione
[po]sita fuerint, sibe debita, quae exacta
[no]n <fuerint>, nullo modo repetantur. Et si quis
5 [po]st hunc XXX annorum numerum cau-
[sa]m movere temptaverit, iste numerus

a) *ita c.* b) sine spectore *c., ubi quidam literas* e sp *erasit, fortasse corrigere volens:* sine inspectore. c) *ita potius quam* tertiam *c.* d) bona *c.*

1) *Hoc caput et prior pars sequentis spectant ad causas ex divisione terrae inter Romanos possessores et Gothos hospites facta exortas. De qua divisione cf. Gaupp, 'Ansiedelungen und Landtheilungen' p.* 394 *sqq.; Dahn, 'Könige' VI*², *p.* 52 *sqq.; Brunner, 'RG.' I, p.* 67. 2) *De inspectoribus cf. Dahn, 'Könige' VI*², *p.* 60. 3) *Cf. L. Burg.* 79, 5.

[ei] resistat, et libram auri cui rex iusse-
[rit] coactus exsolvat[1]. Omnes autem cau-
[sa]s, quae in regno bonae memoriae patris
10 [no]stri[1] seu bonae seu male actae sunt,
[no]n permittimus penitus conmoveri; sed[a]
[*ill*]i[a], qui lidicaverunt[b], cum eis[c] habeant ra-
[*tu*]*m*[d]. *De illis vero*[d] causas, unde duo iu-
[dicia] proferuntur, nobis iubemus affer-
15 [ri], ut, quas cum lege videremus admiss-
[as, no]bis[e] praecipientibus dibeat probari.

[TIT. DE C]OMMENDATIS VEL COMMODATIS. Ø

[CCLXXVIII. Q]ui cavallum aut quodlibet animalium
[gen]us ad custodiendum mercede placi-
20 [ta] commendaverit, si perierit, eius-
[dem] meriti ille, qui commendata suscepit,
[exs]olvat; si tamen mercedem fuerint
[pro] custudia consecutus. Quod si etiam
qui nulla placita mercede susceperat[t ea mor]-
tua esse probaverit, nec ille merced[em re]-
quirat, nec ab illo aliquid creditor[f] acci[piat, ea ta]-
men ratione, ut praebeat sacramen[tum ille, qui]
5 commendata susceperat, quod non [per suam]
culpam nec per negligentiam animal [morte con]-
sumpta sit. Eadem et de commoda[tis]
forma servetur.

= *L. Vis. V*, 5, 1; = *L. Bai.* 15, 1.

p. 105, *c.* 2. [147]. ||

CCLXXVIIII.[g] Si quis alicui iumentum pr[aesti]-
10 terit, et illud per aliquam infirmitat[em aput]
eum[h] moritur, sacramentum primitu[s prae]-
bere debet, quod non per suam culpa[m mor]-
te consumptum sit, et nihil cogatu[r exsol]-
vere; sin autem nimium sedendo[i] v[el fasces]
15 carricando mortuum fuerit, eius[dem me]-

= *L. Vis. V*, 5, 2.

a) *ita fortasse c.; K.:* sa[ne s]i. b) *ita* (*i. e.* litigaverunt) *legendum videtur potius quam* iudicaverunt. c) *ita, ut videtur, c.;* de *K.* d) *litteras:* m de illis ver, *quae aperte legi nequeunt, dubitans repetivi ex schedis Knustii.* e) *ita, ut videtur, non* s et *scriptum est.* f) credit *legendum videtur,* or acci *aperte legitur c.* g) *ita, ut videtur, c., non:* CCCLXXXV, *quod legit K.* h) *minus aperte legitur c.* i) *ita c.*

1) *Eurici pater erat Theodericus I., cuius regnum et vitam finivit pugna Mauriacensis a.* 451. *Eundem terminum praebet Lex Burg.* 17, 1: Omnes omnino causae, quae . . . habitae sunt et non sunt finitae usque ad pugnam Mauriacensem, habeantur abolitae. *Cf. praefationem nostram.*

riti caballum reddat. Si vero idem[a] [praes]-
titum[b] alicui aliquid debilitatis int[ulerit]
[vel damni, ille conponat, qui eum aput]
[se susceptum habuisse dinoscitur].

20 [CCLXXX. Si[c] cui aurum, argentum vel ornamentum] *= L. Bai. 15, 3—6; = L. Vis. V, 5, 3.*
[vel species fuerint conmendatae sive custodien]-
[dae traditae sive vendendae, et in domo ipsius]
[cum rebus eius fuerint incendio concrematae],
p. 106, *c.* 1. [148]. ||
[una cu]m testibus qui commendata suscepe-
[rat p]raebeat sacramentum, nihil exinde
[suis p]rofuisse conpendiis, et nihil cogat<ur>
[exsol]vere, excepto auro et argento, quod
5 [ardere] non potuit. Si quis, dum domum flam-
[ma] consumit, se quasi auxilium praebi-
[turus] ingresserit[d] et aliquid forte rapu-
[erit, d]ominus domus diligenter inqui-
[rat, e]t si eum potuerit invenire, ille, qui ra-
10 [puerit], in quadruplum rapta restituat[1]. Et si
[de co]mmendatis rebus apud susceptorem
[aliqui]d forte repperierit, domino restitu-
[ere] non moretur. Si vero quae commen-
[data fu]erant furto probantur ablata, ei,
15 [qui com]mendata susceperat, spatium tri-
[buatur], donec furem suam[e] investigatione
[perqui]rat; et si eum invenerit, commen-
[datori res proprias tantummodo reformare]
[praecuret; compositio vero furti ad eum],
20 [qui habuit commendata, pertineat. Et]
[si fur non fuerit infra statutum tempus]
[inventus, medietas rerum commenda]-
[tarum domino a suscipiente reddatur]:
p. 103, *c.* 2. [149]. ||
damnum vero ex medio uterque sustene-
ant. Et si postmodum dominus rerum apud
eum, cui commendaverat, quae fuerint sup-
pressa repperierit, cum haec ille se prius di-
5 xerit perdedisse vel furto fuisse subla-

a) *ita, ut videtur, c.* b) *fortasse:* [praes]titus *c.* c) *verba, quae sequuntur pleraque ex Lege Bai. supplevi.* d) *ita c. pro* ingesserit; *sed etiam in L. Bai. quidam codices praebent:* ingredierit *vel* ingreditur. e) *ita etiam quidam codices Legis Bai.*

1) *Poena quadrupli pro re ex incendio furata ex iure Romano sumpta est. Cf. l.* 1. *Dig. XLVII,* 9.

ta, sicut fur ea, quae caelavit, ut legum statuta praecipiunt, conpositione inplere cogatur.

CCLXXXI. Si[1] quis pecuniam sub cautione suscepit, daturus usuras, si per casu pecunia periit, non culpa aut negligentia debitoris, ille, qui commodavit, solam pecuniae summam recipiat et non requirat usuras; sin vero per ipsius fraudem vel culpam factum est, et pecuniam et usuras solvat. Et si aliqua lucra est ex ea pecunia consecutus, et postmodum contigit, ut pecunia pereat[a], extra summam, quod acceperat, mediam[b] [*usurarum partem* restituat]. = *L. Vis. V*, 5, 4.

[CCLXXXII. Qui[2] commendata vel commodata] [susceperit et de ruina aut incendio vel hosti]-[litatis naufragio seu quolibet simili casu] [sua omnia liberaverit et aliena perdiderit], [quod accepit sine excusatione exsolvere] ‖ cogatur. Si vero partem aliquam de rebus propriis liberasse cognoscitur, ille, cuius res secum habuerat, iuxta modum perditae rei vel liberatae restituat, quam iudex ratione deducta estimaverit portionem. Sin autem sua omnia perdedit, cum liberaret alienam, similis de liberatis et de perditis rebus ratio deducatur, ut partem arbitrio iudicantis qui liberavit accipiat. Iustum est enim, ut in simili casu non damnum solus excipiat, qui se gravibus periculis, dum sua maiora perdederit et aliena minora liberare conatur, obiecerit. = *L. Vis. V*, 5, 5. — *p.* 104, *c.* 1. [150].

CCLXXXIII. Quod[3] nesciente domino servis fuerit commendatum, si id perierit, dominus servi nullum damnum incurrat. Suae enim inpotet culpae, qui servo alie-[no res suas commendaverit domino] = *L. Vis. V*, 5, 6.

a) si *add. K.; quod in c. non exstat.* b) *post hanc vocem K. legit* lb. *Scripturae reliquiae, quae in c. exstant, seu* LB, *seu fortasse* US *legendae esse videntur.*

1) *Cf. Stobbe, 'Vertragsrecht' p.* 275 *sqq.* 2) *Cf. L. Rom. Vis. Paul. II,* 4, 2. 3) *Cf. L. Rom. Vis. C. Th. II,* 31.

[nesciente[a]. Similis et de commodatis]
[forma servetur].

20 [CCLXXXIIII. Si dominus per servum suum] = *L. Vis. V, 5, 7.*
[quodcumque sibi petierit commodandum, et]
[servus cum rebus commodatis in fuga fuerit]
p. 85. [151]. || [elapsus], tunc dominus obligetur, ut [com]-
modata restituat. Si vero servus pe[tisse]
dominum mentiatur et s[ic] deport[anda]
ad dominum susceperit, sed ea, quae [susce]-
5 perit, everterit aut forte perdederit, et [fu]-
gitivus non potuerit inveniri, d[ominus]
servi praebeat sacramentum, se eum, [ut sus]-
ciperet, non misisse, et cum id pete[ret. ig]-
norasse, et nihil calumniae pertim[escat].
10 Haec eadem de commendatis praecipim[us].

CCLXXXV. Nullus, qui pecunias[b] commen[daverit] *cf. L. Vis. V, 5, 8. et L. Rom. Vis. C. Th. II, 33, 2. Interpr.*
ad usuram, per annum plus quam tr[es sili]-
quas de unius solidi poscat usuras[1], [ita]
ut de solidis octo nonum solidum c[redito]-
15 ri, qui pecuniam ad usuram suscepi[t, sol]-
vat. Qui[c] si cautionem ultra modum s[uper]-
ius conprehensum per necessita[tem sus]-
cipientis creditor extorserit, condicio co[ntra]
leges inserta non valeat. Qui cont[ra hoc]
20 fecerit, rem, quam commodaverat, [reci]-
piat et nullam usuram; quae vero cau[tae]
fuerant non solvantur usure.

TIT. DE VENDITIONIBUS. Ø

p. 86. [152]. || [CCLXXXVI]. Venditio per scripturam facta plenam = *L. Vis. V, 4, 3; cf. L. Bai. 16, 2.*
[habea]t firmitatem. Si etiam scriptura fac-

a) *hoc loco nonnulla alia verba in lege Reccessvindiana quidem leguntur, quae tamen, cum sex tantum versus excidisse videantur, omisi.* b) *vel* pecunias *vel* pecunia *scriptum fuisse videtur c.* c) *ita pro* quod *scriptum videtur c.*

1) *Ex Interpretatione Codicis Theodosiani II,* 33, 2, *ubi scriptum est:* si quis plus quam legitima centesima continet, hoc est tres siliquas in anno per solidum, amplius a debitore sub occasione necessitatis accipere *etc., auctorem legis nostrae hausisse existimaverunt Savigny, 'G. d. R. R.' II, p.* 76 *sq., Stobbe, 'G. d. D. Rechtsqu.' I, p.* 77, *et Dahn, 'Westg. Studien' p.* 9. *Quod recte refutaverunt Th. Gaupp, 'German. Abhandl.' p.* 34 *sq., Brunner, 'D. RG.' I, p.* 324. *Cf. etiam Iust. Nov.* 34 *(Auth.):* Sin autem pecunias dederit, nihil amplius quam siliquam unam pro singulo solido annuam praestare.

[ta no]n fuerit, datum praetium testibus con-
[prob]atur, et emptio habeat firmitatem.
5 [Vendi]tio, si fuerit violenter extorta, id est — *cf. L. Vis. II, 5.*
[per m]etu[a] mortis aut per custodiam, nul-
[la vale]at ratione[1].

[CCLXXXV]II. Si[2] quid a servo alieno fuerit conpa- — = *L. Bai.* 16, 3.
[ratum] domino nesciente, si dominus firmam
10 [esse n]oluerit emptionem, praetium, red-
[dat e]mptori, et emptio nihil habeat firmitatis.

[CCLXXXV]III. Si quis servum suum vendederit, et — = *L. Vis. V,* 4, 14.
[servus] priori domino aliquod crimen obiece-
[rit, il]le, qui vendedit, recipiat quem vindedit,
15 [p]raetium redditurus emptori, ut ille
[in ser]vo suo requirat crimen, quod sibi obiecerat.
[Idem] de ancillis praecipimus custodiri.

[CCLXXXVI]III. Quoties de vindita re contentio — = *L. Bai.* 16, 4; *cf. L. Vis. V,* 4, 8.
[comm]ovetur, si alienam fuisse constite-
20 [rit, n]ullam domino praeiudicium conparet,
[e]t domino, qui vendere aliena praesu[mp]
[serit, d]uplum cogatur exsolvere[3], nihilomi-
[nus e]mptori quod accepit praetium reddi-
p. 91. [153]. || turus. Et quidquid ad <com>parate rei prof[ectum]
studio suae utilitatis emptor adiec[erit],
a locorum iudicibus estimetur, et ei, [qui la]-
borasse cognoscitur, a venditore iu[ris alie]-
5 ni satisfactio iusta reddatur.

CCLXL. Si quis ingenuum vendiderit, cu[m is] — *cf. L. Bai.* 16, 5; *L. Vis. V,* 4, 11.
suam probaverit libertatem, serv[um aut]
praetium servi ab illo, qui vendedit, [acci]-
piat ille sibi[b], quem vinditum fuisse [consti]-
10 terit, excepto quod emptori in dup[lum prae]-
tium, quod accepit, cogatur exsolve[re. Haec]
et de mulieribus forma servetur.

p. 92. [1

a) *incertum, utrum* [m]etu *an* [m]etum *scriptum sit c.* b) sibi quem *nunc legi nequeunt.*

1) *Cf. L. R. Vis. C. Th. III,* 1, 9. *c. Interpr.* 2) *Legem, ad verba receptam in Legem Bai., Chindasvindus rex sustulit, referens de ea his verbis:* cum promulgata sanctio iuris antiqui sine dominorum dispendio servorum venditiones in irritum praeceperit devocari. 3) *Cf. L. R. Vis. Paul. II,* 17, 1. *c. Interpr.*

CCLXLI. Si quis servum suum vendederi[t, for]- *cf. L. Bai.* 16, 6; *L. Vis. V*, 4, 15.
sitam eius nesciens facultates[a], habe[at in]-
15 queren<di> liberam potestatem; et sibi v[indicet]
ille, qui vendidit, cum potuerit invenir[e].

CCLXLII. Si[1] servus de peculio suo fuerit e[mptus], = *L. Vis. V*, 4, 16; = *L. Bai.* 16, 7.
et hoc dominus eius forte nescierit, [de do]-
mini potestate non exeat, quia non pr[aetium],
20 sed res servi sui, dum ignorat, accepit.

CCLXLIII. Conmutatio[2] talem qualem empt[io ha]- = *L. Bai.* 16, 8; = *L. Vis. V*, 4, 1.
beat firmitatem.

CCLXLIIII. Venditionis[3] haec forma serve[tur, ut] = *L. Vis. V*, 4, 7.
p. 92. [154]. || <seu res[b]> [seu m]ancipia seu quodlibet animalium ge-
[nus v]enditur, nemo propterea firmitatem
[vendi]tionis inrumpat, quod dicat, rem vili
[prae]tio vendidisse.

5 [CCLXLV. S]i venditor non fuerit idoneus, fideius- = *L. Vis. V*, 4, 2.
[sore]m dare debet emptori[c].

[CCLXLVI]. Si pars praetii data est, pars promis- = *L. Vis. V*, 4, 5.
[sa, no]n propter hoc venditio facta rumpa-
[tur; s]ed si emtor ad placitum tempus non
10 [exhibu]erit praetii reliquam portionem, pro
[part]e, quam debet, solvat usuras[4]; nisi hoc
[fort]e convenerit, ut res vendita reformetur.

[CCLXLVI]I. Qui arras pro quacumque acceperit re, *cf. L. Vis. V*, 4, 6; *L. Bai.* 16, 10.
[prae]tium cogatur implere, quod placuit;
15 [empt]or vero, si non occurrit ad diem con-
[stitu]tum, arras tantummodo recipiat, quas
[dedi]t, et res definita non valeat[5].

a) *ita vel* facultatem *c.* b) s. r. *supplevi ex L. V. et L. B.* c) tempori *c.*

1) *Cf. l.* 7. *Cod. IV*, 49. 2) *Cf. L. R. Vis. C. Th. III*, 1, 1. 4. 7. *Interpr.* 3) *L. Rom. Burg.* 35, 5. 4) *De usuris pretii cf. Ulpian. l.* 13, § 20, *Dig. XIX*, 1; *l.* 18, § 1, *Dig. XXII*, 1; *l.* 5. *Cod. IV*, 49; *l.* 2. *Cod. IV*, 32; *Paulus, Sent. II*, 18 *b*; *Fragm. Vatic.* 2. 5) *Qualem vim haec lex, quae valde mutata et in Legem Reccessvindianam et in Legem Baiuvariorum recepta est, habeat, demonstravit A. Heusler, Inst. I, p.* 84 *sq. II, p.* 253 *sq.*; *cf. etiam R. Schroeder, 'D. RG.' p.* 285.

[CCLXLVI]II. Rem[1] in contemptione positam [nec l]iceat donare nec vindere. *= L. Vis. V, 4, 9.*

20 [CCLXLVII]II. Parentibus[2] filios suos vendere <non liceat> aut [d]onare nec oppignerare. Nec[a] ex illis aliquid [suo i]ure[b] defendat ille, qui acceperit, sed . . . . [magis] praetium, quod dedit . . . . . .[b] perdat qui a par[entibus filium comparavit]. *= L. Vis. V, 4, 12.*

p. 104, c. 2. [155]. ||

CCC. Quicu[mque[3] ingenuus post annum] vicisim[um[c] se vendi permiserit et praetium] cum ven[ditore partitus est, ut circumve]-5 niret e[mptorem, proclamans postea nul]-latenus [audiatur, sed in ea quam voluit servi]-tute per[maneat; quoniam non est dignus], ut liber [sit, qui se volens subdidit servituti]. *cf. L. Vis. V, 4, 10.*

CCCI.[d] Nullus . . . .
10 ro cuius . . . .
ut in lo . . . .
et facult[a]. . . . .
qui procl[ama] . . . .

CCCII. Nullus . . . .
15 . . . aut iu . . . .
us audea . . . .
borum pl . . . .

(Desunt versus 6.)

a) Nec ex illis, *ut videtur, c.* b) *abhinc usque ad verbum* perdat *omnia prorsus incerta.* c) [post annum] vicisim[um] *supplevi cf. n.* 3; [se vendiderit vel] vicisim *Bluhme.* d) *capitum* 301—303. *vel* 304. *pauca tantum vestigia supersunt, quae neque ex Lege Vis. neque ex Lege Baiuv. suppleri possunt. Minime autem probaverim, quod opinatus est Bluhme cum capitibus* 301—303. *ea proxime convenire videri, quae L. Vis. X,* 1, 8. 9. 16. *exstent. Haud dubie capita* 301. *et* 302. *ad tit. De venditionibus pertinent.*

1) *Cf. L. Rom. Vis. C. Th. IV,* 5, 1. *c. Interpr.; Summar. ad h. t., ed. Haenel p.* 6*; L. Rom. Cur., LL. V, p.* 343. 2) *Cf. L. Rom. Vis. Paul. V,* 1, 1. 3) *Cf. l.* 7. *Dig. XL,* 12: Liberis etiam hominibus, maxime si maiores viginti annis venum se dari passi sunt vel in servitutem quaqua ratione deduci, nihil obest, quominus possint in libertatem proclamare, nisi forte se venum dari passi sunt, ut participaverint pretium. Si quis minor viginti annis ad partiendum pretium venum se dari passus est, nihil ei hoc post viginti annos nocebit. Sed si ante quidem se venum dedit, post vicensimum autem annum pretium partitus est, poterit ei libertas denegari. *Cf. etiam l.* 1. *Dig. XL,* 13*; Inst. I,* 3, § 4*; l.* 5. *Cod. Iust. VII,* 16*; l.* 1. *ib. VII,* 18.

p. 103, c. 1. [156]. || [CCCIII (?)] . . . . onis nul-
. . . . aut pro
. . . . mum quod
. . . . nt inqui-
5 . . . . mora exi-
. . . . [q]uamdiu
. . . .[a]

[CCCIIII (?)][1] . . . . s terras
. . . . transfer-
10 . . . . terras suas
. . . . ut forte
. . . . [R]omanus
. . . . [G]othus qui
. . . . re coga-
15 . . . . [ter]ritorio ci-
[vitatis] . . . . datur aug-
. . . . rito . . . .

(Desunt versus 6.)

[TIT. DE DONATIONIBUS.]

p. 106, c. 2. [157]. || [CCCV]. . . . .
. . . . . [*de*[2] *rebus, quae principum donatio*]-
ne[b] *in eos*[b] conferunt[ur *vel collatae*] . . . . — cf. L. Vis. V, 2, 2; 1, 1.
. . ve s[un]t, hoc observan[dum *esse volumus*],
5 quod glorios*ae* memor[iae *patris nostri*]
vel decessorum nost[rorum *regum constituit*]
mansuetudo; quia iniq[uum *esse decess*]-
orum statuta convellere.

CCCVI. ⌈Si[3] quis episcopus vel presb[yter aliquid — = L. Vis. V, 1, 3.
10 praeter consensu om[nium *clericorum* de re]-
bus aecclesiae facere *vo*[*luerit, hoc* fir]-

a) *lineae 7. pars ultima, quae sola exstat, nulla scripturae vestigia praebet; qua de causa l. 8. novum caput incipisse videtur.* b) *prorsus incerta lectio.*

1) *Hoc caput ad causas ex divisione terrarum ortas spectare videtur. Cf. supra p. 3, n. 1.* 2) *Manifestum est, hanc legem de donationibus regiis latam esse.* 3) *Hanc legem minime ad can. 3. Conc. Toletani III. referendam esse, ut, supplemento a Fr. Bluhme perperam facto seductus, opinatus est Helfferich, 'Westgotenrecht' p. 45, demonstravit Brunner, 'RG.' I, p. 322.*

mum non esse precipim[us[1]; *sed*[a] *faciat*]
omnia clericus consen[*su fratrum, seu de fun*]-
do seu de hereditatibus. [[1]*Filii autem* cle]- = *L. Vis. V*, 1, 4.
15 ricorum, qui terras vel [aliquid ex muni]-
ficentia aeclesiae posside[nt, si in laicos]
conversi fuerint vel d[e servitio aecclesiae]
discesserint, vel ami[ttant[1], *quod habent, vel*]
iuste re . . . lat . . . .
(*Desunt versus* 4.)

p. 105, c. 1. [158]. || [CCCVII. Maritus si uxori su]ae aliquid donaverit, de = *L. Vis. V*, 2, 7.
[hoc, quod vo]luerit, scriptura sua ma-
[nu signo siv]e subscriptione confir-
[met, ita ut du]o aut tres testes *ingenui*
5 [subscriptore]s accedant; et sic volun-
[tas ipsius habeat] firmitatem. *Et* si [*testes*]
[. . . . . *scriptu*]ram non fuerant praesen-
[tes . . . .]s t[*esti*]*um* . . . . . .
. . . . . [*Volunta*]s aut[em], si necessitas [*ad*]-
10 [*est, coram* duobus a]ut tribus testibus [*ver*]-
[*bis*[b] *promulgari*] p[*ote*]s[*t*]. Similis de uxoris
[voluntate, qu]ae in maritum confer-
[re voluerit, donat]ionis forma servetur.

[CCCVIII. [1]Res donata, si] in praesenti traditur, = *L. Vis. V*, 2, 6.
15 [nullo modo a dona]tore repetatur, nisi cau-
[sis certis et p]robatis[1]. [1]Qui vero sub hac *ib. in fine.*
[occasione largitur, ut po]st eius mortem
[ad illum, cui donaverit, res donata pertineat],
[quia similitudo est testamenti, habebit]
20 [licentiam inmutandi voluntatem suam],
[quando voluerit, etiam si in nullo]
[lesum fuisse se dixerit. Ille vero],
[qui falsa donatione circumventus]
p. 83. [159]. || aliquid in utilitate donatoris[c] e[xpendit],
aut ab ipso donatore recipiat [aut ab eius]
heredibus, ne iniuste damna sus[tineat]
qui honestum lucrum de inani pr[omissi]-
5 one speraverat.

CCCVIIII. Donatio, que per vim et met[um pro]- = *L. Vis. V*, 2, 1.
batur extorta, nullam habeat fir[mitatem].

p. 84. [16

a) *valde dubium est, quomodo supplendae sint haec et sequens lacuna.* b) volumtas verbis coram probationem promulgata, *L. Vis. II*, 5, 10. c) donactoris *vel* donaotoris *c.*

CCCX. Si quis buccellario[1] arma deder[it vel ali]- = *L. Vis. V*, 3, 1.
quid donaverit[2], si in patroni sui m[anserit]
10 obsequio, aput ipsum quae sunt d[onata per]-
maneant. Si vero alium sibi patr[onum ele]-
gerit, habeat licentiam, cui se volue[rit com]-
mendare, quoniam ingenuus hom[o non po]-
test prohiberi, quia in sua potest[ate consis]-
15 tit; sed reddat omnia patrono, que[m dese]-
ruit. Similis et de circa filios patro[ni vel buccel]-
larii forma servetur: ut, si ipsi qu[is eorum]
obsequi voluerit, donata possidea[t. Si vero]
patroni filios vel nepotes credider[int relin]-
20 quendos, reddant universa, quae pa[rentibus]
eorum a patrono donata sunt. Et [*quidquid*]
buccellarius sub patrono adquesie[rit, medie]-
tas ex omnibus in patroni vel filior[um eius]
p. 84. [160]. || [potesta]te consistat; aliam mediaetatem
[buccella]rius, qui adquaesivit, obtineat; et si
[filiam reli]quirit, ipsam in patroni potestate[a]
[manere] iubemus; sic[b] tamen, ut ipse patro-
5 [nus aeq]ualem ei provideat, qui eam sibi pos-
[sit in ma]trimonium sociare. Quod si ipsa
[sibi con]tra voluntatem patroni alium for-
[te elegit], quidquid patri eius a patrono fue-
[rit don]atum vel a parentibus patroni, omnia
10 [patron]o vel heredibus eius <restituat[c]>.

[CCCXI. Ar]ma, quae saionibus[3] pro obsequio da- = *L. Vis. V*, 3, 2.
[ntur, nul]la ratione repetantur; sed illa, quae,
[dum sai]us est, adquisivit, in patroni potes-
[tate co]nsistant.

15 [CCCXII. Ro]manus, qui Gotho donaverit rem, quae = *L. Vis. V*, 4, 20.
[fuerat i]udicio repetenda, aut tradederit
[occup]andam, priusquam adversarium iu-
[dicio s]uperarit, si etiam eam Gothus inva-

a) potestatē c. b) siet c. c) *hoc loco ne vestigia quidem verbi exstant.*

1) *Buccellarius est cliens, qui patrono armis quasi miles privatus servit. Lex Reccessvindiana pro buccellario plerumque dicit: qui est in patrocinio. Cf. Dahn, 'Könige' VI*[2], *p.* 133 *sqq.; Mommsen in 'Hermes' XXIV, p.* 233 *sqq.* 2) *Cf. Brunner, 'Landschenkungen' in 'SB. d. Berl. Ak.' LII, p.* 1190. 3) *Saiones vel sagiones sunt ministri seu privatorum seu iudicum armati. Cf. Dahn l. c. p.* 138 *sqq.; Brunner, 'RG.' II, p.* 189 *sq.*

[serit, tum] possessor rem suam per executio-
20 [nem iu]dicis, quae occupata fuerint, statim
[recipi]at, nec de eius postmodum repeti-
[tione p]ulsetur, etiam si bona sit causa re-
[peten]tis; sed Romanus Gotho eiusdem meriti[a]
p. [161]. || [rem aut pretium repensare cogetur, quia]
[rem, antequam vindicaret, fecit invadi].

Capita CCCXIII—CCCXVII, quae exstabant olim paginis 161. 162, *omnino desunt.*

p. 144. [163]. || [CCCXVIII[b]]. *(Versus* 4 *legi nequeunt.)*

. . . .

CCCXVIIII. Maritus[c] si uxori suae aliquid d[ona]- = *L. Vis. V,* 2, 5.
verit, et ipsa post obitum mariti sui [in nul]-
5 lo scelere adulterii fuerit conversa[ta, sed]
in pudicitia permanserit, aut si certe [ad alium]
maritum honesta coniunctione per[vene]-
rit, de res[d] sibi a marito donatis pos[siden]-
di et post obitum suum relinquendi c[ui volue]-
10 rit habeat potestatem. Sin autem pe[r adul]-
terium seu inhonestam coniunctionem s[e mis]-
cuisse convincitur, quidquid de fac[ultate]
mariti sui fuerat consecuta, totum [incunc]-
tanter amittat, et ad heredes don[atoris]
15 legitimos revertatur.

TIT. DE SUCCESSIONIBUS. Ø

CCCXX. S[*i pater vel mate*]*r intestati* de[*cesse*]-
rint . . . . in . . . . . .

(Sequuntur 3 *versus, qui legi nequeunt.)*

p. 143. [164]. || . . . de . . . . eas *ad facul*tate .
. . . . . or . . . . . ccipi . . . .
. . . bus . . . . . . ue . . . . . *cau*sa . . .
. . . habeant portionem, quod si au . . . .
5 . . . *viro* [*temp*]ore *ad aliam* coni*u* . . . . .
. . . ens sponte transierit . . . .
. . . in quam . . pe*r*at . Su . . fr*a* . . . . .
. . . suo he*r*edi . . res . . qu*a* . que . . . . a
. . . . permane . . . qua . uadii . . it . . . .

a) *hac voce finitur pagina ultima quaternionis decimi, quod ex signo* X *in margine inferiori scripto efficitur.* b) *huius capitis pauca vestigia, singulae scilicet literae, in lineis* 1—4. *paginae supersunt, ex quibus nihil certi cognosci potest.* c) *etiam in hoc capite multae lectiones valde dubiae sunt.* d) res *ita, ut videtur, non* reb. *c.*

10 . . . s vel *in* cultur*is* cum fratr*ibus* . . . .
. . . onere, post obitum viro eius *te*rras
[ad he]redes superius conprehensos . . . . .
. . . revertantur, *reliquas* facultates . . . .
. . . vero co*r*[*p*]ora cir[*c*]*a* san*ct*imu*n*[*ialem*]
15 . . . . . . [*in cas*]titate permanserit vi . .
. . . ne pa*r*en*tes* pr*e* . . . mus peru . n . .
. . . ri pa*ren*tes sic transierint, ut nullus
. . . t testament . . . . . puella inter fra-
[tres] equalem in omnibus habeat po[rtio]-
20 [nem]; quam usque ad tempus vitae suae usu-
[fruc]tuario iure possideat, post obitum
[vero] suum ter*ra*s suis heredibus derelinquat,
[rel]iq*ua* facultate . . . . ndi non . . . . .
in[b] eis potest . . . . . n . . . .

p. 140, c. 2. [165] || CCCXXI. Si marito superstite uxor forsitam[a] moriatur, filii, qui sunt de eodem coniugio procreati, in patris potestate consistant, et res eorum, si novercam non superduxe-
5 rit, ea conditione possideat, ut nihil exinde aut vendere aut evertere aut quocumque pacto alienare praesumat; sed omnia filiis suis integra et intemerata conservet; fructos tamen omnes pro suo iure percipiat
10 et una cum filiis communibus consumat expensis. Cum autem filius duxerit uxorem aut filia maritum acceperit, statim a patre de rebus maternis suam recipiat portionem, ita ut usufructuaria patri tertia derelin-
15 quatur. Pater[1] autem tam filio quam filiae, cum XX annos aetatis impleverit, mediam ex eadem, quam unumquemque contingit, [de rebus maternis restituat portionem], [etiam si nullis fuerint nuptiis copulati].
20 [Medietatem vero dum advixerit pater sibi] [vindicet, filiis post obitum relinquendam]. [Qui autem novercam superduxerit, omnes] [facultates maternas filiis mox reformet],

= *L. Vis. IV*, 2, 13.

a) noverca, *quod legit Knust, non scriptum in c.* b) *hic versus minoribus literis infra in margine scriptus in c.*

1) *Sumpta sunt haec ex iure Romano; cf. Nov. Valent. III,* 12. *c. Interpr. et L. Rom. Burg.* 26.

p. 139, c. 1. [166]. || ne, dum filii cum rebus ad domum transeunt alienam, novercae suae vexentur iniuriis. Eadem quoque de nepotibus forma servetur.

CCCXXII. Mater, si in viduitate permansit, aequa- 5 lem inter filios suos, id est qualem unus ex filiis, usufructuariam habeat portionem; qua*m* usque ad tempus vitae suae usufructuario iure possideat. Ceterum nec donare nec vendere nec uni ex filiis conferre[a] 10 praesumat. Quod si eam[b] filii hanc portionem matris <evertere> sive per negligentiam sive per odium eorum forte prespexerint ad millenarium[1] vel ad comitem civitatis aut iudicem referre non differant, ut matrem suam con- 15 testatione commoneant, ne res, quas ad usumfructum accepit, evertat. Nam usumfructum, quem ipsa fuerat perceptura, dare cui volue[rit, filio vel filiae, non vetetur. Verum si] [ex ea usufructuaria portione aliquid proba]- 20 [tur eversum, filiis post mortem matris de] [eius facultatibus sarciatur. Post obitum] [vero portio, quam acceperat, ad filios] [equaliter revertatur, quia non possunt] p. 142, c. 2. [167]. || de pater[na hereditate fraudari. Quod si ma]ter ad ali[as nuptias forte transierit, ex ea die] usufruc[tuariam portionem, quam de bonis] mariti fu[erat consecuta, filii inter reli]- 5 quas res [paternas, qui ex eo nati sunt con]iugio, vin[dicabunt].

= L. Vis. V, 2, 14.

CCCXXIII. M[aritus si cum servis uxoris in ex]*peditio*[ne aliquid lucri fuerit consecutus], nihil *ex*[inde uxor a viro suo praesumat repe]- 10 tere, nec [ipso vivente nec post eius obitum]; sed vir, q[ui uxorem suam secundum sanctam scrip]turam in p[otestate habet[2], similiter et in ser]vis eius p[otestatem habebit et omnia, quae] cum servis[c] [uxoris vel suis in expeditio]-

= L. Vis. IV, 2, 15.

a) conferre prae conferre praesumat *c.* b) iidem *Kn., sed haud plane legitur.* c) *haec lectio valde dubia est.*

1) *De millenario, quem hoc loco omittit L. Vis., cf. p.* 47, *n.* 2) *Cf. Gen.* 3, 16.

15 nem adqu[isivit, in sua potestate permane]-
ant; pro [eadem scilicet ratione, quia, si servi, dum]
cum dom[ino suo in expeditione conversabantur],
[aliquid admisissent forte damnosum, ille],
[qui eos secum duxerat, et ei aliquid fecerant]
20 [augmenti, ipse pro eis et responsum daturus]
[esset et conpositionem, si culpabiles fuissent]
[inventi; ut sicut lucrum ita et damnum]
[ad se dominus noverit pertinendum].

p. 141, c. 1. [168]. || [CCCXXIIII]. . . . . qui . . — *cf. L. Vis. IV, 2, 4?*
. . . . llam ad
. . . . *n*t . . s
. . . . nter . .
5 . . . . tate . .
. . . . inter . .
. . . . neque . .
. . . .

[CCCXXV]. . . . . *rem* . .
10 . . . . si . *nu*lla
. . . . [man]cipiis . .
. . . . et ipso *int*-
. . . . post mo*r*-
. . . . *a*tum con-
15 . . . . re marito
. . . . tatum fu-
. . . . us relin-

(Desunt 6 *versus cum capite CCCXXVI.)*

p. 141, c. 2. [169]. || CCCXXVII. In priori lege fuerat constitutum:
Si . . . . filius cum . . . .
. . . . *po*rtione, ea ratione
. . . . ue defuncti tam-
5 . . . . modo ma*i*ori[a] *o*rdin-
*a*nte*s* [*praecipimus*], *u*t patre defuncto s . .
. . . . ne in facultatem eius
. . . di . . . . vindicare quae faciendi
*po*steri*s* . . . . Si vero *qui* moritur fili-
10 [orum] nepotes et f[iliae] nepotes reliquerit, qui
omnes habeant facultates, ⌜ea conditione ser- — *cf. L. Vis. IV, 2, 18.*
vata, *ut ne*pos ex filio, qui patre supersti-

a) meliori? *fortasse intelligendum.*

te mortuus fuerit *integram de rebus avi*, quam
fuerat pater e*ius* si [*vixi*]*sset* habiturus,
15 percipiat portionem; *nepos autem ex filia superstite* patre mo*r*tu*a* de ea portione, q*uam* m*a*ter fuerat habitura, tertia por-
[tio *consequatur*]. . . . .

(Desunt 6 *versus,* 18—23. *huius paginae.)*

p. 142, c. 1. [170]. || *[Decem versus,* 1—10. *huius paginae, qui finem capitis CCCXXVII. praebebant, exceptis singulis literis quibusdam, legi nequeunt.]*

11 CCCXXVIII. Quo*tiens quis avum* paternum et maternum relin*quit*, *ad*[a] *maternum et* pater*num*[a] hereditas *mortui* uni*versa pertineat*. Si a*utem* avum paternum et aviam maternam reliquerit,
15 aequales capiant portiones. = L. Vis. IV, 2, 6.

CCCXXVIIII. Q*ui* mo*ritur* si tantummodo am*itam*, hoc *est* pat*r*is sororem, et materteram, hoc [est matris sororem, relinquit, aequali iure] [succedant in hereditate defuncti]. = L. Vis. IV, 2, 7.

20 [CCCXXX]. . . . .
. . . .
. . . .
. . . .

p. 139, c. 2. [171]. || CCCXXXI. Qui m[oritur si fratres aut sorores non] reliquerit e[t filios fratrum vel sororum re]-
liquerit et f . . . .
versa . . . .
5 hac . . redi . . . .
ve . . . mor . . . .
. . . .
. . . . fr . . . .
. . . . it . . . .
10 . . . .
cf. L. Vis. IV, 2, 8.

CCCXXXII. Femina . . . . cf. L. Vis. IV, 2, 9.

(In versibus 12—15, *qui restant, singula literarum vestigia tantum supersunt; versus* 16—23. *abscisi sunt. In hac reliqua paginae parte exstabat olim cap. CCCXXXIII.)*

a) *de hac lectione valde dubito.*

[CCCXXXIII]. *(Fortasse = L. Vis. Recc. IV, 2, 10).*

p. 140, c. 1. [172]. || [CCCXXXIIII. Maritus[1] et uxor tunc] sibi *heredita*- = *L. Vis. IV,* 2, 11; = *L. Bai.* 15, 10.
[rio iure succedant, quando] nullus usque
[ad septimum gradum de propi]nquis aut qui-
[buscumque parentibus inve]nitur.

5 [CCCXXXV. Clerici, monaci *vel* sancti]moniales, qui = *L. Vis. IV,* 2, 11.
[usque ad septimum gradum n]on reliquerint
[heredes *propinquos parente*]*sve, si* nihil de
[suis facultatibus ordinaver]int, t[*otam*] s[*ibi*]
[ecclesia, cui servierunt, eor]um substantiam
10 [vindicabit].

[CCCXXXVI. In hereditate illius, qui m]oritur inte- = *L. Vis. IV,* 2, 2.
[status, filii <primi[a] sunt. Si filii> desunt] nepotibus debe-
[tur hereditas. Si nec nepotes] fuerint,
[pronepotes vocantur ad her]editatem.
[Si vero qui moritur n]ec filios nec nepo-
15 [tes *nec pronepotes* reliquerit], pater aut mater
[hereditatem sibi vindicabit. ⌈*Si* persona]e desunt[b], = *L. Vis. IV,* 2, 3.
[quae aut de superiori aut de inferiori ge]-
[nere discreto ordine veniunt, tunc illae]
[personae, quae sunt a latere constitutae],
20 [requirantur, ut hereditatem accipiant].

a) primi — filii *vel alia quaedam verba in codice omissa fuisse suspicandum est.* b) *hoc verbo expliciunt fragmenta.*

1) *De hoc capite disseruit J. Ficker, 'Erbenfolge' I, p.* 334.



LEX VISIGOTHORUM

RECCESSVINDIANA.



LIBER IUDICIORUM.

DE[a] INSTRUMENTIS LEGALIBUS.

LIBER PRIMUS[a].

I. Titulus: De legislatore[b].
II. Titulus: De lege.

DE[c] NEGOTIIS CAUSARUM.

LIBER SECUNDUS[c].

I. Titulus: De iudicibus et iudicatis.
II. Titulus: De causarum exordiis.
III. Titulus: De mandatoribus et mandatis.
IIII. Titulus: De testibus et testimoniis.
V. Titulus: De scripturis valituris et infirmandis hac defunctorum volumtatibus conscribendis.

DE[d] ORDINE CONIUGALI.

LIBER TERTIUS[d].

I. Titulus: De dispositionibus nuptiarum.
II. Titulus: De nuptiis inlicitis.
III. Titulus: De raptu virginum vel viduarum.
IIII. Titulus: De adulteriis.
V. Titulus: De incestis et apostatis adque masculorum concubitoribus.
VI. Titulus: De divortiis nuptiarum et discidio sponsorum[e].

Inscriptio LIBER IUDICIORUM *exstat in solo codice R* 1. a) De — primus *des. R* 1. b) legislatorem *R* 1. c) De — secundus *des. R* 1. d) De — tertius *des. R* 1. e) sponsarum *R* 2.

DE[a] ORIGINE NATURALI.

LIBER QUARTUS[a].

I. Titulus: De gradibus.
II. Titulus: De successionibus.
III. Titulus: De pupillis et eorum tutoribus.
IIII. Titulus: De expositis infantibus.
V.[b] Titulus: De naturalibus bonis.

DE TRANSACTIONIBUS.

LIBER QUINTUS[b].

I. Titulus: De ecclesiasticis rebus.
II. Titulus: De donationibus generalibus.
III. Titulus: De patronorum donationibus.
IIII. Titulus: De commutationibus et venditionibus.
V. Titulus: De commendatis et commodatis.
VI. Titulus: De pigneribus et debitis.
VII. Titulus: De libertatibus et libertis.

DE ISCELERIBUS[c] ET TORMENTIS.

LIBER SEXTUS.

I. Titulus: De accusationibus criminosorum.
II. Titulus: De maleficis et consulentibus[d] eos adque[e] de veneficis.
III. Titulus: De excutientibus[f] partum hominum.
IIII. Titulus: De contumelio[g], vulnere et debilitatione hominum.
V. Titulus: De cede et morte hominum.

DE FURTIS ET FALSARIIS[h].

LIBER SEPTIMUS.

I. Titulus: De indicibus furti.
II. Titulus: De furibus et furtis.
III. Titulus: De usurpatoribus et plagiatoribus mancipiorum.
IIII. Titulus: De custodia et sententia damnatorum.
V. Titulus: De falsariis scripturarum.
VI. Titulus: De falsariis metallorum.

a) De — quartus *des.* *R* 1. b) V. Tit. — Liber quintus *des.* *R* 1. c) sceleribus *R* 2. d) consolentibus *R* 1. e) adque de veneficis *des.* *R* 1. f) iscutientibus partu *R* 1. g) contumelioso *R* 1. h) fallaciis *R* 2.

DE[a] INLATIS VIOLENTIIS ET DAMNIS.

LIBER OCTAVUS[a].

I. Titulus: De invasionibus et direptionibus.
II. Titulus: De incendiis et incensoribus.
III. Titulus: De damnis arborum, ortorum et frugum quarumcumque.
IIII. Titulus: De damnis animalium vel diversarum rerum.
V. Titulus: De pascendis porcis et animalibus denuntiandis[b] errantibus.
VI. Titulus: De apibus et eorum damnis.

DE FUGITIVIS ET REFUGIENTIBUS.

LIBER NONUS.

I. Titulus: De fugitivis et occultatoribus fugamque preventibus.
II. Titulus: De his, qui ad bellum non vadunt aut de bello[c] refugiunt.
III. Titulus: De his, qui ad eclesiam confugiunt[d].

DE DIVISIONIBUS ET[e] ANNORUM TEMPORIBUS ADQUE LIMITIBUS.

LIBER DECIMUS[f].

I. Titulus: De divisionibus et terris ad placitum datis.
II. Titulus: De quinquagenarii[g] et tricennalis[h] temporis intentione.
III. Titulus: De terminis et limitibus.

DE EGROTIS ET MORTUIS ADQUE TRANSMARINIS NEGOTIATORIBUS.

LIBER UNDECIMUS[i].

I. Titulus: De medicis et egrotis.
II. Titulus: De inquietudine sepulcrorum.
III. Titulus: De transmarinis negotiatoribus.

a) De — octavus *des. R* 1. b) denuntiantis *R* 1; et *add. R* 2. c) bellum *R* 1. d) confugium faciunt *R* 2. e) *deest R* 2. f) X *R* 1. g) quinquagenariis *R* 2; quinquaginarii *R* 1. h) tricennarii temporibus tentione *R* 1. i) XI *R* 1.

DE REMOVENDIS PRESSURIS ET OMNIUM HERETICORUM SECTIS EXTINCTIS[a].

LIBER DUODECIMUS[b].

I. Titulus: De temperando iudicio et removenda pressura.

II. Titulus: De omnium hereticorum adque Iudeorum cunctis erroribus[c] amputandis[d].

a) *deest R* 1. b) XII *R* 1. c) eroribus *R* 1. d) *sequitur in R* 2 *rubrica tituli, qui ad legem Reccessvindianam non pertinet et in utroque codice deest:* III. Titulus: De novellis legibus Iudeorum, quo et vetera confirmantur et nova adiecta sunt.

DE[a] INSTRUMENTIS LEGALIBUS.

LIBER[b] PRIMUS.

I. TITULUS: DE LEGISLATORE[a].

I. Quod sit artificium condendarum legum.

Salutare daturi in legum contemtione[a] preconium, ad nove operationis formam antiquorum studiis[b] novos artus aptamus, reserantes[c] virtutem tam formande legis quam peritiam formantis[d] artificis. Cuius artis insigne ex hoc decentius enitere probabitur[e], si non ex[f] coniecturam[f] trahat[g] formam similitudinis, sed ex veritate formet[h] especiem[h] sanctionis, neque sillogismorum[i] acumine figuras inprimat disputationis[k], sed puris honestisque preceptis modeste statuat articulos[l] legis. Etenim ut ars operis

LIB. I. a) DE I. L. *ita emendavi secundum indicem titulorum, ceterarum recensionum codices et reliquorum librorum inscriptiones;* DE LEGISLATORE *R* 2; *inscr. deest omnino R* 1. b) INCIPIUNT CAPITULATIONES DE LIBRO PRIMO *R* 1.
TIT. I. a) LEGISLATORES *R* 1; LIBER PRIMUS *etiam hic add. R* 2. b) *index capitulorum deest R* 2. c) debet *R* 1. d) eloquendum *R* 1. e) iudicandum *R* 1. f) *sequitur index capitulorum tituli II. R* 1.
I. a) *ita pro* contentione *R* 2. *E* 2; contionem *R* 1; constitutione *E* 1. b) histius *R* 1. c) *ita E;* reservantes *R* 1. 2. d) formatis *R* 1. e) probitur *R* 1. f) ixet nihectura *R* 2. g) *ita E;* tradat *R* 1; trauat *R* 2. h) *ita R* 2*;* format spatriem *R* 1. i) silosgismorum agumine *R* 1; ullogis firmorum *R* 2. k) *ita E;* diperationis *R* 1; admorationis *R* 2. l) *ita E;* articulis *R* 1; articulas *R* 2.

huius se in hac dispensatione conponat, ordo magne ratiocinationis exoptat. Namque cum[m] experimenta rerum manus tenet artificis, ad dispositionem forme frustra queritur investigatio rationis. In inprovisis certe acuta[n] expetit se ratio indagatione cognosci; in non ignotis autem experimento faciendi se properat reserari[o]. Latentis ergo rei quia species ignoratur, non inmerito considerationis ordo requiritur; cum vero expertos[p] usus in speculo visionis fides veritatis adducit, non iam materia forme ratiocinationem[q] dicti, sed operationem facti deposcit. Unde nos melius mores, quam eloquia ordinantes, non personam[r] oratoris inducimus, sed rectoris iura disponimus.

II. Quo modo uti debeat[a] artifex legum.

Formandarum ergo[b] artifex legum non disceptatione debet uti, sed iure. Nec videri[c] congruum sibi[d] contemtione[e] legem condidisse, sed ordine. Ab[f] illo enim negotia[g] rerum non expetunt in teatrali fabore clamorem[h], sed in exoptata salvatione populi legem[i].

III. Quid requirendum est in artificem legum.

Tunc primo requirendum est, ut id, quod inducitur[a], possibile credatur[b]. Novissime ostendendum[c], si non pro familiari conpendio, sed pro hutilitate populi suadetur[d], ut appareat eum, qui legislator existit, nullo privatim[e] commodo, sed omnium civium utilitati[f] communi[g] motum presidiumque oportune legis inducere.

IIII. Qualis erit in vivendo[a] artifex legum.

Erit consequenter[b] idem lator iuris hac legis mores eloquiis anteponens, ut contentio[c] illius plus virtute personet[d] quam sermone. Sicque quod dixerit amplius factis quam dictis exornet priusque promenda conpleat, quam inplenda depromat[e].

m) cumqȝ *R* 1. n) acute *R* 1. o) reservari *R* 2. p) expertis husus *R* 1; expertos usos *R* 2. q) ratiocinante *R* 1. r) persona *R* 1.

II. a) debet *R* 1. b) Firmandarum *R* 1, *ubi* ergo *deest*. c) videre *R* 1. d) sive *R* 1. e) *ita R* 2; contentionem *R* 1. f) *deest R* 1. g) negotio *R* 1. h) clamore *R* 1. i) lege *R* 1.

III. a) *ita R* 1. *E* 2; indicitur *R* 2. *E* 1. b) reddatur *R* 1. c) ostendum *R* 1; hostendatur *R* 2. d) *ita R* 2; suadendus *R* 1. e) *ita R* 2. *E* 2; privati *E* 1; privatum *R* 1. f) hutilitatem *R* 1. g) *ita R* 2. *E* 2; muni.motum *R* 1; communimentum *E* 1.

IIII. a) videndo *R* 2. *E* 1. b) conquenster *R* 1. c) *ita R* 1. 2; contio *E* 1; constituti *E* 1. d) persone *R* 2; consonet *R* 1. e) *ita E* 1. 2; deponat *R* 1; *deest R* 2.

V. Qualis erit in consiliando[a] artifex legum.

Erit in adventione[b] Deo sibique[c] tantummodo conscius, consilio[d] probis[d] et parvis admixtus, adsensu civibus populisque[e] conmunis; ut aliene provisor salutis commodius[f] ex universali consensu exerceat gubernaculum[g], quam ingerat ex singulari potestate iudicium.

VI. Qualis erit in eloquendo artifex legum.

Erit concionans eloquio clarus, sententia non dubius, evidentia plenus; ut, quidquid ex[a] legali fonte prodierit[b], in rivulis audientium sine retardatione decurrat, totumque qui audierit ita cognoscat, ut nulla hunc difficultas dubium reddat.

VII. Qualis erit in iudicando[a] artifex legum.

Erit iudicans in indagando[b] vivax, in preveniendo[c] fixus, in decernendo non[d] anxius, in percutiendo parcus, in parcendo adsiduus, in innocente vindex, in noxio temperatus, in[e] advena sollicitus, in indigena[f] mansuetus. Personam[g] tantum nesciat[h] accipere, quanto et contemnet heligere.

VIII. Qualis in publicis, qualis in privatis erit artifex legum.

Erit quecumque sunt publica[a] patrio recturus amore, quecumque privata herili dispensaturus[a] ex potestate; ut hunc universitas patrem, parvitas[b] habeat dominum, sicque diligatur in toto, ut timeatur in parvo, quatenus et nullus huic servire paveat, et omnes amorem eius[c] morte conpensandum exoptent.

VIIII. Quod dare debeat legibus disciplinam artifex legum.

Tunc deinde sciet in hoc maxime istare[a] gravitatis publice gloriam, si det ipsis legibus disciplinam. Nam

V. a) consiliandum *R* 1. b) *ita R* 1. *E* 1. 2*; corr.* adinventione *R* 2. c) siutique *R* 1; sibusque *R* 2. d) consilia providus *R* 2. e) populis adque *R* 1. f) commodus *R* 1. g) gubernacula *R* 1.

VI. a) es *R* 2. b) *ita R* 1*;* prodiderit *R* 2. *E* 1. 2.

VII. a) iudicio i. *R* 2. b) indicando *R* 1. c) *ita R* 1*;* perveniendo *R* 2. *E* 2; praevidendo *E* 1. d) *deest R* 1. e) in — mansuetus *des. R* 1. f) indegena *pro* in indigena *R* 2. g) personas *R* 1. h) nesciet *R* 1.

VIII. a) publica — dispensaturus *E* 1. 2; publica patria q. p. erit pensaturus *R* 1; publica patri erectus a. q. privata erit illi dispensaturus *R* 2. b) patruitas *R* 1. c) melius mortem *R* 1.

VIIII. a) *ita R* 1. 2.

cum salus tota plebium in conservando[b] iure consistat, leges ipsas corrigere debet[c] ante quam mores. Veniunt enim, ut cuique libet, in contemtionem[d], leges pro arbitrio suo ferunt[e], induunt sibi fictam de[f] grabitate hac pudore[g] personam; adeo[h] ut sit illis[h] lex publica, inhonestas privata, sicque obtentu legum contraria legibus adoperiunt, qui vigore legis obvia[i] legibus evellere debuerunt.

II. TITULUS: DE LEGE.

I. Quid observabit legislator in legibus suadendis.

Item in suadendis[a] legibus erit plena[b] causa dicendi, non ut partem[c] orationis meditandi[d] videatur gratia obtinere, sed desideratum perfectionis obtinuisse laborem. In earum namque formationibus non sophismata[e] disputationis, sed virtutem iuris mavult causa discriminis. Queritur enim illic[f] non, quid contentio dicat, sed quid actio promat, quia et excessus morum non coercendi[g] sunt cuturno locutionum, sed temperamento[h] virtutum.

II. Quid sit lex.

Lex[a] est emula divinitatis, antestis[a] religionis, fons disciplinarum, artifex iuris, boni[b] mores inveniens adque conponens, gubernaculum civitatis, iustitie nuntia, magistra vite, anima totius corporis popularis.

III. Quid agit[a] lex.

Lex regit omnem civitatis[b] ordinem, omnem hominis etatem, que sic feminis datur ut maribus, iuventute con-

b) *ita R* 1; consecrando *E* 2 *et e corr. R* 2; considerando *E* 1 *et fortasse olim R* 2. c) debeat *R* 1. d) concionem *R* 1. e) fuerunt *R* 1. f) divinitate *R* 2. g) pudere *R* 1. h) adecit illi *R* 1. i) obviam *R* 1.

TIT. II. a) *index capitulorum indici tituli I. subiectus in R* 1; *deest omnino R* 2.

I. a) l. s. *R* 1. b) plenus *R* 1. c) parte *R* 1. d) *deest R* 1. e) *ita E;* sofirmata *R* 2; sunt firmata *R* 1. f) illio *R* 1. g) cernendi *R* 2. h) *ita E;* in temperamentum *R* 1; temperare *R* 2, *ubi* virtutum *deest.*

II. a) Rerum emmula divitatis *R* 1, *ubi* antestis *deest.* b) *ita R* 1. 2. *E* 1; bonos *E* 2.

III. a) sit *R* 1. b) civitatem *R* 1.

plectitur et senectute, tam prudentibus quam indoctis, tam urbanis quam rusticis fertur, que[c] summum[c] salutis principum hac populorum culmen obtinet, et cum manifesto[d] preclaroque preconio in modum lucidissimi solis effulgit[e].

IIII. Qualis erit lex[a].

Lex[1] erit manifesta nec quemquam in captionem[b] civium devocabit. Erit secundum naturam, secundum consuetudinem civitatis, loco temporeque conveniens, iusta et[c] equabilia prescribens[d], congruens[e], honesta et digna, hutilis, necessaria, in qua previdendum est ex hutilitate, que pretenditur, amplius[f] commodi, amplius[f] iniquitatis oriatur, ut dinosci possit, si plus veritati[g] prospiciat publice, quam religioni[h] videatur obesse, an et si honestatem[i] tuetur[k] et non cum salutis periculo arguit.

V. Quare fit lex.

Fieri[2] autem leges et ratio[a] cogit, ut earum[b] metu humana coerceatur inprovitas, sitque[c] tuta inter noxios innocentium vita, adque in ipsis inprobis formidato supplicio frenetur nocendi presumptio.

VI. Quod triumphet de hostibus lex.

His in domestica pace ita[a] perfectis, totaque primo a principibus, secundo a civibus[b], exhinc a populis et a domo iurgiorum peste seclusa, eundum[c] est in adversis et obviandum hostibus potentialiter hac[a] fidenter[a], tanto in externis spe fida victorie, quanto[d] nil[e] erit, quod ex internis formidari[f] valeat aut timeri. Pacis[g] enim holeo et legum vino[h] tota plebium massa in istatu salutari concreta exheret[i] hostibus indevictos[k], unde inlesos artus[l],

c) Quesumus *R* 1. d) manifestat *R* 1. e) effugit *corr.* effulget *R* 2.
IIII. a) *deest* *R* 1. b) *ita* *R* 1. *E* 1. 2; captione *R* 2. c) aequaliaque *R* 2. d) perscribens *R* 2. e) concumbens *R* 1. f) amplius — amplius *R* 1. 2. *E* 1; *intelligendum est:* an plus — an plus, *quod praebet* *E* 2. g) veritatem *R* 1. h) regio *R* 1. i) honestate *R* 1. k) *ita* *R* 1. *E* 2; tueatur *R* 2. *E* 2.
V. a) illa *add.* *R* 2. b) iterum *R* 1. c) sique *R* 1.
VI. a) *deest* *R* 1. b) principibus *R* 1. c) eundem *R* 1; secundum *R* 2. d) quantum *R* 1. e) nec *R* 2. f) formidare *R* 1. g) facies *R* 1. h) vinum *R* 2. i) exeret *R* 2; *i. e.* exseret. k) *ita* *R* 2; indevictus *R* 1; inde invictos *E*. l) artos *R* 2.

1) *Hoc caput magna ex parte ad verbum convenit cum Isidori Etymol. V, c.* 21. 2) *Ad verbum fere convenit hoc caput cum Isidori Etymol. V, c.* 20.

producentur iustis adiuta legibus tela. Eruntque viri melius equitate quam telo muniti, ut contra hostem[m] ante iustitiam dirigat[n] princeps, quam vibret spicula miles. Felicior iam tunc illa principis congressio erit, quando[o] domestica equitas anteibit; quia et severiores[p] erunt in hostium populatione[q] mucrones, quos[r] de domibus modeste produxerint leges[s]. Experimentum enim naturalis est rei, ut iustitia illa confodiat hostem que tutaverit civem[t], et externam[u] inde perimat litem[v], unde suorum interna possederit pacem. Sicut ergo modestia principum temperantia est legum, ita concordia civium victoria est hostium. Ex[w] mansuetudine etenim principum oboritur dispositio legum, ex dispositione legum institutio morum, ex institutione morum concordia civium, ex concordia civium triumphus hostium. Sicque[x] bonus princeps, interna regens et externa conquirens, dum suam pacem possidet et alienam litem abrumpit[y], celebratur et in civibus rector et in hostibus victor, habiturus post labentia tempora requiem sempiterna, post luteum aurum celestem regnum, post diadema[z] et purpuram gloriam et coronam; quin pocius nec deficiet esse rex, quoniam, dum regnum terre relinquid[a] et celeste conquirit, non erit amisisse[b] regni gloriam, sed ausisse[c].

m) hoste *R* 1. n) diridirigat *R* 1. o) quam *R* 2. p) *ita* *R* 1. *E* 1; seniores *R* 2; saeviores *E* 2. q) populutionem *R* 1. r) quod *R* 1. s) legis *R* 1. t) cive *R* 1. u) externa *R* 1. v) lite *R* 1. w) et mansuetudinem *R* 1. x) sique *R* 1. y) *ita* *E*; amrumpit *R* 2; obrumpit *R* 1. z) diademam *R* 1. a) relliquid *R* 1. b) admisisse *R* 1. c) *ita pro* auxisse *R* 1. 2.

DE NEGOTIIS CAUSARUM.

LIBER SECUNDUS.

I. TITULUS: DE IUDICIBUS ET IUDICATIS.

I. Quod et regia potestas et populorum universitas legum[a] reverentie sit subiecta.

II. Quod nulli leges nescire liceat.

III. Quod antea ordinare[b] oportuit negotia[c] principum, postea populorum.

IIII. De tempore, quo debeant leges emendate valere.

V. De principum cupiditate damnata eorumque initiis ordinandis, et[d] qualiter conficiende sunt scripture in nomine principum facte.

VI. De his, qui contra principem vel gentem aut patriam refugi[e] vel insulentes existunt.

VII. De non criminando principem nec maledicendo illi.

VIII. De remotis alienarum gentium legibus.

VIIII. Ne excepto talem librum, qualis hic, qui nuper est editus, alterum[f] quisque presumat habere.

X. De diebus festis et feriatis, in quibus non sunt negotia [exequenda[g]].

XI. Ut nulla causa a iudicibus audiatur, que[h] legibus non tenetur.

XII. Ut terminate cause[i] nullatenus revolvantur, relique[k] vero ad libri huius seriem terminentur, adiciendi leges principibus libertate manente.

LIB. II. TIT. I. a) l. — subiecta *des.* *R* 2. b) ordinari *R* 2. c) n. — populorum *des.* *R* 2. d) et — facte *des.* *R* 2. e) ref. — existunt *des.* *R* 2. f) alterum — habere *des.* *R* 2. g) *emendavi ex rubrica textus;* exquirenda *R* 1; *deest* *R* 2. h) que — tenetur *des.* *R* 2. i) preterite *add.* *R* 2. k) relique — manente *des.* *R* 2.

XIII. Quod nulli liceat dirimere causas, nisi quibus aut princeps aut[l] consensio voluntatis potestatem dederit iudicandi.

XIIII. Quales causas debeant audire[m] thiuphadi[n] et[o] qualibus personis causas audiendas iniungant.

XV. Ut iudices tam criminales quam communes terminent[p] causas. Pacis autem adsertores et sola regia potestas ordinet, et sic[q] tantundem a rege commissa negotia iudicent.

XVI. De damnis eorum, qui non accepta potestate presumserint[r] iudicare.

XVII. De his, qui admoniti iudicis epistula[s] vel[t] sigillo ad iudicium venire contemnunt[u].

XVIII. Si iudex interpellantem audire contemnat, vel[v] utrum fraudulenter an ignoranter iudicium promat[w].

XVIIII. Si iudex aut per commodum aut per ignorantiam iudicet[x] causam.

XX. Si iudex dolo vel calliditate aut unam aut ambas causantium[y] partes dispendia[z] faciat sustinere.

XXI. Quid[a] primo iudex servare debet[b], ut[c] causam[d] bene cognoscat.

XXII. Si cuiuscumque honoris aut hordinis iudex[e] dicatur haberi[f] suspectus, vel si iudex contra leges[g] presumat dare iudicium.

XXIII. Iudex qualiter faciat iudicatum.

XXIIII. De commodis adque damnis iudicis vel[h] saionis.

XXV. Quod[i] omnis, qui potestatem accipit iudicandi, iudicis[k] nomine censeatur ex lege.

XXVI. Ut omne vinculum, quod post datum iniustum iudicium a causidicis[l] fuerit exactum, habeatur invalidum.

XXVII. Ut iniustum iudicium et definitio iniusta[m]

l) aut — iudicandi *des.* *R* 2. m) audiri *R* 1. n) thiufadi *R* 2. o) *ita* *E* 1. 2. *et in contextu* *R* 2, *ubi hoc loco desunt* et — iniungant; quibus *pro* et qualibus *R* 1. p) terminent — iudicent *des.* *R* 2. q) *ita* *R* 1; *deest* *E* 1. 2. r) pr. iud. *des.* *R* 2. s) epistulam *R* 1. t) vel sigillum *R* 1; vel — contemnunt *ita in contextu* *R* 2, *ubi hoc loco desunt.* u) contendunt *R* 1. v) vel — promat *des.* *R* 2. w) premat *R* 1. x) *deest* *R* 1; iud. causam *des.* *R* 2. y) caus. — sustinere *des.* *R* 2. z) dispendium facid *R* 1. a) Quod primum *R* 2. b) debeat *R* 1. c) ut — cogn. *des.* *R* 2. d) causa *R* 1. e) iudex — iudicium *des.* *R* 2. f) habere susceptum *R* 1. g) lege *R* 1. h) vel sai. *des.* *R* 2. i) Ut *R* 2. k) iud. — lege *des.* *R* 2. l) a causidicis *des.* *R* 1; a — invalidum *des.* *R* 2. m) ini. — valeat *des.* *R* 2.

a.

IN[w] NOMINE DOMINI.

I. FLAVIUS GLORIOSUS RECCESSVINDUS REX.

Quod tam regia potestas quam populorum[a] universitas legum reverentie sit subiecta.

Omnipotens[b] rerum[b] dominus et conditor unus[1], providens commoda humane salutis, discere[c] iustitiam habitatores[d] terre, sacre legis sacris decenter imperabit[e] oraculis. Et quia solius tam[f] inmense divinitatis imperiis hec[g] cordibus inprimuntur humanis, convenit omnium terrenorum quamvis excellentissimas potestates illi colla[h] submittere mentis, cui etiam militie celestis famulatur dignitas servitutis. Quapropter si obediendum est Deo, diligenda est iustitia; que si fuerit dilecta, erit instanter[i] operandum in illa, quam quisque tunc verius et ardentius diligit, cum unius equitatis sententia cum proximo semetipsum adstringit[k]. Gratanter ergo iussa celestia amplectentes, damus modestas[l] simul nobis[m] et subditis leges, quibus ita et nostri culminis clementia et succedentium[n] regum nobitas adfutura una cum regimonii nostri generali multitudine universa hobedire decernitur hac parere iubetur, ut nullis factionibus a[o] custodia legum, que inicitur subditis[p], sese[p] alienam reddat cuiuslibet persona vel potentia dignitatis, quatinus subiectos ad reverentiam legis[q] inpellat necessitas, principis[r] voluntas.

n) iussum *R* 1. o) *ita R* 1. *E* 2. p) iud. — iudicantes *des. R* 2. q) a quocumque pulsans *R* 2. r) noverit — rationem *des. R* 2. s) ratione *R* 1. t) continentium *R* 1. u) regia *R* 2. v) *deest R* 2. w) IN N. D. *inter* I. *et* FLAVIUS *R* 1. 2.
I. a) populi *R* 1. b) Omnipotentis regum *R* 1. c) discernere *R* 2. d) abitatoribus *R* 2. e) *ita pro* imperavit *R* 1. 2. f) *deest R* 1. g) hecordibus *R* 1. h) *deest R* 2. i) iterum *R* 1. k) adistringit *R* 1. l) modestias *R* 1; molestas *R* 2. m) novis *R* 1. n) succedendum *R* 1. o) ad custodia *R* 1; accausandia *pro* a c. *R* 2. p) subdidisse *R* 1. q) *deest R* 1. r) *acc. plur.*

1) Omnipotens — unus: *versus hexameter.*

II. FLAVIUS GLORIOSUS RECCESSVINDUS[a] REX.

Quod nulli leges nescire liceat.

Omnis scientia sana ordinabiliter vitat[b] ignorantiam[c] execrandam[c]. Nam cum scriptum sit: 'Noluit[1] intellegere, ut bene ageret', certum[d] est, quia[e] qui intellegere[e] noluit[f], bene agere non contendit[g]. Nullus ergo idcirco sibi extimet inlicitum faciendi licere quodlibet, quia se novit legum decreta sanctionesque nescire[h]: nam non[i] insontem[i] faciet ignorantie causa[k], quem noxiorum damnis inplicaverit culpa.

III. FLAVIUS GLORIOSUS[a] RECCESSVINDUS REX.

Quod antea ordinari oportuit negotia principum et postea populorum.

Bene Deus, conditor rerum, disponens humani corporis formam, in sublimem[b] caput erexit adque ex illo cunctas membrorum fibras exoriri decrevit. Unde hoc etiam a[c] capiendis initiis caput vocitari[d] percensuit[2], formans in illo et[e] fulgorem luminum[e], ex quo prospici possent quecumque noxia concurrissent, constituens in eo et intelligendi vigorem[f], per quem conexa et subdita membra vel dispositio[g] regeret vel providentia ordinaret. Hinc est et peritorum medicorum precipua cura, ut ante capiti quam membris incipiat[h] disponi medella. Que ideo non inmerito ordinabiliter exerceri censetur, cum artificis peritia hec dispensari patescunt; quia si salutare caput extiterit, ratione colligit, qualiter curare membra cetera possit. Nam si arcem[i] molestia hoccupaverit capitis, non potuerit[k] in artus dirivationes[l] dare salutis, quas in se consumserit iugis causa langoris. Ordinanda ergo sunt primo negotia principum, tutanda[m] salus, defendenda vita, sicque in istatu et negotiis plebium ordinatio dirigenda, ut dum salus conpetens prospicitur regum, fida valentius teneatur salvatio populorum.

II. a) *ita R* 1; Chindasuintus *R* 2, *ubi* gloriosus *deest; nomen regis deest E* 1. 2. b) *ita E* 1; uita *R* 2; fit ad *R* 1; ditat *corr.* dictat *E* 2. c) ignorantia exegranda *R* 1. d) certo est *R* 2. *E* 1. e) *ita E;* quia intelligere *R* 2; quia qui int. *des. R* 1. f) nolet *R* 1. g) *ita V* 5; non concedit *R* 2; nin condit *R* 1; ad maledicendum tendit *E* 1; contemnit *E* 2. *V* 2. 3; non contemnit *V* 1. h) nesciret *R* 1. i) n. i. *des. R* 1. k) causam *R* 1.

III. a) cl̃rs *R* 1. b) *rad. corr.* sublime *R* 2. c) ad *R* 1. d) vocari precensuit *R* 1. e) et f. lum. *des. R* 1. f) vigore *R* 1. g) disposio *R* 1. h) *ita R* 1; incipiad disponi medellam *R* 2; incipiat disponi medela *V* 5; incipiunt adhiberi medellam *E* 1; incipiant adhiberi medella *E* 2. i) *ita E* 2; arce *R* 2; areae *E* 1; carnem *R* 1. k) poterit *R* 2. l) delibationes *R* 1. m) tutanda *al. m. coaeva corr.* tuenda *R* 1.

1) *Psalm.* 35, 4. 2) *Cf. Isidori Etymol. XI, c.* 1, 25.

d. IIII. FLAVIUS GLORIOSUS RECCESSVINDUS REX.

De tempore, quo[a] debeant leges emendate valere.

Quoniam novitatem legum vetustas[b] vitiorum[b] exegit et innovare[c] leges veternosa[d] peccaminum antiquitas inpetrabit[e], adeo[f] leges in hoc libro conscriptas[g] ab anno secundo dive[h] memorie domni et genitoris mei Chindasvindi[i] regis in cunctis personis hac[k] gentibus nostre amplitudinis imperio subiugatis omni robore valere decernimus hac iugi mansuras observantia consecramus; ita ut, reiectis[l] illis, quas non equitas iudicantis, sed[m] libitus inpresserat potestatis, evacuatisque iudiciis omnibusque scripturis earum ordinatione confectis, he[n] sole valeant leges, quas aut ex[o] antiquitate iuste[p] tenemus, aut idem[q] genitor[r] noster vel pro ęquitate iudiciorum vel pro austeritate[s] culparum visus est non inmerito[t] condedisse, prolatis[u] seu conexis aliis legibus, quas[v] nostri culminis fastigium iudiciali[w] presidens trono coram universis Dei sacerdotibus[x] sanctis cunctisque[y] officiis palatinis, docante[z] Deo adque favente audientium universali consensu[a], ędidit et formavit hac[b] sue glorie titulis[c] adnotabit; ita ut[d] tam he[e], que iam prolate consistunt, quam ille, quas[f] adhuc exoriri novorum negotiorum eventus inpulerit, valido hac iustissimo vigore perdurent et eterne soleditatis[g] iura retentent[h].

V. FLAVIUS GLORIOSUS RECCESSVINDUS REX.

De principum cupiditate damnata[a] eorumque initiis ordinandis[b], et qualiter conficiende sunt scripture in nomine principum facte.

Eminentie[1] celsitudo terrene tunc salubrius sublimia probatur adpetere[c], cum saluti proximorum pia cernitur

IIII. *(Deest codd. E 1. 2.)* a) quod *R* 1. 2. b) vetustus vigorum *R* 1. c) innovale *R* 2. d) *ita V* 1. 3; veternos ac *R* 2; veternus *R* 1; veternosas *V* 2. 4; veternositas — antiqua *pro* v. — antiquas *in marg. V* 4. e) *ita pro* inpetravit *R* 1; imperavit *V* 4. f) *ita R* 1. 2; ideo *V*. g) constitutas *R* 1. h) *ita V;* diu memoriae *R* 2; d. m. *des. R* 1. i) Cindasuindi *R* 1. k) agentibus *pro* hac g. *R* 1. l) *ita R* 1. *V* 1. 4; regectis *R* 2; relictis *V* 2; resectis *V* 3. m) sed — evacuatis *des. R* 2; libitus *deest etiam R* 1, *quod ex V supplevi.* n) heae *R* 2; hae *V*; *deest R* 1. o) ab *pro* aut ex *R* 1. p) *ita R* 1. *V* 1. 3; eius tenemus *R* 2; iuste novimus aut tenemus *V* 2. 4. q) ideo *R* 1. r) genitorum *pro* g. n. *R* 2. s) absteritate *R* 1. t) merito *R* 1. u) prelatis *R* 2. v) quam nr̄s culminibus *R* 2. w) iudicali pr. *R* 1; iudici abssidens *pro* i. pr. *R* 2. x) sanctis sacerdotibus *R* 1. *V* 4. y) que *deest R* 2. z) dōcante *R* 1; docente et ducante *V* 3. a) consilio *R* 2. b) ad *R* 1. c) titulus *R* 1. d) aut *R* 2. e) heae *R* 2; et *R* 1. f) quasi *R* 2. g) aeterna solitatis *R* 2. h) retinent *R* 1.

V. *Cf. etiam Conc. Tolet. VIII.* a) et *add. R* 1. b) ordinandis equaliter *R* 1; hordinata est qualiter *R* 2. c) anpetere *R* 1.

1) *Haec eadem lex in acta Concilii Toletani VIII. a.* 653. *recepta est, ubi*

conpassione[d] prodesse; unde solet contingere, ut plus commodi de aliena[e] salute conquirat, quam de propria hutilitate quisque[f] percipiat. In multis enim, quia multorum salus adtenditur, maioris lucri summa percipitur. In se autem, quia privati commodi fructus adpetitur, non[g] satis est, si unius beneficii premia conquirantur. Hinc et illa[h] regendarum tantundem salus est plebium, que non suos fines privata voluntate concludit, sed que universitatis limites communi prosperitatis[i] lege defendit: Quapropter, ne salutaris ordo imperialibus videatur[k] verbis potius obtineri quam factis, de sublimitatis obtentu reclinamus ad vota supplicum tranquille visionis aspectum[l], ut inde salutaris conpassio[m] habeat commodum, unde turme plebium adepte fuerint supplicationis effectum. Cum[n] igitur precedentium serie temporum inmoderatior aviditas[o] principum sese[p] prona diffunderet in ispoliis populorum et augeret rei proprie[q] censum erumna flebilis subiectorum, tandem[r] superne respectionis adflatu[s] nobis est divinitus inspiratum, ut, quia subiectis leges reverentie[t] dederamus, principum quoque excessibus retinaculum temperantie poneremus. Proinde sincera mansuetudinis deliberatione tam nobis quam cunctis nostre glorie[u] successoribus adfuturis, Deo mediante, legem ponimus decretumque divalis observantie promulgamus[v]: ut nullus regum inpulsionis sue quibuscumque motibus aut factionibus scripturas de quibuslibet rebus alteri[w] debitis ita extorqueat vel extorquendas instituat, quatenus iniuste hac nolenter debitarum sibi quisque privari possit dominio rerum. Quod si alicuius gratissima volumtate quippiam de rebus a quocumque perceperit vel pro evidenti prestatione lucratus aliquid fuerit, in eadem scripturam[x] patens volumtatis hac prestiti condicio adnotetur, per quam aut inpressio principis

d) *ita* *R* 1. *E* 2*;* conparsio se *R* 2; conparsione *E* 1. e) alienę *R* 1. f) quis *R* 1. g) nos *R* 1. h) illam *R* 1. i) prosperitati *R* 2. k) videntur *R* 1. l) *ita* *E* 1. 2. *Conc.;* espectum *R* 2; affectum *R* 1. m) consparsio *R* 2. *E* 1. n) *deest* *R* 1. o) apiditas *R* 1. p) *ita* *E* 2*;* esse *R* 1. 2; *deest* *E* 1. q) publicae *E* 2. *V* 1. 3. r) tam de *R* 1. s) adflatum *R* 1. 2. t) r. deferamus *R* 1; deferentiae dederamus *R* 2. u) a *add.* *R* 1. v) promulcamus *R* 1. w) alteris *R* 1. x) *ita* *R* 1. 2.

ad calcem traditur. Res, quas rex hac lege ordinavit, etiam in ipso concilio agitatae erant; cf. praecipue can. 10. *Conc. cit. et Concilii eiusdem 'Decretum iudicii universalis editum in nomine principis', actis subiectum. Rex legem nostram decreti illius occasione promulgasse videtur.*

aut conferentis fraus evidentissime detegatur. Et si patuerit a nolente fuisse iscripturam[y] exactam, aut resipiscat inprobitas principis et evacuet quod male contraxit, aut certe post eius mortem[z] ad eum, cui exacta est scriptura, vel ad heredes eius res[z*] ipse sine cunctatione debeant revocari. Ille autem res, que, seclusa omni conpressionis[a] argumentatione, directo modo transierint in principis potestate[b], in eius perenniter iure perdurent, et quidquid[c] ex rebus ipsis idem princeps ordinare voluerit, sue potestatis arbitrio subiacebit. Verum ut omne[d] eius[e] negotium actionis roburet[f] sinceritas veritatis, cum quarumcumque rerum iscripture in principis nomine extiterint facte, mox testes[g], qui in eadem scripturam suscriptores accesserint, ab his, quos elegerit princeps, diligentissime perquirantur, si non aliquod indicium[h] aut de inpressione principis aut de fraude scripturam facientis modo quocumque cognoverint: ac[i] sic aut rite facta series scripture permaneat, aut irrite confecta vanescat. Similis quoque ordo de terris, vineis adque familiis observetur, si[d] sine scripture textum[k] tantumodo coram testibus quelibet facta fuerit definitio[l]. De rebus autem omnibus a tempore Svintilani[m. 1] regis hucusque[n] a principibus[o] adquesitis[o] aut deinceps si provenerit adquirendis quecumque forsitan princeps inordinata sive[p] reliquid seu reliquerit, quoniam pro regni apice[q] probantur adquisita fuisse, ad successorem[r] tantundem regni decernimus pertinere; ita habita potestate, ut[s] quidquid ex his helegerit facere, liberum habead[t] velle. In illis autem rebus, que ipsi aut de bonis parentum aut de quorumcumque provenerint successionibus proximorum, ita[u] eidem principi eiusque filiis, aut si filii defuerint, heredibus quoque legitimis hereditatis iura patebunt, sicut etiam ceteris lege vel successione patere noscuntur. Quod si aliquid ex rebus de quorumcumque parentum aut proximorum non solum successione, sed etiam qualibet conlatione aut quocunque

y) *ita R 2;* iscriptura exacta *R* 1. z) morte *R* 1. z*) *deest R 1, ubi legitur* ipsa — debeat. a) conprehensionis et *R* 1. b) *ita R* 1. 2. *E.* c) quid *R* 1. d) *deest R* 1. e) *ita R* 1. 2; *alii:* huius. f) robore *R* 2. g) testis *R* 1. h) in iudicis *R* 1. i) aut *R* 1. k) *ita R* 1. 2. *E* 1. l) in definitione *R* 1. m) *ita R* 1. 2, *V* 2. 4. 5; *eandem lectionem, sed corruptam praebent E* 1. 2. n) huncusque *R* 1; huiusque *R* 2; hucusque *alii.* o) principes adquietis *R* 1. p) sibi *R* 1. q) apicem *R* 1. r) successore *R* 1. s) *deest R* 1. t) abeat *R* 2. u) ut *add. R* 1.

1) *Svintila rex regnavit a.* 620—631.

contractu[v] ad ius ipsius pervenisse patuerit, si contingat hec[w] inordinata relinqui, non ad successorem regni, sed ad filios vel[x] heredes eius, qui conquisibit, specialiter omnis eadem conquisitio[y] pertinebit. Nam et de illis rebus, quas[y*] idem[y] princeps ante regnum aut ex proprio aut ex iustissime[z] conquisito[a] dinoscitur abuisse, inrebocabili ordine aut faciendi quod voluerit potestatem habebit, aut certe filiis eius successio plena[b] patebit. Quod si filii defuerint, legitimis heredibus ex his, que inordinata reliquerit[c], hereditatem hadire licebit. Huius sane legis sententia[d] in solis erit principum negotiis observanda adque ita perpetim valitura, ut non ante quispiam solium regale[e] conscendat, quam iuramenti federe hanc legem se in omnibus implere promittat[1]. Quemcumque vero aut per tumultuosas plebes aut per absconsa dignitati puplice macinamenta adeptum[f] esse constiterit regni[g] fastigia[2], mox idem cum omnibus tam nefarię sibi[h] consentientibus et anathema fiat et christianorum communionem amittat, tam dire percussionis ultione conlisus, ut omnis divini ordinis cultor, qui illi communicare presumserit, simili cum ipso damnatione dispereat et pena tabescat. Nam et si quis legis huius seriem ex officio palatino malivole detrahendo lacerare voluerit aut evacuandam[i] quandoque, vel silenter musitans[k] vel aperte resultans, proloqui detectus extiterit, cunctis[l] palatine dignitatis et consortiis et officiis mox nudatus, omnium rerum suarum dimidiam partem amittat et in deputato sibi loco redactus, a[m] totius palatii maneat societate seclusus. Religiosus etiam, qui se in eadem culpam devolverit, simili rerum proprietatis sue dispendio subiacebit.

v) tractu *om.* *R* 1. w) hex *R* 1. x) vel ad *R* 1. y) conquisitio — idem *om.* *R* 1. y*) que *R* 2. z) iustis se *R* 1. a) conquesitum conoscitur *R* 1. b) pena *R* 1. c) reliquerint *R* 1. d) sententiam *R* 1. e) regalis ascendat *R* 1. f) aditum *R* 1. g) regnum *R* 1. h) sibe *R* 2; sive *R* 1. i) vacuandam *R* 1. k) musitatis *R* 1. l) cunctos *R* 1. m) ac *R* 1.

1) *Cf. Conc. Tolet. VIII, c.* 10: non prius apicem regni quique percipiat, quam se illam *(sc. legem de successione in facultates regis)* per omnia suppleturum iurisiurandi taxatione definiat. 2) *Cf. ibid.:* Abhinc ergo et deinceps ita erunt in regni gloriam praeficiendi rectores, ut aut in urbe regia aut ubi princeps decesserit cum pontificum maiorumque palatii omnimodo eligantur assensu, non forinsecus aut conspiratione paucorum aut rusticarum plebium seditioso tumultu.

VI. FLAVIUS CHINDASVINDUS REX.

De his, qui contra principem vel gentem[a] aut patriam refugi sive[b] insulentes[c] existunt[d].

Quantis[1] actenus Gotorum patria concussa sit cladibus, quantisque iugiter quatiatur istimulis profugorum[e] hac nefanda supervia deditorum, ex eo pene cunctis[f] est cognitum, quod et patrie diminutionem[g] agnoscunt[h], et hac hoccasione potius quam expugnandorum hostium externorum arma sumere sepe conpellimur. Ut ergo tam dira temeritas tandem victa depereat[i], et in huiusmodi transgressoribus manifesta iscelera non relinquantur ulterius inpunita, hac omne per evum valitura lege[k] sancimus, ut quicumque ex tempore reverende[l] memorie Chintilani[2] principis usque ad annum[m], Deo[m] favente, regni nostri secundo vel amodo et ultra ad adversam gentem vel extraneam partem perrexit[n] sive perrexerit, aut etiam ire voluit vel quandoque voluerit, ut sceleratissimo ausu contra gentem Gotorum[n] vel patriam ageret[o], aut fortasse conetur aliquatenus agere, et captus sive detectus extitit vel extiterit, sive ab anno regni nostri primo vel deinceps quispiam infra fines patrie Gotorum quamcumque conturbationem aut scandalum in contrarietatem regni nostri vel gentis facere voluerit, sive ex tempore nostri regiminis tale[p] aliquid agere vel disponere videtur, in necem vel abiectionem[q] nostram

VI. a) regem *R* 1. b) sibi *R* 1. c) insolenter *R* 2. d) existant *R* 1. e) profuturorum *R* 1. f) con | cuttus *R* 1. g) diminutione *R* 1. h) cognoscunt *corr.* agnoscunt *R* 2. i) permaneat *R* 1. k) *deest* *R* 1. l) referende *R* 1. m) anno *pro* a. Deo *R* 1. n) perrexit — Gotorum *des.* *R* 1. o) agere *R* 1. p) talem *R* 1. q) adiectionem *R* 1.

1) *Huic capiti simillimus est canon* 1. *Concilii Toletani VII. a.* 646. *habiti, qui ad verba fere nonnullis locis cum hac lege convenit. Neque vero, ut opinatus est F. Dahn, 'Könige' V, p.* 195, *Chindasvindus rex concilii illius decretum recepit in legem; sed decretum potius ad exemplum legis formatum esse videtur. Lex enim in prologo canonum iam 'dudum' data memoratur:* novimus . . . ita dudum legibus decretum fuisse, ut nullus refuga vel perfidus, qui contra gentem Gothorum vel patriam seu regem agere aut in alterius gentis societatem se transducere reperitur, integritati rerum suarum nullatenus reformetur, nisi forsitan princeps humanitatis aliquid personis talibus impertiri voluerit; qui tamen non amplius quam vicesimam partem rerum ei qui perfidus exstitit de rebus, unde rex elegerit, tribuendi potestatem habebit. — *Ex anno secundo regni Chindasvindi infra memorato conici licet, hoc ipso anno (= a.* 642/3. *p. Chr. n.) legem editam esse. — Etiam Chronicon q. d. Fredegarii refert de perfugis et rebellantibus a Chindasvindo omnimodo suppressis, lib. IV, c.* 82, *SS. rer. Mer. II, p.* 163. 2) *Chintila rex regnavit a.* 636—640.

sive subsequentium regum intendere vel intendisse proditus videtur esse vel fuerit: horum omnium scelerum vel unius ex his quisque reus inventus fuerit[r] inretractabilem sententiam mortis excipiat, nec ulla ei de cetero sit vivendi libertas indulta. Quod si fortasse pietatis intuitu a principe fuerit illi vita concessa, non aliter quam effossis oculis relinquatur ad vitam, quatenus nec excidium videat, quo[s] fuerat nequiter delectatus, et amarissimam vitam ducere se[r] perenniter doleat. Res tamen omnes vel eius, qui morte[t] est pro tali iscelere perimendus, vel huius, qui vite propter suam nequitiam infelicissime reservabitur, in regis ad integrum potestate persistant, et cui donate fuerint ita perpetim securus possideat, ut nullus umquam succedentium regum causam suam et gentis vitiaturus[u] has ullatenus auferre presumat. Verum quia multi plerumque repperiuntur, qui dum his et talibus pravis[v] meditationibus occupantur, argumento[w] quodam fallaci in ecclesiis aut uxoribus vel filiis adque amicis seu in aliis quibuscumque personis suas inveniantur transduxisse vel transducere[x] facultates, etiam et ipsa, que fraudulenter in dominio alieno contulerant[y], iure precario reposcentes sub calliditatis studio in suo denuo dominio possidenda[z] recipiant, unde nihil de suis rebus visi sunt admisisse, nisi solum concinnacione falsissima fictas[a] quasi veredicas videantur scripturas[b] conficere; ideoque hanc nequissimam argumentationem[c] presentis legis decreto amputare elegimus, ut calcatis[d] vel evacuatis[d] seu[e] rescissis scripturis ac fraude confectis, quidquid eo[f] quisque tempore possidere repperiatur, quo fuerit in predictis criminibus deprehensus, totum continuo fisci viribus ad integrum adplicetur, ut concedere iam dictas facultates, sicut supradictum est, cui rex voluerit vel facere exinde quidquid elegerit in sue potestatis consistat arbitrio; alia vero quecumque ab hac fraude aliena[g] inventa extiterint ordinata legibusque confecta[h], vigore[h] legum maneant solidata, illis ab huius legis sententia personis evidenter exceptis, quibus a precedentibus regibus[i] culpa dinoscitur fuisse concessa. Nam si humanitatis aliquid quicumque perfido rex largiri[k]

v.

r) *deest* *R* 2. s) quod *R* 1. t) morti *R* 1. u) vitiarum *R* 2, *ubi* has — quia *desunt*. v) pravis med. *des.* *R* 2. w) argumentum *R* 1. x) transd. — dominio *des.* *R* 2. y) contulerat *R* 1. z) possidendo *R* 1. a) factas *R* 1. b) scriptas *R* 1. c) argumentatione *R* 1. d) calciatis vel vacuatis *R* 1. e) seu rescissis *des.* *R* 2. f) ex eo *R* 2. g) alienam inventa extiterit *R* 1. h) facta vigorem *R* 1. i) legibus *R* 1. k) largire *R* 2.

voluerit, non de facultate eius, sed unde placuerit principi tantum ei solumodo concessurus[l] est, quantum hereditatis eiusdem culpati vicesima[m] portio fuisse constiterit.

VII. FLAVIUS GLORIOSUS RECCESSVINDUS REX.

De[1] non criminando principe nec maledicendo illi.

Sicut in personam principis omnibus proibemus, aut commovere nequitiam cogitationis aut manus inicere ultionis, ita etiam nullum patimur in eum aut notam ponere criminis[a] aut verba congerere maledictionis. Sacre namque auctoritas scripture et non iubet accipi obproprium adversus proximum suum[2] et hunc, qui maledixerit principi populi sui[3], demonstrat existere reum. Quapropter quicumque in principem aut crimen iniecerit aut maledictum intulerit, ita ut hunc de vita sua non humiliter et silenter admonere procuret, sed huic[b] superve et cuntumeliose insultare pertemtet sive etiam in detractationis[c] eius ignominia turpia et iniuriosa presumat, si ex nobilibus idoneisque personis fuerit, seu sit religiosus sive etiam laicus[d], mox detectus extiterit et inventus, dimidiam omnium rerum suarum partem amittat, de qua[e] idem princeps faciendi quod sibi placuerit potestatem obtineat. Nam si de vilioribus[f] humilioribusque personis fuerit[g], aut certe quem[h] nulla dignitas exornabit, quod de illo vel de rebus eius princeps voluerit iudicandi licentiam habebit. Simili quoque precepto defuncto[g] etiam principi ausum[i] oportune interdicimus detrahendi. Incassum etenim his qui vivit detractionis in defunctum iacula[k] mittit, cum iam defunctus[k] nec constitutionibus imbui nec increpationibus possit urgueri[l]. Sed quia pro certo illius insania innotescit, quia frustra in non sentientem detractoris verba transmittit, ideo hisdem presumptor L verberibus vapulavit et[m] presumtionis sue oportuna silentia dabit[m],

l) concessa *R* 2. m) vicensima *R* 2.
VII. a) mine *pro* crimine *R* 1. b) *ita E. V;* huius *R* 1; ic *R* 2. c) detractionibus *R* 2. d) vulgus *R* 1. e) quā *R* 1. f) viliosibus humiliosusque *R* 1. g) *deest R* 1. h) qua *R* 1. i) ausu *R* 1; auso *E* 1. k) iacula — defunctus *des. R* 2. l) *ita R* 2. *E* 1; torqueri *R* 1; argui *al.* m) et — dabit *des. R* 1.

1) *Cf. canonem de eadem re agentem Conc. Tolet. V*, 5. 2) *Psalm.* 14, 3. 3) *Exod.* 22, 28; *Acta apost.* 23, 5.

reservata cunctis hac plenius libertate, ut principem, tam supreste[m] quam mortuo, liceat unicuique pro negotiis hac rebus omnibus et loqui, quod ad causam pertinet, et contendere, sicut decet, et iudicium promereri, quod debet; ita enim ponere[n] nitimur humane reverentiam dignitati, ut devotius, servare probemur[o] iustitiam Dei[p].

VIII. FLAVIUS GLORIOSUS RECCESSVINDUS REX.

De remotis[a] alienarum gentium[a] legibus.

Aliene gentis legibus ad exercitiam[b] hutilitatis inbui et permittimus et optamus; ad negotiorum vero discussionem[c] et resultamus et proibemus. Quamvis[d] enim eloquiis polleant, tamen difficultatibus herent; adeo, cum sufficiat ad iustitie plenitudinem et prescrutatio rationum et conpetentium ordo verborum, que codicis huius series agnoscitur[e] continere, nolumus sive Romanis legibus seu alienis institutionibus amodo amplius convexari.

VIIII. FLAVIUS GLORIOSUS RECCESSVINDUS REX.

Ne excepto talem librum, qualis hic, qui nuper est editus, alterum[a] quisque presumat habere.

Nullus prorsus ex omnibus[b] regni nostri preter hunc librum, qui nuper est[c] editus[a], adque secundum seriem huius amodo translatum librum legum pro quocumque negotio[d] iudici offerre pertemtet. Quod si presumserit, XXX libras auri fisco persolvat. Iudex quoque, si vetitum librum sive[e] postea oblatum disrumpere fortasse distulerit, predicte damnationis dispendio subiacebit. *a.*

X. FLAVIUS CHINDASVINDUS REX.

De diebus festis et feriatis, in[a] quibus non sunt negotia exequenda[b].

Die[1] Dominico neminem liceat executione constringi, quia omnes causas religio debet excludere, in

m) subpreste *R* 2. n) *deest* *R* 1. o) probemus *R* 1. p) Domini *R* 1.
VIII. a) motis (*corr.* remotis) alienarum regentium *R* 1. b) *ita* *R* 1. 2. *E* 1. c) discutionem *R* 2. *E* 1. d) vis *deest* *R* 1. e) agnoscatur *R* 1.
VIIII. a) alterum — editus *des.* *R* 1. b) hominibus *R* 2. c) est ęditus *R* 2. d) negotium *R* 1. e) *ita* *R* 1. 2 *pro* sibi.
X. a) *deest* *R* 1. b) extendenda *R* 2.

1) *Sequentia maxima ex parte sumpta sunt ex Lege Rom. Vis., Cod. Theod. II, 8, 2. Int., sed partim aliis verbis concepta.*

quo nullus ad causam dicendam nec propter aliquod debitum fortasse solvendum quemquam inquietare presumat. Diebus etiam Pascalibus nullam patimur quemlibet executione[c] teneri, id est per XV dies, septem, qui Pascalem sollemnitatem precedunt, et septem alios, qui secuntur. Nativitatis quoque Dominice, Circumcisionis, Epiphanie[d], Ascensionis et Pentecosten singuli dies simili reverentia venerentur. Necnon et pro messivis a XV. kalendas Agustas usque ad XV.[e] kalendas Septembres In Cartaginensi vero provincia propter locustarum vastationem adsiduam a XV. kalendas Iulias usque in kalendas Agustas messivas ferias precipimus observandas et propter vindemias colligendas a XV. kalendas Octobres usque ad XV. kalendas Novembres. Omnibus hanc constitutionem concedimus, ut per hec tempora nullus ad causam dicendam venire cogatur vel sub executione aliqua deputetur; nisi forte causa, pro qua conpellitur, cepta iam aput iudicem fuisse videatur[f]. Nam procul dubio, si[g] incoata fuisse hactio repperitur, ad peragendum negotium absque ulla feriatorum dierum obiectione cogendus est qui pulsatur; ita ut, si persona est, cui facile credi possit, placito districtus abscedat; si certe sit, de cuius fide dubitetur, pro se fideiussorem adhibeat, quatenus peractis temporibus supradictis ad finiendam cum petitore[h] causam, ubi iudex helegerit, remota dilatione occurrat: preter qui tale[i] crimen admiserint, quos[k] necesse sit sententiam mortis puniri, qui etiam in talibus omnino diebus et conprehendendi sunt et ardua in vinculis[l] custodia retinendi, quousque, peracto die Dominico vel feriis supradictis, debita eos subsequatur ultio iudicantis. Messivis sane vel vindemialibus feriis in criminosas et dignas morti personas[m] legalis nullatenus censura cessabit; sed nec illum ista lex excusatum habebit, qui necdum ad[n] iudicium ante conpulsus, et tamen sciens esse se[o] quandoquidem conpellendo, reliquis se temporibus dilatans ad hoc in predictis feriis illi, a quo pulsandus est, se indubitanter ostendit, quia[p] putat se ad causam dicendam nulla legis sanctione posse teneri. Quem tamen aut per placitum distringi[q] precipimus,

c) executionem retineri *R* 2. d) Epephanie *R* 1; Ephiphanie *R* 2. e) a XVX *pro* ad XV *R* 1, *ubi numeri sequentes* VX *pro* XV *scripti sunt.* f) videatur — fuisse *des.* *R* 1. g) sinquoata fuisset *pro* si incoata fuisse *R* 2. h) petitorem *R* 1. i) quale *pro* qui tale *R* 2. k) quod *R* 1. l) vincula *R* 1. m) per *R* 1. n) a *R* 1. o) se *deest* *R* 1. p) qui *R* 1. q) constringi *R* 1.

quando cum petitore causam finire sit prestus; aut si forte talis est, de quo[r] suspecta sit placiti fides neque fideiussorem pro se adhibere[s] potuerit aput iudicem, sub custodia maneat, ut, expleto tempore feriato[t], causa, pro qua conpellitur, finem accipiat. Si quis autem contra decretum legis huius agere presumserit, et ad iudicem ex hoc querella pervenerit, quinquaginta hictus flagellorum publice extensus accipiat.

XI.

Ut nulla causa a iudicibus audiatur, que in legibus non continetur.

Nullus[1] iudex causam audire presumat, que in legibus non continetur; sed comes civitatis vel[a] iudex, aut per se aut per exsecutorem[b] suum, conspectui principis utrasque partes presentare procuret, quo facilius et res finem accipiat et potestatis regie discretione[c] tractetur, qualiter exortum negotium legibus inseratur.

XII. FLAVIUS GLORIOSUS RECCESSVINDUS REX.

Ut terminate cause nullatenus revolvantur, relique ad libri huius seriem terminentur; adiciendi leges principibus libertate manente.

Quecumque[2] causarum negotia incoata[a] sunt, nondum vero finita, secundum has leges determinare[b] sancimus. Illas autem, que iam[c] iuste determinate sunt, *v.* resuscitare[d] nullatenus patimur. Sane leges adiciendi, si iusta novitas causarum exigerit, principalis electio licentiam habebit, que ad instar presentium legum vigorem plenissimum optinebunt[e].

XIII. FLAVIUS GLORIOSUS RECCESSVINDUS REX.

Quod nulli liceat dirimere causas, nisi quibus aut princeps aut consensio volumtatis potestatem dederit iudicandi.

Dirimere causas nulli licebit, nisi aut a principibus potestate concessa aut consensu partium electo iudicem

r) unde *pro* de quo *R* 1. s) habere *R* 1; adibere *R* 2. t) *deest* *R* 1.
XI. a) seu *R* 2. b) exactorem *R* 1. c) discretionem *R* 2. *E* 1.
XII. a) inquoata *R* 2. b) determinari *R* 2. *E* 1. *all.* c) *R* 2; *deest* *R* 1. d) *ita* *R* 1. *E* 1; resuscitari *R* 2. *all.* e) habebunt *R* 1.

1) *Cf. L. Burg. pr. const.* § 10. 2) *Cf. L. Rom. Vis. Nov. Theod. II.* 1, § 2: lites, quas inchoatas quidem, necdum tamen finitas eo tempore quo publicantur invenerint, secundum earum tenorem volumus terminari; illas autem, quae iam . . . decisae sunt, minime resuscitari.

trium testium fuerit electionis pactio signis vel suscri-
d. ptionibus roborata.

XIIII. FLAVIUS GLORIOSUS RECCESSVINDUS[a] REX[a].

Quales causas debeant audire thiuphadi[b] et qualibus personis causas audiendas iniungant.

Cum ceteris negotiis criminalium etiam causarum thiuphadis iudicandi concessa licentia, criminosos a legum sententia[c] ipsi vindicare non audeant, sed debita[d] in eis, ut conpetit, censura exerceant. Qui[e] thiufadi tales eligant[f], quibus vicissitudines suas [audiendas[g]] iniungant, ut ipsis absentibus illi causas[h] et temperanter[i] discutiant et iuste decernant.

XV. FLAVIUS GLORIOSUS RECCESSVINDUS REX[a].

Ut iudices tam criminales quam communes terminent[b] causas.

Omnium negotiorum causas ita iudices habeant deputatas, ut et criminalia et cetera negotia terminandi sit illis concessa licentia. Pacis vero adsertores non alias dirimant causas, nisi quas illis regia deputaverit[c] ordinandi potestas. Pacis autem adsertor est, qui sola faciende pacis intentione regali sola distinatur autoritate.

XVI. FLAVIUS CHINDASVINDUS REX.

De damnis eorum, qui non accepta potestate presumserint iudicare.

Nullus in territorio[a] non sibi commisso vel ille, qui iudicandi potestatem nullam habet omnino commissam[b], quemcumque[c] presumat per iussionem aut saionem vel distringere vel in[d] aliquo molestius convexare,
v. si[e] nec fuerit iudex constitutus ex regiam iussionem. Certe qui non predictus iudex presumtiosus inlicite hec que prohibentur presumserit agere, confestim ut causa

XIIII. a) *deest R* 1. b) thiuf. *pro* thiuph. *hic et infra R* 2. c) sententiis *R* 1. d) *ita R* 1. *E* 1; debitam *R* 2. e) Quia *R* 1. f) eligantur *R* 1. g) *verbum, quod minus aptum videtur, deest R* 2. *E* 1. h) et causas *pro* c. et *R* 1. i) *ita R* 1. *V* 5; temperate *al.*; temperare *R* 2.
XV. *Haec lex in R* 1, *hoc loco omissa, ad calcem codicis addita est.* a) res *R* 1. b) terminet *R* 1. c) ordinaverit *pro* ord. dep. *R* 1.
XVI. a) territorium *R* 1. b) commisso *R* 1. *E* 1. c) quemque *R* 1; quicumque *R* 2. d) *deest R* 1. e) nisi fuerit iudex institutus ex regia iussione *R* 2.

1) *Thiuphadus vel þiufaþs = þusundifaþs, millenarius, i. e. mille militibus praepositus, qui et militaribus et civilibus rebus fungebatur; cf. Dahn, 'Könige' VI*[2], *p.* 337 *sqq. et praeterea Cod. Euric. c.* 322, *supra p.* 16.

pervenerit ad provincie ducem, an per se vellit, an per quem ipse preceperit, tam inlicitam[f] presumtionem coercere procuret: et illi siquidem, cui presumtiosus presumtor extitit, si solum contumeliam vel iniuriam fecerit, libram auri coactus exsolvat; si vero rem aliquam temeranter abstulerit vel auferri preceperit, tantundem[g] cum eadem rem, quam tulerit, aliut tantum de suo coactus restituat. Quod si cumque[h] iudex servum[i] suum seu alienum ad discutienda negotia helegerit deputandum, pro his, que idem servus contra iustitiam et leges adtemtaverit agere, ad omnem satisfactionem legis iudex, qui hunc ordinaverit, se[k] noverit retineri. Saio vero, seu quisquis fuerit, qui huic obsequens presumtori[l] alium consenserit conprehendere, distringere vel aliquid rerum auferre[m], C hictus[n] flagellorum accipiat et presumtionem tali emendatione coerceat[o].

XVII. FLAVIUS CHINDASVINDUS REX.

De his, qui admoniti iudicis epistula[a] vel sigillo ad iudicium venire contemnunt.

Iudex cum ab aliquo fuerid interpellatus, adversarium querellantis admonitione unius epistule vel sigilli[1] ad iudicium venire conpellat, sub ea videlicet ratione, ut coram ingenuis personis his, qui a iudice missus extiterit, illi[b], qui ad causam dicendam conpellitur, offerat epistulam vel sigillum. Et si tali admonitione conventus aut se dilataverit aut ad iudicium venire contemserit, pro dilatione sola quinque[c] auri solidos petitori[d] et pro contemtu quinque alios iudici coactus exsolvat. Quod si non habuerit, unde conponat, L flagella[e] contemtor idem vel dilatator[f] coram iudice verberetur, ita ut non[g] ei flagellorum ista correptio inducat notam infamie. Sin autem sollummodo contemtor extiterit et non habuerit, unde compositionem[h] exsolvat, absque ulla testificandi iactura XXX flagella suscipiat.

f) inlicita presumtione *R* 1. g) quantum inde *R* 1. h) *ita R* 1. *E* 1; quicumque *R* 2. i) servum — negotia *des. R* 2. k) se noverit *des. R* 2. l) presumtor *R* 1. m) *deest R* 1. n) ictos *R* 2. o) coercet *R* 1; coerceant *R* 2.
XVII. a) epistulam vel sigillum *R* 1. b) ille *R* 1. c) quinquenaru *pro* q. auri *R* 1; quinquem auri *R* 2. d) petitori — alios *des. R* 2. e) fla *R* 1; flagl *R* 2; flagella *E* 1. f) dilator *R* 2. g) non eis *R* 2; ei fiat *R* 1, *ubi* non *deest*. h) conponat *pro* comp. exsolvat *R* 2.

1) *De conventione per signum iudicis facta cf. LL. V, p.* 440, *n.* 1, *et H. Brunner, 'D. RG.' II, p.* 338. 2) *Saio hic est minister et apparitor iudicis; cf. supra p.* 13, *n.* 2.

His autem, qui pulsatur, si ad accipiendam admonitionem iudicis se[i] dixerit nullatenus dilatasse vel contemsisse et hoc nullo potuerit teste convinci, dum sacramentum reddiderit, quod per nullam occasionem vel contemtum hoc fecerit, a damnis vel[k] flagellis[k] superius conprehensis habeatur indemnis. Quod si quilibet episcopus admonitionem iudicis, fretus honore[l] sacerdotali, contemserit et pro sua persona adsertorem dare distulerit, confestim a iudice negotii seu a provincie sue duce[m] vel comite conpulsus L solidorum damnum excipiat, ex qua summa[n] pecunie XX[o] solidi iudici contemto proficiant, XXX vero sacerdoti[p] ipsius petitor consequatur. Si certe presbiter, diaconus vel subdiaconus adque clericus vel monacus ad[q] accipiendam iudicis epistulam vel sigillum se dilataverint[r] aut pro sui persona[s] ad respondendum minime direxerint prosecutorem vel contumaciter fuerint contemtores, unusquisque eorum iuxta legis huius sententiam, que in laicis superius lata est, indicta damna suscipiat; et[t] si non habuerit, unde conponat, eius episcopus moneatur, ut pro eo satisfacere, si voluerit, licentiam habeat. Sin autem noluerit, sacramentis coram iudice se noverit obligandum, quod supradictis personis districtionem talem adibeat, ut per XXX dierum spatio[u] ieiuniis continuis adfligantur, sufficiatque illis circa solis hoccasum per dies singulos panis vel aque refectionem accipere, que contumacis vitam[v] rationabili possit districtione corrigere. Illa omnino discretione servata, ut, si aut etatis aut egritudinis instantia patuerit[w], que[x] hanc disciplinam sustinere non posse[y] demonstret, tam in clericis cuiuscumque ordinis quam in laicis, non tam durissime sententiam castigationis instantia compleat iudicis, sed habita[z] consideratione pro egritudine vel etate, ita contemtore corrigat, ne ipse contemtor aut langorem maximum aut debilitationem vel mortem incurrat. Ille vero, qui ad inplendam commonitionem iudicis contemtor extiterit seque ita dilataverit, ut eum iudex tam facile repperire non possit, et si post tempus indictum in diebus quattuor non occurrat, si quinto die venerit, omnem huius legis sententiam se

i) sese *R* 2. k) eos *pro* vel flagellis *R* 1. l) honorem sacerdotalem *R* 1. m) ducem *R* 1. n) sumam *R* 1. o) XXX *R* 1, *corr.* XX *R* 2. p) *ita* *R* 1. *E* 1; sacerdotis *R* 2. q) ad *deest* *R* 1. r) dilataverit *R* 1. s) personam *R* 1. t) et *deest* *R* 1. u) spacium *R* 2. v) vita rationabilis *R* 1. w) patuerint *R* 1. x) que disciplina non, *om.* sustinere, *R* 2. y) possit *R* 1. z) adibita *R* 2.

noverit evasurum. Pari modo et qui[a] longius centum milibus pervenitur, si ad undecimum diem post tempus constitutum[b] occurrerit, et hunc nullatenus sanctionis huius pena[c] damnabit. Similiter et qui in ducentorum milium spatio[d] constitutus in vicesima prima dię, postquam iussus fuerat, se ipsum iudici presentaverit audiendum, eo[e] modo a iactura legis huius habeatur[f] indemnis. Similis quoque servabitur ordo, ubi fuerit amplius itineris longitudo. I[g] denique, quibus tam rationabile tempus adiectum est, si se ulterius dilatantes minime ad institutum diem superadiectionis[h] hoccurrerint, confestim iudex ea, que pars petit querellantis, reservato[i] negotio dilatatoris[k], tradere non differat petitori, ita ut, dum contemtor in postmodum ad negotio[l] dicendo[l] successerit, si vicensimo[m] primo die transcenderit, XX auri solidos coactus exsolvat[n]. Nam et[o] his, qui de centum milibus superiore[p] ordine preteriens constitutionem undecimi[q] diei fuerit supergressus, et idem decem solidorum damnum excipiat, de quibus damnis superius institutis medietatem sibi iudex adquirat, alteram vero medietatem pars petitoris obtineat. Si[r] tamen admonitum aut egritudo ad veniendum nulla suspenderit, aut inundatio[s] fluminum non retinuerit, vel aditum non obstruxerit, in quo montes transituri sunt, conspersio superflua nivium; que[t] necessitas utrum evidenter evenerit, an[u] per excusationem videatur opponi, aut idoneis testibus aut suo iuramento firmabit.

XVIII. FLAVIUS CHINDASVINDUS REX.

Si iudex interpellantem audire contemnat, vel utrum fraudulenter an[a] ignoranter iudicium promat.

Si quis iudici pro adversario suo querellam intulerit, et[b] ipse eum audire noluerit[b] aut sigillum negaverit et per diversas[c] occasiones causam eius protaxerit, pro patrocinio aut amicitia[d] nolens legibus obtemperare, et ipse, qui petit[e], hoc testibus potuerit adprobare: det ille

a) quin *R* 1. b) institutum *R* 2. c) pene *R* 1. d) spatium *R* 1. e) eum *R* 1. f) habetur *R* 1; abeatur *R* 2. g) *ita* *R* 1; Hii *R* 2. h) superabiectionis *R* 1. i) servato *R* 2. k) dilatoris *R* 2. l) negotium peragendum *R* 2. m) vicensimum primum diem *R* 2. n) exoluđ *R* 1. o) et *deest* *R* 1. p) superiorem hordinem *R* 2. q) undecimum diem *R* 2. r) ita tamen monitum *R* 1. s) inundatia *R* 1. t) qui *R* 2; adque *R* 1. u) hanc *R* 1. 2.

XVIII. a) hac ignorando *R* 1. b) et ipse — noluerit *des.* *R* 2. c) diversa occasione *R* 1. d) amicitiam *R* 1. e) petet *R* 1.

iudex ei, quem audire noluit, pro fatigationem eius tantum, quantum ipse ab adversario suo secundum legalem[f] iudicium fuerat accepturus, et ipsam causam ille, qui petit, usque ad tempus legibus constitutum ita[g] habeat reservatam[h], ut, cum eam proponere voluerit, debitam sibi percipiat[i] veritatem. Certe si fraudem aut dilationem[k] iudicis non potuerit petitor[l] adprobare, sacramento[m] suam iudex conscientiam expiet, quod eum nullo[n] malignitatis obtentu vel quolibet[o] favore[n] aut amicitia audire distulerit, et propter hoc culpabilis idem iudex nullatenus habeatur. Eidem[p] tamen iudici liceat, ut[g] in una ebdomada duobus diebus vel omnibus meridianis oris, si voluerit, absque causarum audientia sue vacet domui pro quiete[1]. Reliquo vero tempore prolata sibi negotia frequens et absque dilatione[q] qualibet examinet.

XVIIII. ANTIQUA[a].

Si iudex aut per commodum aut per ignorantiam iudicet causam.

Iudex[2] si per quodlibet commodum male iudicaverit et cuicumque iniuste quidquam auferri preceperit, ille, qui a iudice ordinatus ad tollendum fuerat destinatus, ea que tulit restituat. Nam ipse iudex contrarius equitatis aliut tantum de suo, quantum auferri iusserat, mox reformet, id est, ablate[b] rei simpla redintegratione concessa[b], pro satisfactione sue temeritatis aliut tantum, quantum auferri preceperat, de sua facultate illi, quem iniuste damnaverat, reddat. Quod si non habuerit, unde conponat, cum his, que habere dinoscitur, ipse iudex illi, *a.* cui conponere debuit, subiaceat serviturus. Sin autem per ignorantiam iniuste iudicaverit et sacramentis se potuerit excusare, quod non per amicitiam vel cupiditate[c] aut per commodum quolibet, sed tantumdem[d] ignoranter hoc fecerit: quod iudicabit non valeat, et ipse iudex non inplicetur in culpa[e].

f) legem et iudicium *R* 1. g) *deest* *R* 1. h) reservatum *R* 1; reservata *R* 2. i) recipiat *R* 1. k) dilatationem *R* 2. l) petitum *R* 1. m) sacramentum *R* 1. n) nulla malignitatis obtentum ne quolibet labore *pro* nullo — favore *R* 1. o) colibet *R* 2. p) Idem *R* 1. q) dilatatione *R* 2.

XVIIII. a) *deest* *R* 2. b) ablatam rei simplam sedintegrationem et *R* 2. c) cupiditatem aut *R* 2, *ubi* per *deest*. d) tantum *R* 2. e) culpam *R* 2.

1) *Cf. L. Rom. Vis. C. Th. I,* 7. 2) *Ad exemplum huius legis scripta est L. Baiuv.* 2, 17. 18. *Cf. etiam Coll. iuris Romano-Gothici c.* 10, *Gaudenzi p.* 203.

XX. FLAVIUS CHINDASVINDUS REX.

Si iudex dolo[a] vel calliditate aut unam[b] aut ambas causantium partes dispendia faciat sustinere.

Tranquille hac[c] sollicite instantia mansuetudinis nostre premonet, iudices omnes non debere dilatare causidicos, ne[d] gravi dispendio aliquatenus honerentur. Quod si dolo aut calliditate aliqua ad hoc videtur iudex differre negotium, ut[e] una pars aut ambe naufragium perferant, quidquid dispendiis[f] super octo dies a[g] die cepte accionis causantes pertulerint, reddito sacramento, totum eis iudex reddere conpellatur. Sin autem vel egritudo vel publice hutilitatis indictio suspenderit iudicem a negotio[h] peragendum, nullam moram exibeat litigantibus, sed sub hac eos definitione confestim absolvat, ut[i] ad causam expediendam conpetenti tempore indubitanter occurrant[k].

XXI. ANTIQUA[a].

Quid primo iudex observare debeat, ut causam bene cognoscat.

Iudex[1], ut bene causam agnoscat, primum testes[b] interroget, deinde iscripturas[c] requirat, ut veritas possit certius inveniri, ne ad sacramentum facile veniatur. Hoc enim iustitie potius indagatio vera conmendat, ut scripture ex omnibus intercurrant, et iurandi necessitas sese[d] omnino suspendat. In his vero causis sacramenta prestentur, in quibus nullam scripturam vel probationem seu certa indicia veritatis discussio iudicantis invenerit.

XXII. FLAVIUS CHINDASVINDUS REX.

Si cuiuscumque honoris[a] aut ordinis iudex dicatur haberi suspectus.

Si quis iudicem aut comitem aut vicarium comitis seu thiuphadum[b] suspectos habere se dixerit et[c] ad

XX. a) lolo *R* 1. b) una *R* 1. c) *deest* *R* 2. d) nec *R* 1. e) aut *R* 1. f) expendiis *corr.* expendii *R* 2. g) accepte *pro* a die cepte *R* 2. h) negotium *R* 2. i) item *pro* ut ad *R* 1. k) occurrat *R* 1. *E* 1; hoccurrant *R* 2; occurrant *alii.*
XXI. a) *deest* *R* 2. b) testem *R* 1. c) scripturam *R* 2. d) esse *R* 1.
XXII. a) honeris *R* 1. b) thifadum *R* 2. c) et suum *R* 1; ad suum *R* 2.

1) *Ad exemplum huius legis scriptum est Legis Baiuv. tit.* 9, *c.* 17. *Quod inde in Legem Alamannorum c.* 42. *receptum est; aliter Brunner, 'D. RG.' I, p.* 316, *n.* 12.

suum ducem aditum accedendi poposcerit aut[d] fortasse eumdem ducem suspectum habere dixerit, non sub hac occasione petitor hac presertim pauper quilibet patiatur ultra dilatione. Sed ipsi, qui iudicant eius negotium, unde suspecti dicuntur[e] haberi, cum episcopo civitatis ad[f] liquidum discutiant adque pertractent[f] et[g] de[h] quo iudicaverint pariter conscribant suscribantque iudicium. Et qui suspectum iudicem habere se[i] dixerat, si contra eum deinceps fuerit querellatus, conpletis prius, que per iudicium statuta sunt, sciat sibi aput audientiam principis appellare iudicem[k] esse permissum; ita ut, si iudex vel sacerdos repperti fuerint nequiter iudicasse, et res ablata querellanti restituatur ad integrum, et a quibus aliter, quam veritas habuit, iudicatum est aliut tantum de rebus propriis ei sit satisfactum. Si certe iniustam[l] contra iudicem querellam detulerit et causam, de qua agitur, iuste iudicatam fuisse constiterit, damnum, quod iudex sortire debuit, petitor sortiatur[m]. Et si non habuerit, unde conpositionem exolvat, C flagellis[n] extensus publice in eiusdem iudicis presentiam verberetur. Nam si[o] forte quisquam pro hutilitatem regiam aliquid scire se dixerit, aditus ei ad[p] conspectum nostre glorie denegari non poterit.

XXIII. FLAVIUS CHINDASVINDUS REX.

Iudex, qualiter faciat iudicatum.

Si de facultatibus vel de rebus maximis aut etiam dignis negotium agitetur, iudex, presentibus utrisque partibus, duo[a] iudicia de re discussa[b] conscribat, que simili textu et suscriptione roborata litigantium partes accipiant. Certe si de rebus modicis mota fuerit actio, sole condiciones[1], ad quas iurantur[c], aput eum, qui victor extiterit, pro hordine iudicii habeantur. De quibus tamen condicionibus et ille, qui victus est, ab eisdem testibus roboratum exemplar habebit. Quod si pars, que[d] pro negotio quocumque conpellitur, professa fuerit aput iudi-

d) vel *R* 2. e) dicantur *R* 1. f) ad — pertractent *R* 2; *des. R* 1. g) et *deest R* 1. 2. h) de — conscribant *des. R* 2. i) *deest R* 2. k) iudicium *R* 1. l) iniusta *R* 1. m) sociatur *R* 2. n) fla *R* 1. o) *deest R* 1. p) a conspecto *R* 1.
XXIII. a) dua *R* 1. b) discusa *R* 1. c) *ita R* 1. *E* 1; iuratur *R* 2. d) *deest R* 1.

1) *Conditiones formulae sacramentorum scriptae dicebantur; cf. Form. Vis. p.* 39, *LL. Form. p.* 592.

cem, non esse necessarium a petitore dari[e] probationem, quamlibet parve rei sit actio, conscribendum est a iudice suaque manu iudicium roborandum, ne fortasse quelibet ad futurum ex hoc intentio[f] moveatur. Si vero, hordinante iudice, una pars testes adduxerit, et dum oportuerit eorum testimonium debere recipi, pars altera de iudicio se absque iudicis consultu[g] subtraxerit, liceat iudici prolatos testes accipere[h], et quod ipsi[i] testimonio suo firmaverint, illi[k], qui eos protulit[l], sua instantia consignare. Nam ei, qui fraudulenter se de iudicio sustulit, producere testem alium omnino erit inlicitum, qui[m] scilicet hoc[n] sibi tantum noverit esse concessum, ut antequam testes illi, qui testimonium dederant, moriantur, si habuerit quod rationabiliter in eis accuset, patienter audiatur a iudice; et si accusatus testis fuerit evidenter convictus, eius testimonium pro nihilo habeatur. Unde etsi duo testes non remanserint, qui digni in eodem testimonium[o] maneant, ille, qui prius[p] testem obtulerat, infra trium mensium spatium testes alios, qui ceptum[q] negotium firment[q], inquirere non desistat. Quod si invenire nequiverit, rem universam ille recipiat, qui eam ante visus fuerat possedisse. Iudex sane de omnibus causis, que iudicaverit, exemplar penes se pro conpescendis controversiis reservare curabit.

XXIIII. FLAVIUS CHINDASVINDUS REX. EMENDATA[a].

De commodis[b] adque damnis iudicis vel saionis.

Cognovimus multos iudices eo, quod, per cupiditatis hoccasionem supergredientes legum ordinem, ex causis sibi tertiam presumant tollere partem. Propterea nunc presenti lege constituitur, ut hec talis iudicum cupiditas auferatur, et[c] non amplius iudex pro labore suo et iudicata causa hac legitime deliberata, quam, sicut constitutum fuerat in lege priori[d], vicensimum solidum presumat accipere. Quod si quacumque fraude quisquam super hunc numerum plus auferre temtaverit, omnia, que legitime debuerat accipere, perdat. Illut vero, quod iniuste contra huius legis ordinem super vicensimum solidum tulerit, duplum illi exolvat, cui hoc auferri pre-

e) dare *R* 2. f) intentione *R* 1. g) consultum *R* 1. h) recipere *R* 1. i) illi *R* 1. k) ille *R* 1. l) protulerint *R* 2. m) *deest* *R* 1. n) hoc sibi *des.* *R* 1. o) testimonio *R* 2. p) primum *R* 1. q) accepto negotio proment *R* 1.
XXIIII. a) *deest* *R* 2. b) quomodis *R* 1. c) *deest* *R* 1. d) prima *R* 1.

cepit. Similiter[1] quoque[f], quia[f] cognovimus, quod saiones, qui pro causis alienis vadunt, maiores pro labore suo mercedes[g], quam merentur, accipiant, propterea simili decreto legis huius edicitur, ut, qui pro causis alienis vadunt, decimum tantumdem solidum[2] pro labore suo conquirant. Quod si aliquis super hunc constitutum numerum usurpare presumserit[h], et mercedes, quas legitime[i] debuit accipere, perdat, et quidquid super decimum solidum fraudem[k] quamcumque[k] perceperit, duplatum illi, cui abstulit, reddat. Quam datam commodi summam[l] ex lege tam iudex quam saio de[m] restitute *a.* rei conpositione conquirat. Quod si ea, que iudex ordinare decernit, saio callidus inplere neclexerit, si res, de qua[n] agitur, unciam auri vel infra valere constiterit, illi, cui res debita est, idem saio de suo auri solidum reddat. Si certe plus[o] valuerit, per singulas uncias singulos soli- *a.* dos pro sua tarditate persolvat. Iidem vero saiones, cum pro causis alienis vadunt, si minor causa est et persona, duos caballus[2] tantum ab eo, cuius causa est, accipiat fatigandos. Si vero maior[p] persona fuerit et causa, non amplius quam sex caballos[3] et pro itinere et pro dignitate debebit accipere.

XXV. FLAVIUS GLORIOSUS RECCESSVINDUS REX.

Quod omnis, qui potestatem accipit iudicandi, iudicis nomen censeatur ex lege.

Quoniam negotiorum remedia multimode diversitatis conpendio gaudent, adeo dux, comis[a], vicarius, pacis adsertor, thiuphadus, millenarius, quingentenarius[b], centenarius, defensor, numerarius, vel qui ex regia iussione aut etiam ex consensu partium iudices in negotiis eligantur[c], sive cuiuscumque ordinis omnino persona, cui debite iudicare conceditur, ita omnes, in quantum iudicandi potestatem acceperint, iudicis nomen censeatur ex lege; ut, sicut iudicii acceperint iura, ita et legum sustineant, sive commoda, sive damna.

f) *ita E* 1*;* quocumque *R* 2; quia *deest R* 1. g) *ita E* 1*;* mercede *R* 2; *deest R* 1. h) presumserint *R* 1. i) legite *R* 1. k) fraude quac. *R* 2. l) summa *R* 1. m) *deest R* 1. n) quo *R* 1. o) pulsaverit *R* 1; plus, *ead. man. suprascr.:* valuerit *R* 2. p) minor *R* 1.
XXV. a) comes *R* 2. b) quinquagenarius *R* 2. c) eliguntur *R* 1.

1) *Cf. legem novellam Theudis regis a.* 546. *ad L. Rom. C. Th. IV,* 16. *datam, Acta acad. hist. Matrit. XIV (*1889*), p.* 478 *sqq.* 2) *Ita etiam Theudis.* 3) *Theudis:* in maioribus (causis) quatuor caballi sufficiant.

XXVI. FLAVIUS GLORIOSUS RECCESSVINDUS REX.

Ut omne vinculum, quod post datum iniustum iudicium a causidicis fuerit exactum[a], habeatur invalidum.

Vidimus interdum iustitiam ab iniquis iudicibus et[b] suo loco seclusam[c] et devito vigore solutam[d], iniustitiam autem et loco iustitiae introductam[e] et[f] multis modis decretorum vinculis alligatam[g]. Quidam enim, postquam iudicia iniusta[h] conscripserint, aut unam aut ambas causantium partes placitorum inter se nexibus[i] ligant, ne iniuste datum iudicium quandoque iusta[k] contentione resolvant. Adeo, ubi non directus et beneplacitus[l] est convenientie modus, sed ubi pro conprimenda iuste causantes[m] intentione vel voce repperiuntur quocumque modum definitionum[n] vincula conligata, omnimodis habeantur invalida nec sint adinventionis alicuius conexione firmata.

XXVII. FLAVIUS GLORIOSUS RECCESSVINDUS REX.

Ut iniustum[a] iudicium et definitio iniusta, regio metu vel iussu a iudicibus ordinata, non valeant.

Nonnumquam gravedo[b] potestatis depravare solet iustitia actionis, que, dum sepe[c] valet, certo est, quod[d] semper nocet; quia[e], dum frequenter vigore ponderis iustitiam premit, numquam in istatu[f] sue rectitudinis hanc redire permittit. Ideoque, quia sepe[g] principum metu vel iussu solent iudices interdum iustitie, interdum[h] legibus contraria[h] iudicare, propter hoc tranquillitatis nostre uno medicamine concedimus duo mala sanare, decernentes, ut, cum repertum[i] fuerit, qualemcumque scripture[k] contractum seu quodcumque iudicium non iustitia vel debitis legibus, sed iussu aut metu principum esse confectum, et hoc, quod obvium iustitie vel legibus iudicatum est adque concretum[l], in nihilo redeat[m], et eos, qui iudicaverunt[n] vel hoc facere coge-

XXVI. a) exagitatum *R* 1. b) in *R* 1. c) seclusa *R* 1. d) soluta *R* 1; resolutam *R* 2. e) intraducta *R* 2. f) et — alligatam *des. R* 1. g) *ita E* 1*;* alligatum *R* 2. h) *deest R* 1. i) noxibus *R* 1. k) ista *R* 1. l) beneplacitum *R* 1. m) *i. e.* causantis, *quod e corr. R* 2. n) deuinicionum *R* 1.
XXVII. a) iustum *R* 1. b) *ita E* 2 *et alii;* gravando *R* 1; gravede *R* 2; grave *E* 1. c) super *R* 1. d) ut *R* 2. e) quidam *pro* quia dum *R* 1. f) statu *R* 2, *ubi* in *deest.* g) per *add. R* 1. h) *deest R* 2. i) repperto *R* 2. k) scire *R* 1. l) congretum *R* 1. m) redeant *R* 1. n) iudicarunt *R* 1; iudicaverint *corr.* iudicaverunt *R* 2.

runt[o], nullius infamie nota conspergat, vel rei alicuius dampnum adfligat; qui[p] tamen iudices tunc erunt a legum damnis inmunes, si se iuramento[q] firmaverint, non sua pravitate, sed regio vigore nequiter iudicasse.

XXVIII. FLAVIUS GLORIOSUS RECCESSVINDUS REX.

De data episcopis potestatem distringendi iudices nequiter iudicantes.

d. a. Quia multimode hoccurrere debet miserorum penuriis nostre remedium pietatis, adeo[a] quemcumque pauperem constiterit causam habere, adiunctis sibi aliis viris honestis, episcopus inter eos negotium discutere vel terminare procuret; ita ut, si contemni[b] se a[c] comite vel nolle[d] eum adquiescere veritati, sacerdos inspexerit, potestatis eius sit, eundem comitem legis huius permissione[e] constringere et emisso[f] iustum iudicium cum rei[g] conpositionem rem, de qua agitur, petentis partibus consignare. Quod si comis iudicium episcopi fuerit contentus inplere, tantum episcopo pro contemtu[h] solo dare cogatur, quantum quintam partem valere[i] constiterit de re illa, unde accio commota videtur. Si vero episcopus, fraudis communionem cum comite tenens, reppertus fuerit pauperi facere dilationem[k], eandem quintam partem idem episcopus querellanti coactus exolvat; stante nihilhominus negotio pauperis, donec iudicium inveniat veritatis. Et comis vel[l] iudex, qui hunc audire noluit, ultionem sustineat[m] legis, que inventa fuerit iudicio[n] equitatis.

XXVIIII. FLAVIUS CHINDASVINDUS REX.

Ut iudex, si[a] a quocumque fuerit pulsatus, noverit se petenti reddere rationem[b].

Iudex si a quacumque[c] fuerit persona pulsatus, sciat se vel ante comitem[d] civitatis vel ante eos, quos ad personam suam comes elegerit, rationem plenissimam legali[e] ordine redditurum. Sane si regia in hoc negotio fuerit postolata preceptio, remoto episcopo aliisque[f]

o) coegerunt *R* 2. p) quia *R* 1. q) iuramenti firment *R* 1.

XXVIII. a) ideo *R* 2. b) contemni se *V* 5; contempsisse *R* 1; contemnisse *R* 2. c) ad *R* 1. d) etiam non *pro* nolle eum *V* 5. e) *ita V* 5; permistione *R* 1; promissione *R* 2. f) emissu i. *R* 1; emisso iuste *R* 2. g) re *R* 1. h) conto *R* 1. i) *deest R* 1. k) dilatationem *R* 2. l) et *R* 1. m) sustineant *R* 1. n) iudicium *R* 1.

XXVIIII. a) *deest R* 1. b) ratione *R* 1. c) quocumque *R* 1. d) comite *R* 1. e) legaliter *R* 1. f) absque *R* 1.

iudicibus, causam[g] qui fuerint iudices instituti terminare curabunt. Et si, cepta iam aut finita, seu aput sacerdotem, sive aput comitem, actionem, causidicus ille iterum cum[h] regali iussione hoccurrerit, his, qui causam[g] iudicare cepit seu finibit, illis rei geste redditurus est rationem[i], qui per regium decretum instituti sunt iudices; quatenus, si male iudicasse convincitur, iuxta leges[k] satisfaciat petitori. Certe si iniuste fuerit advexatus, legali se noverit petitor sententiam damnaturum.

XXX. FLAVIUS GLORIOSUS RECCESSVINDUS REX.

De damnis iudicum aliena contingentium[a].

Cum constet iudices remediorum causa esse creatos, quidam ex his per contrarium, quod debuerunt iudicii equitate defendere, inlatis contendunt[b] presumtionibus inpugnare. Accepta namque auctoritate iudicii, presumunt non debitam[c] in alienis rebus exercere licentiam et[d], prout cuique[e] libet, non metuunt aliorum bonis inferre dispendia noxie potestatis. Proinde quicumque iudicum contra iussa et ordines legum de alienis rebus quippiam auferre vel in eis aliquid noxium presumserint agere[f], iuxta omnem censuram damni[g], qua poterant alios iudicare, severitas[h] illos legis debeat[i] condemnare.

XXXI. FLAVIUS GLORIORUS RECCESSVINDUS REX.

De his, qui regiam[a] contemserint[b] iussionem.

Quicumque ingenuorum regiam[a] iussionem contemnere invenitur, si nobilior persona est, tres libras auri fisco persolvat; si autem talis sit, qui non habeat, unde anc[c] rei summam adinpleat, sine suo[d] infamio dignitatis C hictus flagellorum accipiat. Quod si eventus egritudinis, commotio tempestatis, inundatio fluminis, conspersio nivis, vel si quid inevitabile[e] noxie rei obviasse veris patuerit indiciis, non erit reus regie iussionis aut damnis indictis, cui obvia[f] fuit causa manifeste[g] necessitatis.

a.

a.

g) causa *R* 1. h) eum *R* 1. i) ratione *R* 1. k) lege *R* 1.
XXX. a) continentium *R* 1. b) contemnunt *R* 1. c) debita *R* 1. d) ut *R* 1. e) cuicumque *R* 2. f) *deest* *R* 2. g) *deest* *R* 1. h) seuveritas *R* 1; seu etiam *R* 2. i) debuerat *R* 1.
XXXI. a) regia *R* 1. b) contemnerit *R* 2. c) ac *R* 2. d) sue *R* 2. e) inevitabili noxii *R* 1. f) obvians *R* 2. g) manifesta necessitas *R* 2.

II. TITULUS: DE NEGOTIORUM EXORDIIS.

I.

Quod nullus se ideo denegare poterit respondere petenti, quare causam cum petentis auctorem[a] non dixerit.

Nullus quemcumque[b] repetentem ac[c] obiectione[c] suspendat, ut dicat idcirco se non posse de negotio[d] conveniri, quia ille, qui pulsat, causam cum eius auctorem[e] non dixerit nec eum aliqua repetitione pulsaverit, excepto[f] si legum tempora obviare[g] monstraverit.

II. FLAVIUS CHINDASVINDUS REX.

Ut nullo audientia clamore aut tumulto turbetur.

Audientia non tumulto aut clamore turbetur, sed in parte positis qui causam non habent, illi soli in iudicio

TITULUS II. *Index capitulorum.* a) denegari *R* 1. b) causa conpetentis auctorem *R* 1. c) audientiae *R* 1. d) qui — negotia *des.* *R* 1. e) ad *R* 1. f) *deest* *R* 2. g) quod *R* 2; quo — convenire *des.* *R* 1. h) posint *R* 2. i) partem *R* 1. k) ab alio *R* 1. l) territorium *R* 1. m) voluerit *R* 1. n) *deest* *R* 1.
I. a) autore *R* 2. b) quecumque *R* 1. c) *ita* *R* 2; actione *R* 1. d) negotiis *R* 1. e) autorem *R* 2. f) id accepto *R* 2. g) obiacere *R* 1.

ingrediantur, quos constat interesse debere[a]. Iudex autem si elegerit auditores alios secum esse[b] presentes, aut forte causam, que proponitur, cum eis conferre voluerit, sue sit potestatis. Si certe noluerit, nullus se in audientiam[c] ingerat, partem alterius quacumque[d] superfluitate aut obiectu[e] inpugnaturus, qualiter uni parti nutriri[f] possit inpedimentum. Quod si admonitus quisquam a iudicem fuerit, ut in causa[g] taceat hac prestare causando patrocinium[h] non presumat, et ausus ultra fuerit parti cuiuslibet patrocinare[i], decem auri solidos eidem iudici profuturos coactus exolvat, ipse vero, in nullo resultans, contumeliose de iudicio proiectus abscedat.

III. ANTIQUA[a].

Ut de plurimis litigatoribus duo eligantur, qui suscepta valeant expedire negotia.

Si pars adversariorum litigatores una plures habeat et[b] alia pauciores, iudicantis inter eos erit helectio, ut utrasque[c] partes inpugnantes se invicem eligant, qui eorum negotia suscipiant. Quia omnes ad causam dicendam consurgere non debebunt, set[d], ut diximus, ab utraque parte electi in iudicio ingrediantur[d], ut nulla pars multorum intentione aut clamore turbetur.

IIII. FLAVIUS CHINDASVINDUS REX.

Ut ambe partes causantium a iudice vel a[a] saione placito distringantur, quo possint ad prosequendum negotium pariter convenire.

Sepe neglegentia[b] iudicum vel saionum, dum duarum partium sponsio non[c] exigitur, una pars superflue convexatur. Nam occurrente[d] uno ad placitum et alio differente, non parvum[e] dispendium une[f] parti concutitur. Statuimus[g] ergo cunctosque[h] iudices, vel quibuscumque iudicandi potestas est, commonemus, ut, quotiens pro quocumque negotio per[i] sponsionem placiti constituendum est tempus, quando aut ubi causa dicatur

II. a) deberi *R* 1. b) *deest* *R* 1. c) audientia *R* 1. d) quamcumque *R* 1. e) obiectum *R* 1. f) nutri *R* 2; *deest* *R* 1; nutrire *E* 1; nutriri *al.* g) causam *R* 1. h) patrocinio *R* 1. i) *ita* *R* 1. *E* 1; patrocinari *R* 2.
III. a) *deest* *R* 2. b) *deest* *R* 1. c) *ita* *R* 1. *E* 1; utraque *R* 2. d) set — ingrediantur *des.* *R* 1.
IIII. a) *deest* *R* 2. b) neglegentiam *R* 1; necligentia *R* 2. c) *deest* *R* 1. d) occurrentem unum *R* 1. e) parum *R* 2. *E* 1. f) uni *R* 2. *al.* g) Histatuimus *R* 2. h) cunctos *R* 1. i) pro *R* 2.

vel debitum[k] fortasse reddatur, pars utraque, hoc est tam petentis quam petiti[l], ita placito distringantur, ut in constituto die aut per se aut per[m] mandatarios suos presti sint in iudicio, qualiter aut propositum[n] negotium finiatur aut debitum reformetur; et pars, que distulerit hac sese ad prefinito dię suspenderit, aut infirmitas eum vel itineris necessitas[o] inpedierit, hoc[p] ipsut[q] iudici aut causidico suo non intimaverit neque ad peragendum negotium infra tempus alia lege[r] constitutum[1] occurrerit, stante negotio, penam placiti sui illi cogatur exolvere, quem iuxta suam promissionem iudicio adesse constiterit. Quod si iudex hec aut saio adinplere neglexerit, et unam partem placito distringens, alteram pretermiserit, penam illam, quam[s] illum damnari[t] voluit, quem solum sub[u] placito missit, de suo adinpleat, cui placitum[v] visus est exegisse. Certe si in damno partis alterius placitum[v], quod ab altero exegit, alteri parti iudex vel saio reddiderit aut fortasse ruperit vel absconderit, penam quidem, que in placito inserta fuerat, de suo illi persolvat, pro cuius causa conscriptum placitum esse constabat; actionem tamen ille, cui conpetit, peragendam[w] insistat. Damnum sane, quod per placitum in nomine iudicis vel[x] saionis institutum[y] esse dinoscitur, non ad saionem vel iudicem ex omnibus pertinebit; sed, salvo negotio veritatem habentis, medietatem sibi exinde iudex vel[z] saio et medietatem pars petentis per omnia vindicabit.

a.

V. FLAVIUS CHINDASVINDUS[a] REX.

Quod ab utraque causantium parte[b] sit probatio requirenda.

Quotiens[c] causa auditur, probatio quidem ab utraque parte, hoc est tam a petente quam ab eo, qui petitur, debet inquiri, et que magis recipi debeat, iudicem[d] discernere conpetenter oportet. Tamen si per[e] probationem rei veritas investigare[f] nequiverit, tunc ille, qui

k) debita *R* 1. l) qui petit *R* 2. m) pro mandatario suo *R* 2. n) *ita R* 2. *E* 1; proposito negotio *R* 1. o) necessitatis *R* 1. p) huc *R* 1; et hoc *edd.; sed* et *deest R* 1. 2. *E* 1. 2. q) ipsud *R* 2. *E* 1. r) *deest R* 1. s) *ita R* 2. *E* 1; quem *R* 1. t) *ita R* 2. *E* 1; damnare *R* 1. u) *deest R* 2. v) placito *R* 1. w) peragenda consistat *R* 1; proagendam i. *R* 2. x) aut *R* 2. y) instituisse *pro* i. esse *R* 1. z) aut *R* 2. *E* 1.

V. a) Chintasvinthus *R* 2; *eiusdem regis nomen E* 1 *all.;* gloriosus Reccessvindus *R* 1. b) partem *R* 1. c) Quodtiens *R* 1. d) iudice *R* 1. e) *deest R* 1. f) *ita R* 1. 2. *E* 1 *pro* investigari.

1) *Cf. supra II*, 1, 17.

pulsatur, sacramentis se expiet, rem, vel si quid ab eo requiritur, neque habuisse neque habere nec aliquid de causam, unde interrogatur, se conscium esse vel quidquam inde in veritate scire nec id, quod dicitur, et illi parti, cui dicitur, commisisse; et postquam ita iuraverit qui pulsatus est, quinque solidus ille, qui pulsavit, ei cogatur exolvere.

VI. FLAVIUS GLORIOSUS RECCESSVINDUS REX.

De quantitate itineris, quod[a] alium quisque innocentem fatigare presumserit.

Removeri debet[b] iniuriam ab his, quorum probatur innocentiam a[c] molestiis inproborum existere aliena. Proinde cum[d] quisque alium ad[e] principis conspectum vel ad discussionem quorumlibet iudicum iniuste conpulerit[f] ad prosequendum negotium, mox probata fuerit non[g] iusta petentis[h] esse contentio, si supra quinquaginta milium vel[i] infra quinquaginta milium quamlibet parvum spatium conpulsus iniuste extiterit convexatus, quinque solidus pro iniusta tantundem petitionem a petitore percipiat. Si per LX milia, idem iniustus petitor sex solidus reddat, ac sic[k] deinceps, crescentem[l] X milium numerum, singulorum solidorum crescat et numerus; ut[m] per C milia indebite fatigato[n] X solidi[o] a[p] petitore dentur[q] iniusto, sique[r] ex hoc per L milia solidos[s] quinque, et per C milia crescentibus solidis[t] X, usque ad[u] ea perveniat summa conpositionis, usquequo[v] pervenerit et ductus itineris.

VII. FLAVIUS CHINDASVINDUS REX.

Si quilibet ex alterius iudicis potestate[a] in alterius iudicis territorio[b] habeat[c] causam.

Si quisquam ingenuorum adque servorum extra territorium, in quo conmanent[d], in alterius territorio[b] iudicis causationem habuerint[e], iudex, ad[f] cuius ordinationem idem petitor pertinet, epistula sua manu suscripta adque signata eidem iudici dirigat, in qua premoneat, ut negotium querellantis audire et ordinare non

VI. a) *ita* *R* 1. *E* 1. 2; qua *R* 2. b) det *R* 1. c) *deest* *R* 1. d) *deest* *R* 1; com *R* 2. e) a *R* 1. f) conpellerit *R* 1. g) non iniusta *R* 1. *E* 2; non *deest* iusta *R* 2; non iusta *E* 1. h) pertinuisse *pro* p. esse *R* 1. i) vel — milium *des.* *R* 1. k) si *R* 1, *ubi* deinceps *deest.* l) crescente *R* 2. m) ut per *des.* *R* 1. n) fatigat *R* 1. o) solid *R* 1. p) a petitore — solidos *des.* *R* 1. q) detur *R* 2. r) *ita* *R* 1. *E* 1. s) solidis *R* 2. t) solidus *R* 1. u) adeo *R* 2. v) usquequod *R* 1.

VII. a) potestatem *R* 1. b) territorium *R* 1. c) habet *R* 1. d) *ita* *R* 1. 2. *E* 2; commanet *E* 1. e) *ita* *R* 1; abuerint *R* 2. f) in *R* 1.

differat. Et si ad unam conventionem sperationem[g] eius inplere distulerit, tunc ille iudex, de cuius territorio est ille, qui petit, de rebus iudicis illius, ad quem direxit epistulam, in quibuscumque locis repperire potuerit, tantum usurpet, quantum res illa esse dinoscitur, de qua petitor querellam intulerit, quod eidem petitori possidendum nihilominus dabit; quam rem ita possideat qui acceperit, ut, conservatis aliis rebus, de solis fructibus[h] usum et[i] expensas obtineat. Cum vero ille iudex, qui ad epistulam alterius iudicis negotium querellantis audire noluerit[k], iustitiam ex eodem negotium querellanti priori fecerit, ea, que ille iudex, qui commonuit, de rebus eius abstulerat, ipse[l] alteri iudicis[m] sine retardatione restituat; de fructibus[n] vero rationabiliter expensis, ille, qui expendit[o], nihil[p] reddat. Quod si postea, iustissime discusso negotio, inveniatur iudex ille per iniustam[q] petitoris querellam rem indebite amississe[r], tunc iniustus petitor rem, quam[s] accepit, illi iudici, cuius fuit, ex integro reddat et aliut tantum de suo ei coactus exolvat. Quod si iudex ille[t], qui dilationem facit, rerum suarum possibilitatem in vicino non habet[u], unde alter iudex, qui commonuit, petitori repenset[v], tunc de territorio[w] eiusdem iudicis differentis cuiuscumque rem tantum auferat, quantum petenti consignet, aut certe obsignatam petitori faciat iussionem[x], in qua[y] pigneris quantitatem adnotet, per[z] quam petitor presumendi sibi habeat potestatem. Dum vero ille, qui pigneratus extiterit, regi, iudici vel comiti pro tali fuerit pignere querellatus, eadem pigneris damna, que idem[a] suggerens pertulit, in quadruplum ei de suo iudex ipse dilationis coactus restituat. Quod si de rebus debitoris petitor pignus abstulerit, ad superiorem satisfactionem iudex teneri[b] non poterit. Certe si idem iudex admonitus absque dilationem causam audierit petitoris, in qua eum perveniat habere nullatenus veritatem, iudicium, per[c] quod eius iniustitia patuit, evidentibus scriptis emittat, de cuius textu exemplar fideliter translatum suaque manu suscriptum adque signatum iudici[d], a quo admonitus[d]

g) *ita R* 1. 2. *E* 1; ipse rationem *edd.* h) frugibus *R* 2. *E.* i) *deest R* 2. *E* 2. k) noluit *R* 2. l) ipsi *R* 1. m) *ita R* 1. 2 *pro* iudici; iudices *E* 1. n) *ita R* 1. *E* 2; frugibus *R* 2. *E* 1. o) expendet *R* 1. p) nichilhominus *R* 2; nihilominus *E* 2. q) iniustitiam *R* 1, *corr.* iniustam *E* 2. r) admississe *R* 1; amisse *R* 2. s) quem *R* 1. t) ille qui *des. R* 1. u) abeat *R* 2. v) representet *R* 1. w) territorium *R* 1. x) *ita R* 1. *E* 1. 2; cessionem *R* 2. y) quam *R* 1. z) *deest R* 1. a) eidem *R* 1. b) tenerit *pro* tenere non poterit *R* 1. c) *deest R* 1. d) indicia quoque munitus *pro* iudici a quo adm. *R* 1.

fuerat, dirigere non[e] moretur. Et si post hoc equitatis iudicium patuerit presumtio pignerantis, ingenuus siquidem ea, que causa pigneris abstulit, duplam, id[f] est amissam rem cum[e] simili re[g] in[h] satisfactione restituat. Servus autem, qui talia commisisse detegitur, C hictus[i] accipiat flagellorum adque turpiter decalvatus in[k] integrum mox reformet rem, quam[l] causa pigneris occupabit. Illi vero, qui ad pignerandum convenerint: si servi sint et suo sponte concurrerint, centenis et ipsi verberentur flagellis; si vero ingenui, aliut tantum domino restituant, quantum ei abstulisse probantur, sequestrata conpositione[m] illius, qui pignus indebite fecisse convincitur.

VIII. ANTIQUA[a].

De his, qui in causis alienis[b] patrocinare presumserint.

Quicumque[1] habens causam ad maiorem personam se propterea contulerit, ut in iudicio per illius patrocinium[c] adversarium suum possit obprimere, ipsam causam, de qua agitur, etsi iusta fuerit, quasi victus perdat; iudex autem, mox[d] viderit quemcumque potentem in causam[e] cuiuslibet patrocinari, liceat ei de iudicio eum habicere[f]. Quod si potens contemserit iudicem, et proterve resistens, de iudicio[g] egredi vel locum dare iudicanti noluerit, potestatem habeat iudex ab ipso potente duas auri libras[h] exigere et hunc iniuria violenta a iudicio propulsare. Reliqui vero ingenui seu[i] servi, qui admoniti a iudice abscedere de[k] iudicio non consenserint, singuli publice extendantur et quinquagenis flagellorum hictibus verberentur. *a.*

VIIII. FLAVIUS CNINDASVINDUS REX.

Ut[a] petenti servo alieno respondere ingenuus non recuset.

Superflue[b] excusantem[c] lex ideo corripit[d], ut omnis presumtio coerceri facillime possit. Nonnulli enim

e) *deest R* 1. f) eidem *pro* id est *R* 1. g) rem *R* 1. h) *ita R* 1. *E* 1; *deest R* 2. *E* 2. i) hictos *R* 2. k) integram *pro* in integrum *R* 1. l) que *R* 1. m) conpositio *R* 1.

VIII. a) *deest R* 2. b) *deest R* 1. c) patrocinio *R* 1. d) ut *add. E* 2. e) causa *R* 1. f) abscedere *R* 2. g) iudicium *R* 1. h) sui profuturus *add. R* 2; unam sibi alteram parti eius cui potens ipse adversarius extitit *add. E.* i) sive *R* 2. k) a *R* 1.

VIIII. a) *deest R* 1. b) Superflua *R* 1. *E* 1. c) excusante *R* 2; iudicantem *R* 1. d) corripet *R* 1.

1) *Cf. L. Rom. Vis. C. Th. II,* 13, 1.

ingenui servos alienos ledere promti sunt, et ad[e] servi petitionem iudicio adesse contemnunt, adserentes, se utique cum eo causam dicere non debere, a quo eis conponi non poterit, si victores extiterint. Sed ne[f] per hanc dilationem[g], dum[h] etiam servi dominus supra L milia absens est, aut hutilitate domini sui fiat[i] inpedimentum, aut ipse servus indebite perferat fortasse periculum, id[k] consultissime decernendum helegimus: ut nulli penitus audientia denegetur, sed cuiuscumque servus cum quolibet[l] se adseruerit seu suum sive domini sui vel domine habere negotium, istatim ille, contra quem habet, prestus esse ad iudicium conpellatur, ut petenti procul dubio responsurus aut[m] conpositionis summam legaliter inpleturus, si a servo[n] fuerit iustissime superatus; ita ut, si servus quod proponit convincere non potuerit, ingenuus idem conscientiam suam expiet sacramentis, se nihil horum, unde adpellatur, scire vel habere neque fecisse vel[o] fieri precepisse. Et post tale sacramentum servus pro iniusta petitionem[p], sicut et ingenuus, conponere non moretur; ne tamen pro eadem[q] conpositionem ultra resultet dominus eius, tantum[r] ut, si minor est actio, quam decem solidi possunt[s] valere, servus conpositionis medietatem, hoc est duos semis solidos cogatur exolvere[1]. Quod si infra L milia servi dominum[t] esse constiterit, non aliter servus ingenuum petere poterit, nisi forte per se dominus eius in iudicium adesse non possit et[u] ad proponendum a servo negotium epistolam manu sua suscriptam per eundem servum iudici *a.* destinaverit.

III. TITULUS: DE MANDATIS[a] ET MANDATORIBUS.

I. Quod principum et episcoporum negotia non per eos, sed per subditos sint agenda.

II. Ut iudex a litigatore perquirat, utrum propria[b], an aliena[b] sit causa prolata.

e) a *R* 2; ad — contemnuut *des.* *R* 1. f) nec *R* 1. g) dilitionem *R* 1. h) dum etiam *des.* *R* 1. i) faciat *R* 1. k) ita *R* 1. l) quemlibet *R* 1. m) hac *R* 1. n) servum *R* 1. o) vel — sacramentum *des.* *R* 2. p) petitione *R* 2. q) eam *R* 1. r) tanto *R* 1. s) possint *R* 1. t) domino *R* 1. u) *deest* *R* 1.
TIT. III. a) MANDATIS ET *R* 2, *des.* *R* 1. b) propriam an alienam *R* 1.

1) *Cf. II*, 2, 5, *supra p.* 62.

III. Ut, qui per se causam non dicit, scriptis adsertorem informet[c].

IIII. Ut[d] personis nobilibus questio per mandatum nullatenus agitetur, et qualiter humilior ingenuus sive servus per mandatum questioni subdatur.

V. Ut, si dilationem[e] in causa[f] patiatur qui mandatum facit, liceat ei inmutare mandatum.

VI. Ne causam suscipiat femina per mandatum, licite[g] vero propriam[h] exsequatur.

VII. Ut, sicut lucrum, ita et damnum revertatur ad[i] mandatorem; de[k] commodis[l] etiam mandatum accipientis.

VIII. Ut, si mortuus fuerit his, qui mandatum accepit[m], commodum illi debitum heredes[n] eius accipiant[o].

VIIII. Qualibus personis potentes et qualibus pauperes prosequendas actiones iniungant.

X. Quod liceat his, quibus commissus est fiscus, pro re fisci quibus voluerint exsequendas iniungere actiones[p].

I. FLAVIUS GLORIOSUS RECCESSVINDUS REX.

Quod principum et episcoporum negotia non per se, sed per subditos sint[a] agenda.

Magnorum culminum excellentia[b], quanto[c] negotiis rerum dare iudicium[d] decet, tanto negotiorum molestiis et se[e] inplicare[f] non debet. Si ergo principem vel episcopum cum aliquibus constiterit habere negotium, ipsi pro suis personis eligant, quibus negotia sua dicenda conmittant; quia tantis culminibus videri poterit contumelia inrogari, si contra eos vilior persona in contradictione[g] cause videatur adsistere. Ceterum, et si rex voluerit de re qualibet propositionem[h] adsumere, quis erit, qui ei audeat ullatenus resultare? Itaque ne magnitudo culminis eius[i] evacuet veritatem[k], non per se, sed per subditos agant[l] negotium actionis[m].

c) reforment *R* 1. d) in *add.* *R* 2. e) dilatione *R* 1. f) causam *R* 1. g) licite — exsequatur *des.* *R* 1. h) propria *R* 2. i) a *R* 1. k) de — accipientis *des.* *R* 1. l) commodi *R* 2. m) accipit *R* 1, *ubi reliqua* — accipiant *desunt.* n) heredes *corr.* heres eius *R* 2. o) accipiat *R* 2. p) *deest* *R* 1.
I. a) sunt *R* 1. b) excellentium *R* 1. c) quando *R* 1. d) iudicum *R* 1. e) et se *R* 1; hac re *E* 2; haec *R* 2; sese *E* 1. *edd.* f) inplicari *R* 2. g) contractione *R* 1. h) propositione *R* 1. i) *ita* *R* 1. *E* 1. 2; ne ullus *R* 2. k) veritatis *R* 1. l) *ita* *R* 1. 2. *E* 1. m) *deest* *R* 2.

II. ANTIQUA[a].

Ut iudex a litigatore perquirat, utrum[b] propria[c], an aliena sit causa prolata.

Iudex[1] primum a litigatore perquirat[b], utrum propriam causam dicat[d], an aliena fortasse susceperit. Interrogetur etiam, cuius mandatum habeat[e]; et postquam[f] causam iudicaverit, iudex conprehendat in iudicio[g], quem aut ex cuius mandatum audierit negotium prosequentem, hac preterea mandati exemplar accipiat illius adsertoris aput se cum iudicati exemplaribus reservandum. Liceat tamen illi, qui pulsatus est, mandatum a petitore coram iudice petere, ut, quam ob causam fuerit iudicio[h] presentatus, vel quid[i] tenor mandati contineat, indubitanter possit agnoscere.

III. ANTIQUA[a].

Ut, qui per se causam non dicit, scriptis adsertorem informet.

Si quis per se causam dicere non potuerit aut[b] forte noluerit, adsertorem per scripturam, sue manus vel testium[c] signis aut suscriptionibus roboratam[d], dare debebit, ita ut, si isdem[e] adsertor aliquod conludium fecerit, qualiter ab adversario suo possit in iudicio superari, aliut tantum de facultate sua mandatori restituat, quantum de[f] rebus eius perdidit aut evertit, vel *a.* etiam que ipse mandator obtinere vel[g] adquirere debuit.

IIII. FLAVIUS CHINDASVINDUS REX.

Ut personis nobilibus questio per mandatum nullatenus agitetur, et qualiter humilior ingenuus sive servus per mandatum questioni subdatur.

Questionem in personis nobilibus nullatenus per mandatum patimur agitari. Ingenuum vero et pauperem personam adque in crimine iam ante reppertum[a]

II. a) *deest* *R* 2. b) utrum — perquirat *des.* *R* 2. c) propriam *R* 1. d) *deest* *R* 1. e) habet *R* 1; abeat *R* 2. f) post *R* 1. g) in iudicium *R* 1; iudicio *R* 2. h) *ante h. v.* in *post suprascr.* *R* 1. i) qui tenorem *R* 1.
III. a) *deest* *R* 2. b) aut f. noluerit *des.* *R* 1. c) testibus *R* 1. d) roborata *R* 1. e) hisdem *R* 2. f) de — etiam que *des.* *R* 2. g) sue (*l.* sive) *R* 1.
IIII. a) reppertam *R* 2.

1) *Cf. L. Rom. Vis. C. Th. II,* 12, 3.

non aliter ex mandato[b] subdendum[c] questioni permittimus, quam ut mandator de eadem personam non servo[d], sed ingenuo per mandatum, sua[e] vel trium testium adnotatione firmatum, specialiter conmittat agendum. Et si fortasse innocentem fecerit tormentis adfligi, sciat se hisdem mandator censura legis noxium retineri. Reliquas[f] autem criminales causas[f] ita per mandatum liceat committendas, ut, sicut predictum est, contra personam ingenuam[g] ingenui ingenuo adsertori questionis actio committatur. Servum vero per mandatum subdere questioni tam ingenuo quam servo iure conceditur; hac videlicet constitutione[h] servata, ut, si tormenta vel damna innocentibus fuerint inrogata, ad omnem satisfactionem mandator iudicis conpellatur instantia. Nec dimittendus est tamen his[i], qui mandatum accepit, donec aut mandator sit coram iudice prestus, aut satisfactionem adimpleat legum; et tamen qui questionem ex mandato agitaturus est ante se, velut[k] proprii iuris dominus, per placiti vinculum a iudice noverit obligandum. *a.*

V. ANTIQUA[a].

Ut, si dilationem in causa[b] patiatur qui mandatum facit, liceat ei inmutare mandatum.

Qui causam[c] alicuius ex mandato susceperit, ut negotium peragatur, insistat; quod si protrahit tempus, et causa[b], que forsitam celerius potuerat expediri, hoccasionibus superfluis aut fraudulenta dilatione suspenditur, mandator recurrat ad iudicem. Et qui mandatum acceperat, si[a] malitie alicuius aut cupiditatis vel neglegentie vitio, adversario presente vel[e] iudice, susceptum negotium ultra decem dies absque preceptum[f] iudicis dilataverit, his, qui mandaverat, aut per se proponere, aut alicui helegerit suam liceat committere actionem.

VI. ANTIQUA[a].

Ne causam suscipiat femina per mandatum, licite vero propriam[b] exequatur.

Femina[1] per mandatum causam non suscipiat, sed

b) mandatum *R* 1. c) *ita R* 2; subdenda *R* 1. d) servum *R* 1. e) liceat *pro* sua vel *R* 1; sua manu vel *E* 1. f) Reliquas — causas *des. R* 1. g) ingenuam ingenui *R* 1; ingenuam *deest R* 2. *E* 1. 2; ingenui *deest V* 6 *et ed. Lind.* h) ratione *R* 2. i) *ita R* 2. *E* 1; si *R* 1. k) vel *R* 1.

V. a) *deest R* 2. b) causam *R* 1. c) causa *R* 1. d) *deest R* 1. e) vel iudice *des. R* 1. f) precepto *R* 2.

VI. a) *deest R* 2. b) *ita R* 2. *E* 1; proprie *R* 1.

1) *Cf. L. Rom. Vis. C. Th. II*, 12, 5; *IX*, 1, 2; *Paul. I*, 2, 2.

suum proprium negotium in iudicio proponere non vetetur. Maritus[1] sane non sine mandatum causam dicat uxoris, aut certe ante iudicem se tali obliget cautione, quod uxor negotium eius non revolvat, et[c] si revolverit, damnum, quod cautio demonstrat, maritus recipiat, qui sine mandatum causam[d] dicere presumsit uxoris. Quod si maritus causam, quam sine mandatum[d] coniugis[e] sue prosequebatur, amiserit, uxor nullum preiudicium pertimescat; sed aut per se negotium prosequatur, aut cui voluerit ea, que ipsi conpetunt, prosequenda conmendet; ita ut, si, marito per iudicium[f] iuste superato, denuo ad causam dicendam adversarium illum, qui victor extiterat, pars mulieris crediderit convexandum, adque in[g] iudicio secundo patuerit eundem eius maritum[h] non indevite[i] victum fuisse, noverit eandem mulier non solum se iudici, qui causam prius examinabit, sed et[g] illi causidico, quem iteratim ad iudicium conpulit, iuxta legis sententiam esse satisfacturam[k].

VII. ANTIQUA[a].

Ut, sicut lucrum, ita et damnum revertatur ad mandatorem[b]; de commodis etiam mandatum accipientis.

Sicut lucrum, ita et damnum iuxta condicionem mandati ad eum, qui causam mandaverit, revertatur; ita ut qui causam ex mandato[c] dixerit et fideliter, ut negotium peragatur, instituerit, ab eo mandator nec mandatum[d] repetat, nec ipsam postea ad alium transferat actionem; quia iniustum est, ut mercedem sui laboris amittat, qui pro suscepta causa fideliter laborasse[e] cognoscitur; ita ut his, qui negotium prosecuturus[f] est, ante cause principium cum mandatore definiat, quantum pro comodum[g] sui laboris finito negotium[h] ab eo sit accepturus. Quod si acceptam[i] rem prosecutor infra tres menses reddere neclexerit mandatori, quidquid de eadem[k]

c) et si rev. *des.* *R* 1. d) causam — mandatum *des.* *R* 1. e) coniuge *R* 1. f) iudicio *R* 1. g) *deest* *R* 1. h) marito *R* 1. i) *ita* *R* 1; indebite *al.* k) *ita* *E* 1. *V* 2, 3; satisfacturum *al. m. corr.* satisfacturam *R* 1. 2; satisfacturum *E* 2.

VII. a) *deest* *R* 2. b) mandatore *R* 1. c) mandatum *al. m. corr.* mandato *R* 1. d) mandato *R* 1. e) *ita* *R* 1; elaborasse *R* 2 *alii.* f) secuturus *R* 1. g) *ita* *R* 1; quomodo *E* 1; commodi *R* 2; commodo *E* 2 *alii.* h) negotio *R* 1. i) accepta *R* 1. k) eandem *R* 2.

1) *Cf. L. Rom. Vis. C. Th. II,* 12, 4.

causam[l] per quacumque definitionem consequi potuit, perdat, et mandator iudicis instantia rem sibi conpetentem[m] accipiat.

VIII. ANTIQUA[a].

Ut, si mortuus fuerit qui mandatum accepit, commodum illi debitum heredes eius accipiant.

Qui[1] mandatum fecit si mortuus fuerit, antequam causa dicatur, mandatum, quod fecerat, non valeat; et qui mandatum suscepit si, antequam causa dicatur, fuerit morte preventus, mandatum nullam habeat firmitatem. Quod si, antequam moreretur, causam dixisse dinoscitur adque per[b] suam instantiam ad fines[b] usque legitimos[c] perduxisse, et tamen, quocumque casu[d] intercedente, necdum perfinita res aut exacta remansit, si ad huc[e] forte terminum fuerit causa deducta, quo eam ille, qui per mandatum secutus[f] est, iam ante adceleraverat[g], omnem[h] lucrum, quod ipse fuerat habiturus, heredibus eius a[i] mandatoris partibus exsolvatur.

VIIII. FLAVIUS CHINDASVINDUS REX.

Qualibus personis potentes et qualibus pauperes prosequendas actiones iniungant.

Nulli[2] liceat potentiori, quam ipse est, qui[3] conmittit, causam suam nulla[a] ratione committere, ut non equalis sibi eius possit potentia opprimi vel terreri. Nam etiam si potens cum pauperem causam habuerit, et per se asserere[b] noluerit, non aliter quam equali pauperi aut fortasse inferiori a potente[c] poterit causa committi. Pauper vero, si voluerit, tam potenti suam causam debeat committere, quam potens ille est, cum quo negotium videtur habere.

l) causa *R* 2. m) conpetenter *R* 1.
VIII. a) *deest* *R* 2. b) ad fines per suam instantiam *R* 1. c) legitimis *R* 1. d) causa intercedentem *R* 1. e) *ita* *R* 1. *E* 1; hunc *R* 2. f) susceptus *R* 1. g) acceleraverat *R* 2. *E.* h) omne *R* 2. i) *deest* *R* 1.
VIIII. a) ulla *R* 2. b) adserere *R* 2. c) potentem *R* 1.

1) *Cf. L. Rom. Vis. C. Th. II,* 12, 1. 7. 2) *Cf. ibid. II,* 14. *et supra II,* 2, 8, *p.* 64. 3) *Exspectaveris:* quocum causam habet.

X. FLAVIUS CHINDASVINDUS REX.

Quod liceat his, quibus conmissus est fiscus, pro re fisci quibus voluerint exequendas iniungere actiones.

Nullus quidem rerum fiscalium temerator debet existere. Tamen si quandoquidem pro iure fisci contra quemlibet provenerit intentione moveri, ille, cui commissa res est, aput comitem[a] civitatis vel iudicem habebit licentiam legaliter negotium prosequendi; quem si absentem a loco, ubi res agenda est, esse constiterit[b], vel occasio eum quecumque suspenderit, aut[c] etiam per se proponere fortasse noluerit[c], eandem hutilitatis publice actionem[d] per mandatum iniungere prosequendam cui helegerit sui erit indubitanter arbitrii[e].

IIII. TITULUS: DE TESTIBUS ET TESTIMONIIS.

I. De personis, quibus testificari non licet.
II. Quod testibus sine sacramentum[a] credi non possit[b]; et[c] si utraque pars proferat[d] testem, cui debeat credi; et si vera[e] testificare neclexerit testis.
III. De investiganda iustitia, si aliut loquitur testis, aliut[f] scriptura[f].
IIII. Servo non credendum; et qualibus regis servis debeat credi.
V. Ne testes[g] per epistolam testimonium reddant[h]; et[i] qualiter iniungi testimonium possit.
VI. De his, qui falsum testimonium dicunt.
VII. De his, qui ad falsum testimonium dicendum alios provocant[b] vel servos alienos ad libertatem inpellunt.
VIII. In quibus causis possint testificari[k] servi.
VIIII. De his, qui se placitorum[l] scripturis[m] obligant[b], ne pro aliorum causis veritatem dicant.
X. De quibus annis poterunt[n] testificare minores.
XI. Ut contra extraneos parentela et propinquitas testimonium minime dicant.

X. a) cōmitem *R* 1. b) *ita R* 1. *V* 5. 6; contingerit *R* 2. *E*. c) aut — noluerit *des. R* 1. d) actione *R* 1. e) arbitrium *R* 1.
TIT. IIII. a) sacramento *R* 2. b) *reliqua rubricae pars deest R* 1. c) aut *R* 2. d) preferat *R* 2. e) vere *R* 2. f) al. scr. *des. R* 1. g) testis *R* 2. h) reddat *R* 2; dicunt *R* 1, *ubi reliqua rubricae pars deest.* i) *deest R* 2. k) testificare *R* 2. l) *ita R* 1. 2. *E* 1. 2. m) scriptis *R* 2. n) *ita R* 1. *E* 1; poterint *R* 2.

I. FLAVIUS CHINDASVINDUS REX.

De personis, quibus testificari non licet.

Homicide, malefici, fures, criminosi sive[a] venefici, et qui raptum fecerint vel[b] falsum testimonium dixerint[b], seu qui ad sortilegos divinosque concurrerint, nullatenus erunt ad testimonium admittendi.

II. ANTIQUA[a].

Quod testibus sine sacramentum[b] credi non possit; et si utraque pars proferat testem, cui debeat credi; et si vera testificari neclexerit[c] testis.

Iudex, causa finita et sacramentum secundum leges, sicut ipse ordinaverit, a testibus dato, iudicium emittat[d]; quia testes sine sacramento testimonium peribere[e] non possunt. Quod si ab utraque parte testimonia equaliter proferantur, discussa prius veritate verborum, quibus magis debeat credi, iudicis extimabit electio. Certe si admonitus quisquam a iudice de re, quam novit, testimonium peribere noluerit, aut si nescire se dixerit, id ipsum[f] etiam[g] iurare distulerit, et per gratiam, aut per venalitatem[h] vera subpresserit: si nobilis fuerit, testimonium postea in nullo iudicio dicere permittatur, nec testimonium ipsius recipiatur ulterius. Quod si, licet ingenue, minoris tamen fuerint dignitatis persone, et testimonium careant, et C flagella infamati suscipiant; quia non minor reatus est vera subprimere, quam falsa confingere.

III. FLAVIUS CHINDASVINDUS REX.

De investiganda iustitia, si aliut loquatur testis, aliut scriptura.

Quotiens aliut testis loquitur, quam ea[a] scriptura continet, in qua ipse suscripsisse dinoscitur, quamvis contra scripture textum diversa verborum[b] sit a testibus inpugnatio, scripture tamen potius constat esse credendum. Quod si testes dixerint ea, que offertur, scriptura minime

I. a) *deest* *R* 2. b) vel — dixerint *des.* *R* 1.

II. a) *deest* *R* 2. b) sacramento *R* 2. c) neglexerint testes *R* 1. d) emittat — testimonium *des.* *R* 1. e) perimere *R* 1. f) ipsut *R* 2; ipsud *E* 1. g) *deest* *R* 1. h) venalitate *R* 1.

III. a) que *add. supra lineam* *R* 1. b) verbositas *pro* verborum sit a *R* 2.

roborasse, prolator eius probare[c] debebit, utrum ab eisdem[d] testibus scriptura[e] fuisse roborata[e] constiterit. Et si hoc ipse quibuslibet[f] aliis documentis convincere fortasse nequiverit, experientia iudicis id requirere sollerter curabit[g]; ita ut pro manus contropatione[1] testis ille, qui negat, iudice presente iscribat[h], qui etiam plus cogatur scribere, ut veritas facilius innotescat; ubi scilicet[i] et hoc omnino querendum est, ut scripture querantur et presententur, quas antea[k] fecit sive suscripsit[l]. Et si tota ista defecerint, tunc condicionibus editis iurare non differat, quod nequaquam inibi[m] suscriptor accesserit. Et si post haec quocumque modo patuerit, pro extinguenda veritate mentitum eum fuisse, falsitatis notatus infamia, si honestior persona fuerit, quantum ille perdere potuerat, cuius parti testimonium peribere contemsit, tantum dupla ei satisfactione conpellatur[n] exolvere. Si certe inferior est persona et[o] unde duplam rem dare[o] non habeat, et testimonium amittat et C flagellorum hictus extensus accipiat. In duobus autem idoneis testibus, quos prisca legum recipiendos sanxit[p] auctoritas, non solum considerandum est, quam sint idonei genere, hoc est indubitanter ingenui, sed etiam, si sint honestate mentis perspicui[q] adque rerum plenitudine[r] opulenti. Nam videtur esse cavendum, ne forte quisque conpulsus inopia[s], dum necessitatem non tolerat, precipitanter periurare non metuat.

IIII. FLAVIUS CHINDASVINDUS REX.

Servo non credendum; et qualibus regis servis debeat credi.

Servo[2] penitus non credatur, si super[a] aliquem

c) debet probare *pro* pr. debebit *R* 1. d) eis *R* 1; ehisdem *R* 2; eisdem *E*. e) *ita R* 1. *E* 1; scripturam f. roboratam *R* 2. f) quilibet *R* 1. g) *ita R* 2; curaverit *R* 1; curavit *E* 1. h) scribat *R* 2. *E*. i) licet *R* 2. k) *ita R* 1. *E* 1; *deest R* 2. l) subscripsit *R* 2. m) in ipsi *R* 1; ibi *R* 2; inivi *E* 1. n) *deest R* 1. o) *ita E* 1. 2 *et, omisso* et, *R* 2; eundem dupla rem damnare *R* 1. p) sanc|sit *R* 1. q) prespicui *R* 1. r) plenitudinem *R* 1. s) inopiam *R* 1.
IIII. a) supra aliquo *R* 1.

1) *Vox 'contropatio' derivanda est a verbo, quod exstat infra IV*, 5, 3*: contropare = Hisp. 'controvar', Ital. 'controvare', quod fingere, sed proprie conquirere, conferre enuntiat. In Lege Vis. saepius usurpatur pro conferre, conparare = 'vergleichen', 'zum Zweck der Vergleichung zusammenbringen', etiam conferendo aestimare vel conpensare. Plerumque de collatione scripturarum vel manuum, ut hoc loco, dicitur ad veritatem instrumentorum probandam; cf. ex. gr. II*, 5, 13. 14. 15. *Sed etiam de aliis rebus conferendis inter se et aestimandis dicitur: IV*, 5, 3*; VI*, 1, 4*; X*, 1, 17. *Extra Legem Vis. non legitur.* 2) *Cf. L. Rom. Vis. Paul. V*, 18, 3 *sqq.*

crimen obiecerit[b] aut si[c] etiam dominum suum in crimine inpetierit[d], nisi[e] in tormentis positus exponat, quod dixerit; excepto servi nostri[e] — nisi[1] qui ad hoc[f] regalibus servitiis mancipantur[g] —, ut non inmerito palatinis officiis liberaliter honorentur, id est: stabulariorum[h], gillonariorum[2], argentariorum[i] coquorumque[k] prepositi, vel si que[l] preter[m] his[n] superiori ordine[o] vel gradu precedunt[p]; quos tamen omnes et regia potestas iugiter non habet ignotos[q], et nullis eos esse constat pravitatibus aut criminibus[q] inplicatos. Quibus utique vera dicendi vel testificandi licentia[r], sicut et ceteris ingenuis, hac lege conceditur. De reliquis autem ad palatinum servitium[s] pertinentibus, quicumque aliquem ad testimonium crediderit advocandum, non aliter ei fides adcommodavitur[t], nisi regie potestatis electio[u] iusta et honesta[u] permiserit esse credendum, quod ille a[v] se noverit esse testificandum.

v.

V. FLAVIUS CHINDASVINDUS REX.

Ne testes[a] per epistolam testimonium reddant[b]; et qualiter iniungi testimonium possit.

Testes non per epistulam testimonium dicant, sed presentes quam noverunt non taceant veritatem nec de aliis negotiis testimonium dicant, nisi de his tantummodo, que sub presentia eorum acta esse noscuntur. Certe si idem testes aut[c] parentes vel amici, seu etate decrepiti vel infirmitate gravati aut in aliam et longinquam provinciam constituti, de re, que ipsis est cognita, testimonium aliquibus[d] iniungendum putaverint[e], et si non sint omnes de uno territorio, qui testimonium[d] di-

b) ingecerit *R* 2. c) si *deest R* 2. d) insercierit *R* 1. e) nisi — servi nostri *R* 2, *quae in R* 1 *manifesto scribae errore, a duplici voce* nisi *orto, omissa sunt.* f) huc *R* 2. g) mancipiantur *R* 2. h) istabulariorum *R* 2. i) *deest R* 1. k) quorumque *R* 1; cocorumque *R* 2; coquorum quoque *E* 1; quorum quoque *E* 2. l) *ita R* 1; quis *R* 2. *E* 1. m) *ita E;* pres *(forte* p̄f *pro* p̄r *scriptum vel lectum est) R* 1; *deest R* 2. n) qui *add. R* 2. o) hordine *R* 2. p) procedunt *R* 1. q) ignominibus *pro* ignotos — criminibus *R* 2. r) licentiam *R* 1. s) officium *R* 1. t) adcommodabitur *R* 2. *E.* u) iusta et honestatem lectio *R* 1. v) ad *R* 1.

V. a) testis *R* 2. b) reddat *R* 2. c) aut parentes *des. R* 1. d) aliquibus — testimonio *hoc loco omittit R* 1, *ubi tamen verba:* si non sint omnes de uno territorio qui testimonium committunt, in eo tamen territorio ubi ilie conmanet *infra post* conmanet *inserta leguntur.* e) *ita E* 1, 2; patuerint *R* 2; *deest R* 1 (*cf. n.* d).

1) *Legislator prohibere voluit, quominus domini servos suos regi 'ad hoc' traderent, ut eorum testimonio uti possent; qui locus a redactoribus formae vulgatae male intellectus esse patet.* 2) *Gillonarii sunt buticularii vel pincernae (gillo = vas fictile).*

cendum[f] conmittunt, in eo tamen territorium[g], ubi ille conmanet[h], qui plus ex his[i] videtur idoneus, congregentur et ante eiusdem territorii iudicem vel coram his, quos iudex helegerit[k], et mandatum faciant idoneis[l] ingenuis, quibus voluerint[l], et quod[m] illis est cognitum per condicionum seriem iurare procurent; qualiter, quibus testificandi vicissitudo conmittitur, id indubitanter, ubi necesse fuerit, suo sacramento confirment, quod iurare mandatores suos iustissime et evidentissime per semetipsos audierint. Aliter autem mandatum de talibus negotiis editum[n] aput omnes iudices erit semper invalidum.

VI. FLAVIUS CHINDASVINDUS REX.

De his, qui falsum testimonium dicunt.

Si quis contra alium falsum testimonium dixerit et in mendacio invenitur, aut certe si ipse dixerit, quia falsum testimonium dedit: si maioris loci persona est, det illi de propria facultate sua, contra quem falsum testimonium dixerat, tantum, quantum per testimonium eius perdere debuit, et se[a] testificare ultra non noverit. Quod si minoris loci persona est et non habuerit unde conponat, ipse tradatur in potestate[b] illi, contra quem *a.* falsum testimonium dixerat, serviturus. Quicumque autem vel beneficio corruperit aliquem vel circumventione qualibet falsum testimonium dicere persuaserit, dum evidens huius rei conmentum[c] patuerit, tam autor[d] sceleris, qui in interitum intendit alterius, quam his, qui rerum aviditate cupidus testificande prebuit falsitatis adsensum, pari simul sententia falsarii teneantur*.

a.

VII. FLAVIUS CHINDASVINDUS REX.

De his, qui ad falsum testimonium dicendum alios provocant vel servos alienos ad libertatem inpellunt.

Si quis contra hominem ingenuum et adversus livertum[a] aliquem provocasse convincitur falsum[b] testi-

*) *Cod. R* 2 *add.:* et insuper ad aliorum terrore centenis flagellis publice verberati turpiter etiam, ut digni sunt, ac viliter decalventur.

f) testimonio dicendo *R* 2. g) territorio *R* 2. h) *cf. supra n.* d. i) *deest R* 2. k) elegerit *R* 2. l) idoneis — voluerint *des. R* 1. m) de quod *R* 2. n) edictum *R* 1.
VI. a) sic *pro* se *R* 2. b) potestatem *R* 2. c) conventum *R* 1. d) auctor *R* 2.
VII. a) libertum *R* 2. b) ut falsum diceret t. *R* 2.

monium dicere, tantum illi conponat, quem per falsam testificationem conabatur addicere vel damnare, quantum, si iuste[c] eum obtinuisse[d], poterat[e] de istatu[e] vel de rebus eius adquirere. Si vero testis, simpliciter ab alio ad testimonium invitatus, false contra ingenuum adque libertum testificare dinoscitur, qualiter per eius testimonium in servitute quisque humiliaretur, et tamen ille, qui testem protulit, conscius fraudis huius non invenitur, solus testis ipse superiori sententia, id est, sicut ille, qui testem ad falsum testimonium provocabit, ei, quem suo testimonio decipere voluerit[f], obnoxius maneat; ita ut, si non habuerit unde conponat, in potestate eius eum id, quod habere videtur, perenniter serviturus tradatur. Id autem et de illis decernimus observandum, qui, ut servos alienos ad libertatem perducerent, aut falsum testimonium dixisse repperiuntur, aut eam intentionem adibere conati sunt, ut ab eis provocati per eorum instantiam[g] ad ingenuitatis libertatem indebita possent aliquatenus insultatione venire.

VIII. FLAVIUS GLORIOSUS[a] RECCESSVINDUS[a] REX.

In quibus causis possint testificari[b] servi.

Quod hutilitati multorum est congruum, non est nostre legis decreto pretermittendum; ne[c] tanto cuiquam pateat nocendi facillitas[d], quanto nihil esse[e] putat ex lege quod metuat. Quia ergo multotiens inter ingenuos repperitur exorta cedes[f], et nullus[g] adesse ingenuus, qui cedis ipsius patefaciat evidenter scelus, adeo, si nullus ingenuorum adfuerit, credi servis omnimodo[h] oportebit, ut, qualiter inter eos cesio facta constiterit, agnosci eisdem testificantibus possit. Verum quia et interdum iustitie cognitio deperit, dum ingenuorum dignitas aut longe[i] posita aut de proximo ignota consistit, tunc credi permittitur servis, cum ingenui nullatenus adfuerint, qui aut vicini[k] sint, aut de re, qua agitur, cogniti habeantur. Certe nec[l] de aliis causis nec de maioribus esse sibi credendum scient[m], nisi de minimis quibus-

c) iuxte *R* 1. d) *ita R* 1. 2. *V* 5, *quamvis* obtinuisset *expectaveris.* e) potuerat de statu *R* 2. f) *ita R* 1. *E* 1; voluit *R* 2. g) instantia aut i. *R* 1.
VIII. a) *ita R* 1. *V* 2; Chindasvindus *pro* gl. R. *R* 2. *E* 2; *inscriptio deest E* 2. *V* 3; Antiqua *V* 5. b) testificare *R* 2. c) nec tanto cuique p. *R* 1. d) facultas *R* 2. e) *deest R* 1. f) cedisset *pro* cedes et *R* 2. g) nullos a. ingenuos *R* 1. h) *ita E;* omnino *R* 1; omnismodis *R* 2. i) in longe *R* 1. k) si vicini *R* 1. l) si et *perperam pro* nec *R* 1. m) sciens *R* 2.

cumque rebus ac[n] de terris aut vineis vel ędificiis, que non grandia esse constiterint, propter quod solet inter heredes aut vicinos possessores intentio exoriri. Sed et de mancipiis credendum est eis, quare contingit ea vel ab aliis occupari vel indebite[o] retineri aut etiam a dominorum iure inlicite evagare[p], ut per eorum veram cognitionem valeant res ipse dominis reddi, et[q] ipsorum indubitata notitia iuste possit intentionis causa sopiri. Non[r] tamen aliter illis credi poterit[r], nisi et ab omni crimine alieni extiterint et gravi depressi paupertatem non[s] fuerint, ita ut contra ingenuorum dignitatem[s] eorum testimonium accipi nullatenus possit, nisi, ut supra dictum est, cedem exoriri contigerit.

VIIII. FLAVIUS CHINDASVINDUS REX.

De his, qui se placitorum scripturis[a] obligant, ne[b] pro aliorum causis veritatem dicant.

Plerosque cognovimus ita sese interdum per placitum obligare, ut pro suas[c] suorumque[d] hutilitates[e] testificari non differant; si quis autem contra eos habuerit testimonium dicere, nullatenus adquiescant[f]. Quod quia satis est contrarium veritati, hanc omnes iudices se noverint habere licentiam, ut talia conmenta instanter inquirant et inventa disrumpant, adque quos eadem placita nominaverint, centenis flagellis verberandos insistant; ita tamen, ut ista disciplina non infamie notam eis pertineat, sed testificandi, quod cognitum habent, sit illis ex lege concessa semper et indubitata libertas.

X. FLAVIUS GLORIOSUS RECCESSVINDUS REX.

De quibus annis poterunt[a] testificare[b] minores.

Hec etas erit constitutis in minoribus annis ad[c] testimonium admittenda[d], ut, postquam puer aut puella XIIII vite sue annos inpleverint, sit illis in causis omnibus testificandi indubitata[e] licentia.

n) aut *R* 1. o) debite *R* 1. p) evacare *R* 1. q) in *add.* *R* 1. r) Tamen aliter illis credi non possit *R* 1. s) non — dignitatem *des.* *R.*
VIIII. a) scriptis *R* 2. b) nec *R* 1. c) sua causa *R* 2. d) que *deest* *R* 1. e) utilitate testificari non differat *R* 2. f) adquiescat *R* 2.
X. a) potent *R* 1. b) testificari *R* 2. c) de *R* 2. d) admittendam ut posquam *R* 1. e) indulta *R* 1.

XI. ANTIQUA[a] EMENDATA.

Ut[b] contra extraneos parentela et propinquitas testimonium[c] minime dicant.

Fratres, sorores, uterini, patrui, amite, avunculi, matertere sive eorum filii, item[d] nepos, neptis, consubrini vel amitini in iudicio[e] adversus extraneos testimonium dicere non admittantur; nisi forsitan parentes eiusdem cognationis inter se litem habuerint. *a.*

V. TITULUS: DE SCRIPTURIS VALITURIS ET INFIRMANDIS HAC[a] DEFUNCTORUM VOLUNTATIBUS CONSCRIBENDIS.

XI. a) āq̄a em̄ta *R* 1; anq̄ emendata *R* 2. b) Ad *R* 1. c) testimonime *pro* t. minime *R* 1. d) ita nepus *R* 1. e) iudicium *R* 2.

TIT. V. a) ac *R* 2. b) conservandis *R* 2. c) n. l. v. *des.* *R* 2. d) v. c. *des.* *R* 2. e) contemnunt *R* 1. f) callidis — inserenda *des.* *R* 2. g) de — placitis *des.* *etiam* *R* 1. h) *reliqua rubricae pars deest* *R* 2. i) voluntates *R* 1. k) voluntas *R* 1. l) *abscisum* *R* 1. m) conprobatione *R* 2. n) manu suscripta *R* 1, *ubi reliqua rubricae pars deest;* manuum scriptura *R* 2. o) dubio *R* 2.

XIIII. De holografis scripturis.
XV. De contropatione scripturarum[p] et earum[q] pena solvenda.

I. FLAVIUS CHINDASVINDUS REX.

Quales debeant scripture valere.

Scripture[1], que[a] diem et annum habuerint evidenter expressum adque secundum legis ordinem conscripte noscuntur, seu conditoris[b] vel testium fuerint signis aut suscriptionibus roborate, omni habeantur stabiles[c] firmitate[d].

a.

II. ANTIQUA.

De pactis et placitis conscribendis[a].

Pacta[2] vel placita, que per scripturam iustissime hac legitime facta[b] sunt, dummodo in his dies[c] vel annus sit evidenter expressus, nullatenus immutari[d] permittimus.

III. ANTIQUA.

Contra priorum definitionem filio vel heredi non liceat venire.

Filio vel heredi contra priorum definitionem venire non liceat; quia iuste repellitur presumtio illius, qui facta seniorum iniuste conatur inrumpere.

IIII. FLAVIUS CHINDASVINDUS REX.

De damnis eorum, qui contra pacta vel[a] placita sua venire contendunt.

Qui contra pactum vel placitum iuste hac legitime conscriptum venerit, quod non forsitam persona[b] potentior[c] extorserit, antequam causa dicatur, penam[d], que in pacto vel[e] placito legitime continetur, exolvat. Deinde que sunt in pacto[f] vel placito definita serventur.

p) *reliqua rubricae pars deest* *R* 2. q) arum *R* 1.
I. a) qui *R* 1. b) conditores *R* 1. c) stabile *R* 2. d) firmitatem *R* 2.
II. a) conservandis *R* 2. b) facte *R* 1; factae *E* 1. c) diebus *R* 1. d) emutari *R* 1; immutare *R* 2.
IIII. a) et *R* 2. b) personam *R* 1. c) potentior — penam *des.* *R* 1 *manifesto errore omissa.* d) pena *R* 2. e) vel in *R* 1. f) p. vel *des.* *R* 1.

1) *Cf. legem sequentem.* 2) *Haec lex in Legem Baiurariorum* 16, 16. *recepta est, inde in Legem Alamannorum* 42, 2.

Pactum vero vel placitum convenienter hac iustissime inter partes conscriptum, si etiam penam in eis inserta non fuerit, revolvi aut inmutari nulla ratione permittimus. Et ideo que pactis vel placitis continentur vel monstrantur scripta, plenam habeant[g] firmitatem, si[h] tamen quisque ille pactum vel placitum iustissime et de re sibi debita conscripsisse videatur.

V. FLAVIUS GLORIOSUS RECCESSVINDUS REX.

Ne valeant definitiones vel pacta[a] servorum.

Et honestas hoc habet, et iustitia hoc adfirmat, ut que servi non iubentibus dominis suis, seu[b] per scripturam paciscuntur, sive per testem definiunt, nullo firmo robore penitus[c] habeantur.

VI. FLAVIUS CHINDASVINDUS REX.

De[1] turpibus et inlicitis rebus

inter quascumque personas, sicut nullum pactum aut mandatum vel placitum, ita nec damnum seu quamcumque[a] definitionem ex omnibus nullo[b] tempore decernimus posse valere.

VII. FLAVIUS CHINDASVINDUS REX.

Ne sub unius nomine cause res alia vel persona callidis definitionibus obligetur; de pena etiam, que sit in placitis inserenda.

Pravis hac malignis moribus inprovorum[a] iustitie[b] semper est sententiis obviandum. Ideoque, quia dira perversorum[c] cupiditas ita sepe[d] plurimos novarum fraudium mollitione conlaqueat, ut, cum pro re qualibet adinplenda sit pactio, res eorum simul obligent hac personas[e], hoc fieri omnimodo proibemus. Sed quotiens undelibet placitus[f] conscribitur, non amplius in transgressoris pena, quam duplatio reddende rei vel triplatio nummorum satisfactione taxetur. Res[g] tamen omnis[h] aut persona nullatenus obligetur[g]; quia iniustum penitus

g) habeat *R* 1. h) sic *R* 1.
V. a) placita *R* 1. b) *deest* *R* 2. c) *deest* *R* 1.
VI. a) quacumque *R* 1. b) ullo *R* 2.
VII. a) inproborum *R* 2. b) iustitiam *R* 1. c) perversori *R* 1. d) se *R* 1. e) per has p. *R* 1. f) placitum *R* 2. g) Res — obligetur *des.* *R* 1. h) omnes *R* 2.

1) *Ex iure Romano sumpta; cf. L. Rom. Vis. Paul. I,* 1, 2.

adprobamus, ut unius causa debiti rerum fiat[i] omnium perditio vel persone. Quodcumque igitur contra legis huius decretum conscriptum placitum sive definitio[k] facta fuerit, ubicumque repperta fuerit, vacua omnismodis et invalida reputetur.

VIII. ANTIQUA.

Quod omnis scriptura vel definitio, que[a] per vim et metum extorta fuerit, valere non poterit.

Pactum[b, 1], quod[b] per vim extorserit persona potentior vel inferior, sive placita vel reliquas scripturas, id est, si ille, qui paciscitur, aut in custodia mittitur, aut sub gladio mortem[c] forte timuerit, aut ne[d] penas quascumque vel[e] ignominia patiatur, vel certe si aliquam iniuriam passus fuerit, huiusmodi pactio[f] vel scriptura quelibet nullam habeat firmitatem.

VIIII. FLAVIUS GLORIOSUS RECCESSVINDUS REX.

Que scripture valere poterunt[a], si ab his facte fuerint, qui[b] sunt in annis minoribus constituti.

In minoribus annis constitutis testandi de rebus suis vel alias quascumque definitiones faciendi seu per scripturam sive per idoneum testem, in quibuscumque personis elegerint, infra quartum decimum annum non illis aliter licentia erit, nisi gravis langor occurrerit, per quod eos fortasse mori suspicio sit. Quod si eos necessitas huius cause conpresserit, utrisque[c] a[d] decimo etatis ipsorum[e] anno faciendi quod voluerint libertas plena[f] manebit[2]. Quod si ab egritudine convalescere potuerint, quidquid eos hordinasse constiterit, totum invalidum erit, donec aut rursus egrotantes iterum que ordinaverant nova ordinatione reforment, aut venientes usque ad plenum[f] quartum decimum annum in omnibus iudicandi de rebus suis liberam habeant absolutamque licentiam. Ab infantia vero vel in qualibet etate dementes effecti et in eo vitio[f] absque[b] intermissione temporis perma-

i) faciat *R* 1. k) definitionem *R* 1.
VIII. a) quod *R* 1. b) Que *pro* Pactum quod *R* 1. c) morte *R* 1. d) nec *R* 1. e) aut *R* 1. f) placito *R* 1.
VIIII. a) *ita E* 1; potuerunt *R* 1; poterint *corr.* poterunt *R* 2. b) que *R* 1. c) utriusque *R* 2. d) ad decimum *R* 1. e) ipsarum *R* 1. f) *deest R* 1.

1) *Cf. Cod. Eur. c.* 286. 2) *Cf. infra IV,* 3, 4.

nentes nec testimonium reddere nec, si[g] quam[h] forte volumtatem ediderint, nullam[i] poterit[k] firmitatem habere. Nam qui[l] per intervalla[l] temporum vel orarum salutem[m] videntur recipere et integra interdum mente persistere, de suis rebus ferre iudicium proiberi non poterunt[n].

X. FLAVIUS GLORIOSUS RECCESSVINDUS REX.

Qualiter confici vel firmari conveniat ultimas omnium volumtates.

Morientium[a] extrema volumtas, sive sit autoris et testium manu suscripta, sive utrarumque[b] partium signis[c] extiterit roborata, sive tantumodo verbis coram probationem patuerit promulgata, omni perenniter valere[d] subsistat. Id tantum magnum[e] opere procurandum[f] est, ut, quod[g] instante quocumque[h] periculo conscribi nequiverit, infra sex mensium[i] spatium qui hoc audierint suam[k] coram iudice iurationem[k] confirment eiusdemque iuramenti condicionem tam suam quam testium manu conroborent. Dumque hec res plenum venerit in effectum, pro instania sui laboris idem testes ex defuncti bonis trecensime pretium portionis prosequantur in solidis[l] tantummodo nummis[m], cartarum strumentis[n] et librorum voluminibus sequestratis, que pertinebunt ad heredes integritate successionis. Qui testes infra sex menses procurent illi denuntiare, in cuius nomine per talem hordinationem res translata dinoscitur extitisse. Quod si omnem[o] legis huius decretum testes illi, quibus conmissum est, infra constitutum tempus distulerint adinplere, noverint se falsariorum damno multari.

a. *a.* *a.* *a.*

XI. FLAVIUS CHINDASVINDUS REX.

Qualiter firmentur volumtates eorum, qui in itinere moriuntur[a].

In[b] itinere[a] pergens aut in expeditione publica[1] moriens, si ingenuos secum non habeat, volumtatem

g) sic *R* 2. h) qua *R* 1. i) ullam *R* 2. k) poterint *R* 1. l) que per intervalle *R* 1. m) salute *R* 1. n) potuerunt *R* 1.

X. a) Morientis *R* 1. b) utrumque *R* 1; utrorumque *R* 2. c) aut subscriptionibus, *quae add. ed. Matr., des. R* 2. *E* 1. 2 *et, ut videtur, etiam R* 1. d) *ita pro* valore *R* 1. 2. e) magno opere *R* 2. f) procuretur *pro* proc. est *R* 1. g) *deest R* 1. h) quodcumque *R* 1. i) mensuum *R* 2. k) sua — iuratione *R* 2. l) *ita R* 1. *E* 1; solis *cett. codd.* m) numhis *R* 1. n) *ita R* 1; instrumentis *R* 2 *cum cett. codd.* o) omne *R* 2.

XI. a) moriuntur. In itinere *des. R* 1. b) Qui in i. *R* 2.

1) *Satis constat haec ex iure Romano sumpta esse; minus autem, quo ex fonte hauserit Chindasvindus.*

suam propria manu conscribat[c]. Quod si litteras nescierit aut pre langore iscribere[d] non valuerit[e], eandem volumtatem servis insinuet, quorum[f] fidem episcopus adque iudex probare debebunt. Et si nullatenus antea fraudulenti fuisse patuerint, quod sub iuramenti taxatione protulerint, conscribatur, ut sacerdotis adque iudicis suscriptione firmetur; hac postmodum[g] autoritate regia roboratum, firmum quod decreverit habeatur.

XII. FLAVIUS CHINDASVINDUS REX.

Ut defuncti volumtas ante sex menses sacerdoti[a] vel testibus publicetur.

Scripta volumtas defuncti ante sex menses coram quolibet sacerdote vel testibus publicetur. Et si quis eamdem[b] qualibet fraude supresserit, tantum illis, in quibus testatus est, de proprio cogatur exolvere, quantum eiusdem[c] scripture serię conquirere potuerant[d] vel habere.

XIII. FLAVIUS CHINDASVINDUS REX.

De contropatione[a] manuum, si[b] scriptura vertatur in dubium.

Omnes scripture, quarum et autor et testis defunctus est, in quibus tamen suscriptio vel signum conditoris adque testium firmitas repperitur, dum in audientia prolate constiterint, ex aliis cartarum signis vel suscriptionibus contropentur, sufficiatque ad firmitatem vel veritatis huius indaginem agnoscendam trium aut quattuor scripturarum similis et evidens prolata suscriptio. Quod si talibus scripturis legum tempora obviaberint[c], pro certo decernitur, quia valere non poterunt[d].

XIIII. FLAVIUS GLORIOSUS RECCESSVINDUS REX.

De olografis scripturis.

Quia[1] interdum necessitas ita[a] sepe concurrit, ut sollemnitas legum libere conpleri non possit, adeo, ubi

c) suscribat *R* 2. d) *deest* *R* 2. e) potuerit *R* 1. f) eorum *R* 1. g) post *deest* *R* 1.
XII. a) sacerdote *R* 2. b) eadem *R* 1. c) per eiusdem scr. seriem *R* 2. d) potuerunt *R* 1.
XIII. a) contropationem manum *R* 1. b) *deest* *R* 1; subscriptor avertatur *pro* si scr. v. *R* 2. c) obviaverint *R* 2. d) potuerunt *R* 1.
XIIII. a) sta *R* 1.

1) *Cf. L. Rom. Vis. Nov. Val. III.* 4, 2, 1, *et supra* 11.

qualitas locorum ita constiterit, ut non inveniatur[b] testis[c], per quos[d] iuxta legum ordinem unusquisque suam alliget[e] volumtatem, manu propria scribat ea[f], que hordinare desiderat[g]; ita ut specialiter adnotentur[h], quecumque iudicare voluerint, vel que de rebus suis habere quemquam elegerint. Dies quoque et annus habeatur in eis evidenter expressus. Deinde[i], toto scripture textu conscripto, rursum autor ipse suscribat. Et dum hec scriptura infra XXX annos ad eum, in cuius nomine facta est, vel ad successores eius pervenerit, eam[k] episcopo vel iudici infra sex menses non differat presentare. Quam sacerdos idem et iudex, adlatis sibimet[l] tribus[m] aliis scripturis, in quibus testatoris suscriptio repperitur, ex earum contropationem considerent, si certa et evidens scriptura est, quam idem conditor olografa ratione conscripsit. Et dum sta[n] previderint, eadem cartula[o], que offertur, vera nihilominus habeatur, adque etiam continuo sacerdos ipse vel iudex sive[p] alii testes idonei eandem olografam scripturam sua denuo suscriptione confirment. Et sic volumtas ipsius testatoris plenissiman obtineat firmitatem.

XV. FLAVIUS GLORIOSUS RECCESSVINDUS REX.

De contropationem[a] scripturarum et earum pena solvenda.

Sicut, ubi convenit miseranter hoccurrere, salutaria remedia non negamus, ita[b], ubi contentio inrationabilis exoritur, censuram ponere iuste debemus. Proinde cum de quibuslibet scripturis parentum, quas tamen iustissime hac legitime et de rebus sibi debitis patuerit esse conscriptas[c], fuerit exorta contentio, si ille, cui[d] iscriptura profertur, nescire se dixerit ipsius scripture veritatem, mox prolator ille iurare cogatur, nihil fraudis, nihil lesionis in ea quandoque aut[e] a se factum esse[f] aut ab alio quocumque factum omnimodo[g] cognovisse vel nosse, sed ita manere, sicut autor eius eam voluit vel[h] ordinare vel roborare. Deinde ille, qui hanc rennuit accipere, cogatur iurare, se[i] hanc scripturam veram esse

b) *ita* *R* 1. 2. *E* 1; *exspectaveris:* inveniantur. c) testes *R* 2. d) quod *R* 2. e) adligent *R* 1. f) itaque *pro* ea que *R* 1. g) desiderant *R* 2. h) adnotetur *R* 1. i) De *pro* Deinde toto *R* 1. k) eum *R* 1. l) sibi et *R* 1. m) *deest* *R* 1. n) ista *R* 2. o) cartulam *R* 1; cartola *R* 2. p) sibi *R* 1.

XV. a) contropatione *R* 2. b) ut *add.* *R* 1. c) conscripta si *R* 1. d) cuius scriptura *R* 2. e) aut non *R* 1. f) fuisse *R* 1. g) omnino *R* 1. h) *deest* *R* 1. i) sed *pro* se *R* 1.

nescire nullaque evidenti cognitione sapere, seu ab autore suo legitime hac legaliter confectam existere, neque[k] suscriptionem vel signum autoris veridici[l] facta cognoscere. Post hec querenda ab utrisque partibus in scriniis domesticis instrumenta cartarum, ut contropatis[m] aliarum scripturarum suscriptionibus adque signis possit agnosci, utrum habeatur idonea, an[n] reprobetur indigna. Iam tunc, si in domesticis scriniis scripture autoris repperte non fuerint[o], ad quarum similitudinem scriptura prolata firmetur, ita demum ille, qui iscripturam profert, ubicumque potuerit alias scripturas autoris procuret inquirere, per quarum similitudinem scripturam, quam profert, veram[p] esse confirmet. Sicque per talem convenientiam latenti veritate repperta, nec ille, qui iscripturam profert, in convincendo[q] eam esse idoneam ex longinquo testes advocans damna sustineat, nec ille, qui hanc contemnit recipere, penam iscripture cogatur inplere. Quibus ita actis, si ille, qui iscripturam indignam esse contendit, non pro veritatis cognitione, sed pro sola conmotione[r] partis adverse ad convincendam dignitatem scripture, et in[s] adducendis testibus et in sustinendis dispendiis laborare fecerit adversantem, tunc ipse, qui iscripturam profert, exibitis testibus esse idoneam et inlesam scripturam adfirmet, hac postea sic ille, qui per contentionem indebitam[t] in adducendis testibus laborem intulit adversanti, penam[u] damni, quam scriptura continet, evidenter adinpleat. Certe si[v] aut tanta res non est, unde penam[u] suppleat, quam autor eius instituit, quam de[w] rebus suis legitimum iudicium ferret, aut etiam sponte[x] suo hanc ipsam penam noluit[y] implere, rem[w], que illi de eiusdem autoris conpetit[z] iure, ei, quem convexabit[a] indebite, cogatur cessionis ordinem dare. Hanc sane legem in solis parentum scripturis[b] servanda esse decernimus, propter quod filios vel nepotes iniusta contentione ab alterutrum aut[c] se aut extraneorum partes vidimus convexare; sta[d] evidenter condicione servata, ut, si ex aliis oppositionibus[e] legum eadem[f] scriptura dicitur[f] convellenda, vox inpugnantis pro certo sit libera[g].

a.

k) ne *R* 1. l) *ita R* 2. *E* 1; verefici *R* 1. m) conprobatis *R* 1. n) hac *pro* an *R* 1. o) fuerit *R* 1. p) vera *R* 1. q) conveniendo *R* 1. r) commotionem *R* 2; conmutatione pacis adverse *R* 1. s) ad inducendis *R* 1. t) indubitam *ex corr. R* 1. u) pena *R* 1. v) aut si *R* 1. w) *deest R* 1. x) exponte *R* 1. y) nollit *R* 1. z) conpetet *R* 1. a) vexabit *R* 1. b) scripture *R* 1. c) ut *R* 1. d) ita *R* 1; sta *R* 2. e) expositionibus *R* 1. f) eandem scripturam dicimus *R* 1. g) *literae* era *erasae R* 1.

DE ORDINE CONIUGALI.

LIBER TERTIUS.

I. TITULUS: DE DISPOSITIONIBUS NUPTIARUM.

I. Ut tam Goto Romana, quam Romano Gotam[a] matrimonio liceat sociari.
II. Si puella contra volumtatem[b] patris alio nubat[c], cum sit alteri disponsata.
III. De non revocandis datis arris.
IIII. Ne viris minoris etatis maiores femine disponsentur.
V. De quantitate rerum conscribende dotis.
VI. Ut dotem puelle pater exigat et conservet.
VII. Ut patre mortuo utriusque sexus filiorum[c] coniunctio[a] in matris potestate consistat.
VIII. Si fratres nuptias puelle differant[a], aut si puella inpudice nuptias presumat.
VIIII. Ut de quibuscumque rebus dos conscripta fuerit[d], firmitatem optineat.

a.

I. ANTIQUA[a].

Ut tam Goto[b] Romana[c], quam Romano Gotam matrimonio liceat sociari[d].

Sollicita cura in principem esse dinoscitur, cum pro futuris hutilitatibus beneficia populo providentur; nec parum exultare debet libertas ingenita, cum fractas vires habuerit prisce legis[1] abolita sententia, que incon-

LIB. III. TIT. I. a) *reliqua rubricae pars deest R* 2. b) volumtate *R* 1. c) c. f. *R* 1. d) fuerint firmitate habeat *R* 2.
I. a) *ita R* 1. 2. *V* 5; *sine inscriptione E* 1. 2. b) Gotus *R* 2. c) Romanam *R* 2. d) sociare *R* 2.

1) *Est L. Rom. Vis. C. Th. III,* 14, 1.

grue dividere maluit personas in coniuges, quas dignitas[e] conpares exequavit[f] in genere. Ob hoc meliori proposito[g] salubriter censentes, prisce legis remota sententia, hac in perpetuum valitura[h] lege sanccimus: ut tam Gotus Romanam, quam etiam Gotam Romanus si coniugem[i] habere voluerit, premissa petitione[k] dignissimam, facultas eis[l] nubendi subiaceat, liberumque[m] sit libero[n] liberam[o], quam voluerit, onesta coniunctione, consultum perquirendo[p], prosapie sollemniter consensu comite[1], percipere coniugem.

II. ANTIQUA.

Si puella contra volumtatem patris alio nubat, cum sit alteri disponsata.

a. Si quis puellam cum volumtatem patris sponsatam habuerit, et ipsa puella, contemnens volumtatem patris, ad alium tendens, patri contradicat, ut illi non detur, cui a patre fuerit pacta, hoc ita eam nullo modo facere permittimus. Quod[2] si ipsa puella contra volumtatem paternam ad alium, quem ipsa cupierat, forte pervenerit, et ipse eam uxorem habere presumserit, ambo in potestatem eius tradantur, qui eam cum volumtate[a] patris sponsatam habuerat. Et si fratres vel mater eius aut alii parentes male volumtati eius consenserint, ut eam illi traderent, quem ipsa sibi contra paternam volumtatem cupierat, et hoc ad effectum perduxerint, illi, qui hoc macinaverunt, libram[b] auri dent cui rex iusserit; sic tamen, ut volumtas eorum non habeat firmitatem, sed ipsi, sicut superius diximus, ambo tradantur cum omni substantia sua illi, cui antea fuerat disponsata[c]. Eandem[d] legem precipimus custodiri, si pater de filiae nuptiis definierit et de pretio convenerit, hac si ab hac vita transierit[e], antequam eam pater suus nuptui tradat,

e) dignas conparans *pro* dignitas conpares *R* 1. f) exequabit *R* 2. g) preposito *R* 1. h) valetura *R* 1. i) coniuge *R* 1. k) petitionem dignissima *R* 2. l) eisque *R* 1. m) liverumque *R* 2. n) *deest* *R* 1; livero *R* 2. o) livera *R* 2. p) perquirendum *R* 1.
II. a) volumtatem *R* 1. b) libra *R* 1. c) sponsata *R* 2. d) Eadem *R* 1. e) transierint *R* 1.

1) *Id est 'prosapiae (= parentum) consensu accedente' vel 'si consensus parentum datur', similiter ac dicitur 'vita comite', Genes.* 18, 10. 14. *Minime vero, ut opinati sunt viri docti, de 'comitis' cuiusdam consensu verba intelligenda sunt.* 2) *Cf. F. Dahn, 'Westg. Stud.' p.* 114 *sq.; R. Sohm, 'Recht d. Eheschliessung' p.* 76, *n.* 1.

ut illi puella tradatur, cui a patre vel a matre pacta constiterit[f].

III. FLAVIUS CHINDASVINDUS REX.

De non revocandis datis arris.

Dum[1] preteritorum facta recolimus, futuris ponere presumptionibus terminum consultissimum arbitramur. Quia ergo sunt plerique, qui facte sponsionis inmemores nuptialium federum definitionem differant adinplere, abrogare[a] decet huius rei licentiam[b], ut non unusquisque pro[c] suo velle alteri dilationem[d] exibeat. Ideoque a die late huius legis decernimus, ut, cum[e] inter eos, qui disponsandi sunt, sive inter eorum parentes aut fortasse propinquos pro filiorum nuptiis coram testibus precesserit definitio, et anulus arrarum nomine datus fuerit[2] vel[f] acceptus, quamvis scripture[g] non intercurrant, nullatenus promissio violetur. Nec liceat uni parti suam inmutare aliquatenus volumtatem, si pars altera prevere[h] consensum noluerit; sed secundum legem alteram[i] constitutionem dotis inpleta, nuptiarum inter eos peragatur festa celebritas.

IIII. FLAVIUS GLORIOSUS RECCESSVINDUS REX.

Ne viris minoris etatis maiores femine disponsentur.

Ius[3] nature tunc directi in spem procreationis future transmittitur, cum nuptiarum fedus totius[a] sollemnitatis concordia ordinatur. Nam si aut etatum aut personarum inconpetenti condicione adnectitur copulum[b] nuptiale, quid restat in procreationis origine, nisi ut quod nasciturus est aut dissimile maneat aut biforme? Nec enim poterit in pacis concordia nasci, quod per discordiam originis noscitur[c] seminari[d]. Vidimus enim

f) constiterat *R* 1.
III. a) abrogari *R* 1. b) licentia *R* 1. c) pro suo *des.* *R* 1. d) dilatione *R* 1. e) *deest* *R* 2. f) et *R* 1. g) scriptura *R* 1. h) prebere *R* 2. i) *lege:* altera constitutione.
IIII. a) otius *R* 1. b) quod plurimi *R* 1. c) non scitur *R* 1. d) semina *R* 1.

1) *Cf. F. Dahn, 'Westg. Stud.' p.* 114 *sq.; R. Sohm, 'Recht d. Eheschliessung' p.* 54 *sqq.* 2) *F. Hofmann, 'Ueber den Verlobungs- und den Trauring' in 'W. SB.' LXV (*1870*), p.* 855 *sqq.; Sohm l. c. et p.* 104 *sq.* 3) *De inaequali aetate pro impedimento matrimonii habita cf. etiam Conc. Foroiul. a.* 791. *c.* 9, *Mansi, Ampl. conc. coll. XIII, col.* 848 *sqq.; LL. Cap. I, p.* 232, *c.* 1; *Richter, 'Kirchenr.' ed.* 8. *p.* 1081.

quosdam non avidos amore nature[e], sed inlectos cupiditatis ardore filiis suis tam inordinatim[f] disponere federa nuptiarum, ut in[g] eorum actis nec etatum concors sit ordo, nec morum. Nam cum viris[h] res illa dederit nomen, quod vi[g] feminas agant[i], sti[k] per repugnantia nature conamina[l] maribus puellulas[m] anteponunt, dum[n] infantibus adulescentulas disponsationis[o] copula iungunt sicque per etatis prepostere[p] tempus honestatis lucrum dilabi[q] cogunt ad inpudicitie lapsum, dum puellarum avidior et maxima etas seros[r] tardosque virorum contemnit espectare[s] proventus. Ut ergo male ordinata propagatio[t] generis in ordinem[u] a[g] transductionibus reducatur inlicitis, huius sanctione decernitur legis, ut femine minoris[v] semper etate[w] viris maioribus in matrimonium[x] disponsentur. Aliter disponsatio facta, si una pars contradicere videatur, nullo modo manere iubetur. A die vero isponsionis usque ad nuptiarum diem non amplius quam biennium expectetur, nisi aut parentum aut cognationis vel certe ipsorum[g] isponsorum, si profecte sunt iam etatis, honesta et[g] conveniens adfuerit consensio volumtatis. Sin autem in hoc federe inita pacta vel definitiones pro elongatione[y] nuptiarum communis volumtas inmutare decreverit, aut si per necessitatem una persona defuerit, non amplius quam duorum annorum tempus prolongatio continebit. Et si rursum, vel quotiens fieri[z] ita convenerit, biennii tantummodo in definitione ispatium erit. Aliter quandoque aut[a] arrarum aut scripture celebrata confectio non valebit. Si quis sane constitutum definitionis tempus absque necessitatem vel volumtatis consensionem transcedere[b] voluerit suamque volumtatem a[c] promissione coniugali removerit, et penam[d], que in placito continetur, adinpleat et quod definitum est inmutare[e] non liceat. Mulier[f] autem, quam constiterit aut unum aut plures habuisse maritos, post eorumdem[g] virorum hobitum alii viro ab adulescentiae eius annis, seu illi, qui necdum uxorem habuit, sive ei, quem[h] unius vel plurimorum[i] coniugum vita destituit[k], honeste hac legaliter nubere nullatenus inlicita[l] erit.

e) narae *R* 1. f) inordinatum *R* 1. g) *deest* *R* 1. h) videris *R* 1. i) agunt *R* 1. k) *ita* *R* 1. 2. l) quonamina *R* 1. m) pullulas *R* 1. n) de *R* 1. o) dispensationis *R* 1. p) prepositere *R* 1. q) dilabit *R* 1. r) ꝑhis (perhis) *pro* seros *R* 1; sexus *R* 2. s) expectare *R* 2. t) propugnatio *R* 1. u) ordine *R* 1, *ubi* a *deest*. v) minor *R* 1. w) etatem *R* 2. x) matrimonio *R* 2. y) *ita* *R* 1; prelongatione *pro* pro el. *R* 2. z) fuerit *R* 1. a) que aut arrarum *des*. *R* 1. b) transcendere *R* 2. c) ad promissionis *R* 1. d) pena *R* 1. e) inmutari *R* 2. f) Mulierem *R* 2. g) earundem *R* 1. h) que unus *R* 1. i) *ita* *R* 1. 2. k) destuit *R* 1. l) inlicitum *R* 2.

V. FLAVIUS CHINDASVINDUS REX.

De quantitate rerum conscribende dotis.

Cum[1] de dotibus diversa sepe inter nubentes oriatur intentio, plurimorum fit hutilitati consultum, si evidens[a] rei huius institutio[b] nihil ultra relinquat ambiguum. Decernimus igitur hac legis huius perpetim servatura sanctione[c] censemus, ut quicumque ex[d] palatii nostri primatibus vel senioribus gentis[e] Gotorum filiam alterius vel cuiuslibet relictam filio suo poposcerit in coniugio copulandam, seu quisquis ex predicto[f] ordinem uxorem sibi helegerit expetendam, non amplius in puelle vel mulieris nomine dotis titulo[g] conferat vel conscribat[h], rebus omnibus intromissis, quam quod adpretiatum rationabiliter mille solidorum valere summam constiterit, adque insuper X pueros, X puellas et caballos XX[2] sit illi conscribendi dandique concessa libertas; ita ut de his omnibus rebus in coniugio mulier adsumpta, si non reliquerit filios, facere quod voluerit liberam[i] se noberit[k] habere licentiam, aut si intestata decesserit[l], ad maritum aut ad[m] propinquos mariti heredes eadem[n] donatio redeat. Nec erit ultra licitum puelle parentibus seu etiam puelle vel mulieri ab isponso vel ab isponsi[o] parentibus[p] plus quidquam petere vel in suo nomine conscribendum obtare, nisi quantum nunc[m] legis huius institutio continet; aut si forte, iuxta quod et legibus Romanis recolimus fuisse decretum, tantum puella vel mulier de suis rebus sponso dare elegerit, quantum sibi ipsa dari poposcerit[3]. Quod si forsitam preventus sponsus scripture alicuius vel sacramenti vinculo nuptiarum tempore[q] alligetur amplius [se[r]] sponsae daturum[q], quam

v.

V. a) evidenter *R* 1. b) inistitutio *R* 1. c) sancne *R* 1. d) extra *R* 1. e) *deest* *R* 1. f) predictum ordinis *R* 2. g) titulum *R* 1. h) scribat *R* 1. i) liberum *R* 1. k) noverit *R* 2. l) discesserit *R* 2. m) *al. m. post add.* *R* 1. n) eandem *R* 1. o) sponsi *R* 2; ipsis *R* 1. p) parentes *R* 1. q) tempore — daturum *des.* *R* 1. r) *deest etiam* *R* 2.

1) *Cf. cum hoc capite formulam dotis Form. Vis.* 20, *p.* 583 *sqq.; v. R. Schröder, 'G. d. ehel. Güterrechts' I, p.* 70 *sq.* 2) *Cf. Form. Vis.* 20, *p.* 584:

Ecce decem inprimis pueros totidemque puellas
Tradimus atque decem virorum corpora equorum,
Pari mulos numero . . . . . .

3) *L. Rom. Vis. Nov. Val. III.* 12, § 9*; Nov. Mai.* 6 *(non in L. Rom. Vis.)* § 9*; Iust. Nov.* 97, 1. 2*; 'Syrisch-Röm. Rechtsbuch' P* 40, *I, p.* 58. *Cum eis, quae Bruns ibi l. c. II, p.* 295. *disseruit, cf. Mitteis, 'Volksrecht und Reichsrecht' p.* 291 *sqq.* 545. *V. etiam Caesaris Bell. Gall. VI,* 19.

quod hac[s] lege constat esse permissum, id postea ipse convellere et in iuris sui potestatem reducere libero potietur arbitrio. Sin autem aut[t] iuramenti reverentia[u] pavidus aut, ut solet, neglegentia deditus, quod amplius sponse dederat, revocare aut evacuare noluerit vel nequiverit, non oportebit unius tepiditate multis ad futurum damna nutriri. Sed dum sponsi parentes vel propinqui tale factum[v] agnoverint, universa, que plus, quam supra taxatum est, isponse[w] conlata sunt, suo iuri[x] absque cuiusquam preiudicium[y] perenniter vindicabunt. Certe si iam vir habens uxorem, transacto scilicet anno, pro dilectione vel merito coniugalis obsequii ei aliquid donare helegerit, licentiam incunctanter habebit. Nam non aliter infra anni circulum maritus in uxorem seu mulier in maritum, excepto dotem, ut predictum est, aliam donationem conscribere potuerint, nisi gravati infirmitate[z] periculum sibi mortis inminere[a] prespexerint. De ceteris vero, qui nubendi volumtatem habuerint, salubri etiam proposito providendum decernendumque curabimus, ut qui in rebus omnibus decem milium solidorum dominus esse dinoscitur, ad mille solidos, rerum universarum contropatione habita, in nomine isponse sue[b] dotem conscribat. Cui autem mille solidorum facultas est, de centum solidis tali aderatione dotem facturus est. Et sic sta constitutio dotalis tituli ad ultimam usque ad[c] summam omni controversia sopita perveniet.

Data et confirmata lex pridie idus Ianuarias, anno feliciter tertio regni nostri[1].

VI. ANTIQUA.

Ut dotem puelle pater exigat et conservet.

Dotem puelle traditam pater exigendi vel conservandi[a] ipsi puelle habeat potestatem. Quod si pater vel mater defuerint, tunc fratres vel proximi parentes dotem, quam susceperint, ipsi consorori sue ad integrum restituant.

s) hanc *R* 1. t) *deest* *R* 2. u) reverentiam *R* 1. v) cum *add.* *R* 1. w) in isponse *R* 1. x) iuri a. cuiusquam *des.* *R* 2. y) iudicio *R* 2. z) infirmitatem *R* 1. a) *ita* *R* 2; in funere *R* 1. b) seu *R* 1. c) *deest* *R* 1.
VI. a) conservande *R* 1.

1) *I. e. d.* 12. *Ian. a.* 644.

VII. ANTIQUA.

Ut patre mortuo utriusque sexus filiorum coniunctio in matris potestate consistat.

Patre[1] mortuo utriusque sexus[a] filiorum coniunctio in matris potestate consistat; matre vero mortua, aut si ad alias nuptias forte transierit, fratres eligant, cui dignius[b] puer vel puella iungatur. Quod si fratres eius etatis non fuerint, ut eorum iudicio[c] debeat germanus aut germana conmitti, tunc patruus de coniunctione eorum habeat potestatem. Certe si germanus iam[d] adulescentie habet[e] etatem et proximorum renuit sollicitudinem, sit illi potestas condignam sibi coniunctionis querere copulam. De puella vero, si ad petitionem ipsius his, qui natalibus eius videtur equalis, accesserit petitor, tunc patruus sive fratres[f] cum proximis parentibus conloquantur, si velint[g] suscipere petitorem, ut aut communi voluntate iungantur, aut omnium iudicio denegetur.

VIII. ANTIQUA.

Si fratres nuptias puelle differant, aut si puella inpudice nuptias presumat.

Si fratres nuptias puelle sub ea conditione suspendant, ut ad maritum[a] illa confugiens, iuxta legem portionem inter fratres suos de bonis parentum non possit accipere, et bis aut tertio removerint petitorem: puella, que[b], fratrum calliditate prespecta[c], maritum[a] natalibus suis equalem crediderit expetendum, tunc integram a fratribus, que ei de parentum hereditate debetur[d], percipiat portionem. Quod si rursum nihil fratres contra sororem meditentur adversum et idcirco morentur, ut sorori provideant digniorem, et illa honestatis sue oblita, persone sue non cogitans statum, ad inferiorem forte maritum devenerit[e], portionem suam, sive divisam sive non divisam, quam de facultate parentum fuerat consecutura, amittat. In fratrum[f] vero et sororum vel aliorum parentum hereditatem ingrediendi ei[b] concedimus potestatem.

VII. a) sexsus *R* 1. b) dignus *R* 1. c) iudicium *R* 1. d) *deest* *R* 1. e) habeat *R* 2. f) ff̄ *R* 1. g) velit *R* 1; vellint *R* 2.
VIII. a) marito *R* 1. b) *deest* *R* 1. c) *ita* *R* 1. 2. d) debentur *R* 1. e) advenerit *R* 1. f) fratrorum *R* 1.

1) *Cf. Rive, 'G. d. D. Vormundschaft' I, p.* 254 *sq.; Dahn, 'Westg. Stud.' p.* 128. *De matris super filios potestate cf. infra IV,* 3, 3.

VIIII. FLAVIUS GLORIOSUS RECCESSVINDUS REX.

Ut de quibuscumque rebus dos conscripta fuerit, firmitatem obtineat.

Cum quisque aut pro se aut pro filio vel etiam proximo suo[a] coniunctionis copulam appetit[b], an de rebus propriis, an de principum dono[c] conlatis, an quibuscumque iustis profligationibus conquisitis iuxta modum legis date[1] conscribendi dotem habeat potestatem. Quodcumque autem legitime in[d] dote conscripserit[e], modis omnibus plenum robor abebit.

II. TITULUS: DE NUPTIIS INLICITIS.

I. ANTIQUA.

Si post mortem mariti infra annum mulier nubat.

Si[2] qua mulier post mortem mariti sui se alio *v.* infra annum coniuncxerit vel adulterium fecerit, medietatem rerum suarum filii sui ex priore[a] coniugio

VIIII. a) sub *R* 1. b) apetit *R* 1. c) dona *R* 1. d) dotem *pro* in dote *R* 2. e) conscripserint *R* 1; conscribserit *R* 2.
TIT. II. a) morte *R* 1. b) liverto *et ita infra* livert- *R* 2. c) pruprie *R* 1 d) s. c. *des. R* 2. e) sua vel servo suo ancilla coniungat aliena *R* 1. f) *deest R* 1. g) absente *R* 1. h) sese marito *pro* m. se *R* 1.
I. a) priori *R* 2.

1) *Supra III,* 1, 5. 2) *Cf. L. Rom. Vis. C. Th. III,* 8, 1.

procreati aut, si filii desunt, alii heredes per iudicis instantiam[b] consequantur. Quam idcirco mulierem precipue huic volumus subiacere dispendio[c], ne hec, que a[d] marito gravida relinquitur, dum[e] inmoderato desiderio ad secundi coniugii vota festinat vel adulterium perpetrat, spem partus, prius quam nascatur, extinguat[e]. *a.*

II. ANTIQUA.

Si mulier ingenua servo vel liberto proprio[a] sese conmisceat.

Si[1] ingenua mulier servo suo[b] vel proprio liberto se in adulterio miscuerit aut[c] forsitan eum maritum habere voluerit[c] et ex hoc manifesta probationem[d] convincitur, occidatur; ita ut adulter et adultera ante iudicem[e] publice fustigentur et ignibus concrementur[f]. Cum autem per reatum tam turpis admissi[g] quicumque iudex, in quacumque regni nostri provincia constitutus[h], agnoverit[i] dominam servo suo[h] sive patronam[k] liberto fuisse coniunctam, eos separare non differat; ita ut bona eiusdem[l] mulieris aut, si sunt de alio viro idonei filii, evidenter obtineant, aut propinquis eius legali successione[m] proficiant. Quod si usque ad tertium gradum defecerit[n] heres, tunc omnia fiscus usurpet; ex tali enim consortio filios procreatos constitui[o] non oportet heredes. Illa vero, seu virgo, seu vidua fuerit, penam excipiat superius conprehensam. Quod si ad altaria sancta confugerit[p], donetur a rege, cui iussum fuerit, perenniter servitura.

III. ANTIQUA.

Si mulier ingenua servo alieno, seu ingenuus ancille aliene sese coniungat.

Si[2] mulier ingenua servo alieno, sive regis, se matrimonio sociaverit sive etiam per adulterium iungere presumserit, statim, ubi primum hoc iudex agnoverit, eos

b) instantia *R* 1. c) dispendium *R* 1. d) *deest* *R* 2. e) dum — extingua *des.* *R* 1.
II. a) proprie *R* 1. b) *deest* *R* 1. c) aut — voluerit *des.* *R* 1. d) brobaionem *R* 2. e) iudice *R* 1. f) congrementur *R* 1. g) demissi *R* 1. h) *deest* *R* 1. i) agnoverint *R* 1. k) patrona *R* 1. l) dem *deest* *R* 1. m) successioni *R* 1. n) defierit *R* 1. o) constituti *R* 1. p) confugerint *R* 1.

1) *Cf. L. Rom. Vis. C. Th. IX,* 6*; Brunner, 'D. RG.' II, p.* 660 *sq.*
2) *Cf. L. Rom. Vis. C. Th. IV,* 11, 1. 3. 5*; Brunner l. c.*

ad separandum[a] festinare non differat, ut penam, quam merentur, hoc est singuli eorum centena flagella suscipiant. Et si post hanc contradictionem[b] se iterum coniuncxerint, eos iudex conprehendi iubeat et in[c] sua presentia exiberi, ut unicuique eorum iteratim centena flagella inponere non desistat[d]. Quod si tertia vice se separare noluerint[1], similiter centena flagella eis[e] inponi iubemus, et ipsa mulier parentibus suis in potestate tradatur. Quod si postmodum eam parentes retrorsum dimiserint, sit ancilla domino eius servi. Filii tamen[e] quandocumque et quanticumque, qui ex ea iniquitate fuerint procreati, condicione patris sequantur, ut in servitio permaneant; facultate vero mulieris propinqui sui *a.* legali successione conquirant. Ipsam[f] autem legem precipimus custodire et de viris ingenuis, qui regias ancillas vel etiam cuiuscumque habuerint copulatas, ut condicionis hec forma servetur.

IIII. ANTIQUA.

Si mulier liberta servo alieno, vel libertus ancille se socient.

Si liberta mulier servo alieno se coniuncxerit aut in matrimonio sociaverit, contestetur ei tertio dominus servi presentibus tribus testibus, ut ab[a] hanc[b] coniunctionem[b] discedat, et post trinam conventionem, si se separare noluerit, sit ancilla[1] domino eius[c], cuius servo se coniuncsit[d]. Si vero non contestata fuerit, antequam filii[e] nascantur, illa in libertate permaneat[f]; agnatio autem servi domino[c] deputetur, quia liberi esse non possunt, qui ex tale[g] condicione nascuntur. Similis et[h] de manumissis viris, qui se cum ancillis alienis miscuerunt, huius legis forma servetur. Nam si cum domini volumtate et permissione servo alieno manumissicia se forte coniuncserit[i] et cum ipso domino[k] servi placitum fecerit, omnino placitum ipsut[l] iubemus stare.

III. a) separare *pro* ad s. festinare *R* 1. b) contractionem *R* 1. c) *deest* *R* 1. d) designat *R* 1. e) et *add.* *R* 1. f) Ipsa autem lege p. custodiri *R* 2.
IIII. a) ab *al. m. post add.* *R* 1. b) ac coniunctione *R* 2. c) eius — servi domino *bis scr.* *R* 1. d) coniunxit *R* 2. e) fili *R* 1. f) maneat *R* 1. g) tali *R* 2. h) set *R* 1. i) coniuncserint *R* 1; coniunxit *R* 2. k) domini *R* 1. l) ipsum *R* 2.

1) *Cf. L. Rom. Vis. C. Th. IV*, 11, 6, *Interpr.:* Sine trina denuntiatione mulier servo iuncta non fit ancilla.

V. ANTIQUA.

Si quicumque servo alieno ancillam suam vel servo suo alienam coniungat ancillam.

Quicumque ancillam suam servo alieno sine conscientia[a] domini sui uxorem dederit, et hoc certis probationibus inveniatur, dominus servi ancillam ipsam cum filiis omnismodis suis vindicavit[b]. Similiter et de illis ordinamus, qui servo suo ancillam alienam coniuncxerit, ut conditionis hec forma servetur.

VI. ANTIQUA.

Si mulier absente viro alium sibi maritum adsumat.

Nulla mulier viro suo absente alteri viro se presumat coniungere, usque dum[a] de viro suo certis agnoscat indiciis, si vere mortuus fuerit. Quod similiter et ille inquirat, qui eam sibi vult in coniugio copulare[b]. Si vero hoc facere distulerint et sic se[c] inlicita presumtione coniuncxerint, et postmodum prior maritus reversus fuerit, ambo ei in potestate tradantur, ut, quod de eis facere voluerit, seu vindendi[d], seu quid aliut faciendi habeat potestatem.

VII. FLAVIUS CHINDASVINDUS REX.

Si domini, servos suos esse mentientes ingenuos, mulieribus eos coniungant ingenuis.

Resistendum est pravorum ausibus, ne pravitatis amplius frena laxentur. Plerique enim, studio cupiditatis inlecti, solent interdum mulieres ingenuas puellasque prave decipere, et[a] simulantes ad tempus servos suos esse ingenuos, ortantur[b] eas maritos illos accipere, quos postea, natis prolibus, in servitutem[c] facile possint reducere. Ut ergo fraudis huius aditus extirpetur, presenti iugiter[d] mansura lege sanccimus, ut deceptores rei istius manifeste detecti crimine[e] notentur[e] infamie[e], et illi, quos sub nomine ingenuitatis antedictis personis repperiuntur adsociasse, sic ingenui cum filiis suis perenniter maneant, sicut eos ipsorum[f] domini ingenuos pro-

V. a) conscientiam *R* 1. b) vindicabit *R* 2.
VI. a) *deest R* 1. b) copu *R* 1, *ubi* lare *deest.* c) *ita legendum;* sine *R* 1. 2. d) venendi *R* 2.
VII. a) ad *R* 1. b) hortantur *R* 2. c) servitute *R* 1. d) higitur *R* 1. e) crimen dotentur *R* 1. f) ipsos *R* 1; eos *deest R* 2.

fessi iam antea fuerant; sed et res omnes, tempore nuptiarum acceptas seu promissas, mulier vel puella sibimet vindicabit, si per idoneam probationem convicerit, maritum[g], de quo agitur, sub ingenuitatis spe sibi sociatum fuisse. Certe si puelle[h] vel mulieres aut etiam ipsorum parentes id, quod predictum est, ita factum adprobare nequiverint[i], servos pariter et[k] eorum filios una cum rebus omnibus indubitanter petitor obtinebit. Hic[l] et de illis ancillis ordo servandus est, que viris ingenuis tali fraude noscuntur esse coniuncte. Nam et de libertis, quos ita constiterit copulatus existere ancillis aut servis, huius servanda[m] erit sanctio legis.

VIII. ANTIQUA.

Si absque volumtate parentum mulier ingenua marito se coniungat[a] ingenuo.

Si[1] puella ingenua ad quemlibet ingenuum[b] venerit in ea condicione, ut eum sibi maritum adquirat, prius cum puelle parentibus conloquatur; et si obtinuerit, ut[c] eam uxorem habere possit[d], pretium dotis parentibus eius, ut[e] iustum est, inpleatur. Si vero hoc non potuerit obtinere, puella in parentum potestate consistat. Quod si absque cognitione[f] et consensu parentum eadem puella isponte[g] fuerit viro coniuncta, et eam parentes in gratia recipere noluerint, mulier cum fratribus suis in facultate parentum non succedat[2], pro eo quod sine volumtate parentum[h] transierit pronior ad maritum. Nam de rebus suis si aliquid ei parentes[i] donare voluerint, habeant potestatem; ipsa quoque de donatis et profligatis rebus faciendi quod voluerit libertatem habebit.

III. TITULUS: DE RAPTU VIRGINUM VEL VIDUARUM.

I. Si ingenuus ingenuam[a] rapiat mulierem[b], licet illa[c] virginitatem perdat, ste tamen illi coniungi non valeat.

g) maritus *R* 1. h) *ita R* 1. *E* 1; puella vel mulier *R* 2. i) nequiverit *R* 1. k) *deest R* 1. l) Hinc *R* 1. m) servande *R* 1.
VIII. a) iungat *R* 1. b) ingenuo *R* 1. c) ut *al. m. post add. R* 1; *deest R* 2. d) posse *R* 2. e) quod *R* 1. f) cognitionem et consensum *R* 2. g) sponte *R* 2. h) paparentum *R* 1. i) parentum *R* 1.
TIT. III. a) ingenua *R* 1. b) *reliqua rubricae pars deest R* 2. c) illam *R* 1.

1) *Cf. L. Burg.* 12, 4, *et infra III*, 4, 7. 2) *Cf. L. Burg.* 12, 5; *Liutpr. Leges* 5. 119; *L. Thur.* 47; *R. Schroeder*, *'D. RG.' p.* 317.

II. Si a potestate raptoris puella parentes eripere[d] potuerint.
III. Si consentiant raptori parentes de disponsata puella.
IIII. Si fratres vivo an[e] defuncto patre consentiant raptori.
V. Si quicumque rapiat alienam isponsam[f].
VI. Si quispiam de raptoribus occidatur[g].
VII. Infra quod tempus liceat accussare raptorem.
VIII. Si servus[h] mulierem ingenuam rapuerit[h].
VIIII.[i] Si servus mulierem libertati traditam rapuerit.
X.[k] Si servus ancillam alterius rapuerit.
XI.[l] De sollicitatoribus filiarum[m] et uxorum alienarum.
XII.[n] De ingenuis adque servis, quos in rapto interesse constiterit[o].

I. ANTIQUA.

Si ingenuus ingenuam rapiat mulierem, licet illa virginitatem perdat, ste[a] tamen illi coniugii[b] non valeat.

Si[1] quis ingenuus rapuerit virginem vel viduam, si, antequam integritatem virginitatis aut[c] castitatis[c] amittat, puella vel vidua[d] potuerit a raptore[e] revocari, medietatem rerum suarum ille[f], qui rapuit, perdat, ei, quam rapuerit[f], consignandam. Si vero ad[g] inmunditiam, quam voluerit, raptor potuerit pervenire, in coniugium[h] puelle vel vidue mulieris, quam rapuerat, per nullam conpositionem iungantur[i]; sed omnibus traditis ei, cui violentus fuit, et CC[k] insuper in conspectu omnium publice hictus[l] accipiat flagellorum et careat ingenuitatis[m] sue statum, parentibus eiusdem, cui violentus extiterat, aut ipsi virgini vel[n] vidue, quam[o] rapuerat, in perpetuum serviturus. *a.*

d) eriperit *pro* eripere potuerint *R* 1. e) hanc defunctu *R* 1. f) sponsam *R* 2. g) occidantur *R* 1. h) servi — rapuerint *R* 2. i) *rubrica deest* *R* 1. k) VIIII *R* 1. l) X *R* 1. m) puellarum *R* 1. n) XI *R* 1. o) constiterint *R* 2; contigerit *R* 1.

I. a) iste *R* 2. b) *ita pro* coniungi *R* 1. *E* 1; coniugi *R* 2. c) aut castitatis *des.* *R* 1. d) viduam poterit *R* 1. e) *ita* *R* 1; raptu revocari *R* 2; raptore vocari *E* 1. f) ille — rapuerit *des.* *R* 1. g) *deest* *R* 1. h) coniugio *R* 2. i) *ita* *R* 1. 2. k) hictus *add. h. l.* *R* 1. l) *h. l. om.* *R* 1; hictos *R* 2. m) sue ing. *R* 1. n) *ita* *E*; aut *R* 2; *deest* *R* 1. o) quem *R* 1.

1) *Cf. Brunner, 'D. RG.' II, p.* 668 *sq.*

II. ANTIQUA.

Si a potestatem[a] raptoris puellam parentes eripere potuerint.

Si parentes mulierem vel puellam raptam excusserint, ipse[b] raptor parentibus[c] eiusdem[d] mulieris vel puelle in potestate tradatur[e], et ipsi mulieri penitus non liceat ad eundem virum se[f] coniungere. Quod si facere presumserit, ambo morti tradantur. Si certe[g] ad episcopum[h] vel ad altaria sancta confugerint, vita concessa, omnismodis separentur et parentibus rapte servituri tradantur.

III. FLAVIUS GLORIOSUS RECCESSVINDUS REX.

Si consentiant raptori parentes de disponsatam[a] puellam.

Si parentes raptori consenserint, pretium filie sue, quod cum priorem[b] isponsum definisse noscuntur, in quadruplum eidem sponso cogatur[c] exolvere; eidem vero raptor legibus sponso inexcusabiliter maneat abdicatus.

IIII. ANTIQUA.

Si fratres vivo an defuncto patre consentiant raptori sororis.

Si[1] vivo patre fratres raptori consenserint[a] aut in rapto sororis conscii conprobantur, excepto[b] mortem damnum, quod de raptoribus est constitutum, excipiant. Si vero post obitum patris fratres sororem suam raptori tradiderint vel raptori levandam consenserint, pro eo, quod eam[c] vel vili persone vel contra volumtatem suam nuptui tradiderint, cuius etiam honorem debuerant exaltare, medietatem facultatis sue admittant, ipsi nichilhominus sorori[d] tradendam, et insuper in presentia aliorum a iudice L flagella suscipiant, ut hoc[d] alii conmoniti terrore formident; adiutores vero raptoris, qui cum ipso

II. a) potestate *R* 2. b) ipse raptor — sancta confugerint *bis scr.* *R* 1. c) paritibus *R* 1. d) m. e. *R* 1. e) tradantur *R* 1. f) reconiungere *R* 2. g) autem *R* 2. h) episcopo *R* 1.

III. a) disponsata puella *R* 2. b) priore sponso *R* 2. c) *ita pro* cogantur *R* 1. 2.

IIII. a) consentiant *R* 1. b) excepta morte *R* 2. c) eadem *R* 2. d) *deest* *R* 1.

1) *L. Rom. Vis. C. Th. IX*, 19, 1; *L. Sal. ed. Hessels* 71; *Brunner*, *'D. RG.' II, p.* 669.

fuerint, disciplinam accipiant, sicut est in lege alia[1] constitutum. Raptor autem inexcusabiliter superiori lege[2] et in rebus et in istatus[e] sui dignitate damnetur.

V. ANTIQUA.

Si quicumque rapiat alienam sponsam.

Si alienam sponsam quicumque rapuerit, de raptoris ipsius facultatibus medietatem puelle, alia[a] vero medietatem sponso iubemus addici. Quod si minimam aut nullam habeat facultatem, his, quos supra memoravimus, cum omnibus, que habuerit, tradatur ad integrum, ita ut, vendito[b] raptore, de eius pretium[c] equales habeant portiones. Ipse autem raptor, si peractum[d] scelus est, puniatur.

VI. ANTIQUA.

Si quispiam de raptoribus occidatur.

Si quis de raptoribus fuerit occisus, homicidium non teneatur, quod pro defendenda castitate commissum est.

VII. ANTIQUA.

Infra quod tempus liceat accusare raptorem, et si[a] parentibus[b] vel[c] puelle cum raptore de nuptiarum definitione conveniat.

Raptorem virginis vel vidue infra XXX annos omnino liceat accusare[3]. Quod si cum puelle parentibus sive cum eam[d] puellam vel viduam de nuptias[d] fortasse convenerit, inter se agendi[e] licentiam denegari non poterit. Transactis autem XXX annis, omnis accusatio sopita manebit.

VIII. FLAVIUS CHINDASVINDUS REX.

Si servi mulierem ingenuam rapuerint.

Equitatis oportunitas exigit legem ponere secuturis, unde dubitationis occasio inter presentes[a] occurrit; servi

e) statu *R* 2.
V. a) aliam *R* 2. b) venundato *R* 2. c) pretio *R* 2. d) peractus *R* 1.
VII. a) *deest* *R* 2. b) parentes *R* 1. c) *deest* *R* 1. d) eadem puella vel vidua de nuptiis *R* 2. e) agitandi *R* 1; agendi *corr.* aggendi *R* 2.
VIII. a) presentum *R* 1.

1) *Infra c.* 12. 2) *Supra c.* 1. 3) *Cf. X,* 2, 3. 4. *Aliter secundum Legem Romanam iam post quinquennium non licuit de raptu accusare; Cod. Th. IX,* 19, 2. *Interpr.*

igitur si isciente[b] domino vel iubente raptum facere presumserint, ad omnem legalem satisfactionem servorum dominus iudicis instantia conpellendus est. Quod si extra volumtate[c] domini servi talia perpetraverint, iudicis idem sententia[d] conprehensi hac decalvationis feditate multati, trecentenis insuper singuli flagellorum hictibus verberentur. Ille tamen servus, qui[e] idem se[f] ingenue mulieri per rapinam copulari quesibit, penali sententiae[g] subiacebit.

VIIII. FLAVIUS GLORIOSUS RECCESSVINDUS REX.

Si servus mulierem[a] libertati traditam rapuerit.

Si servus libertam rapuisse detegitur, quoniam non *v.* iam unius[b] conditionis esse noscuntur, ideo[c], si voluerit pro servum[d] conpositionem dominus dare, aut centum solidus[e] mulieri persolvat, aut, si noluerit, eundem servum poene[f] supplicio[g] tradat.

X. FLAVIUS CHINDASVINDUS REX.

Si servus ancillam alterius rapuerit.

Si servus ancillam iuris alieni rapuerit, ducentorum flagellorum verberibus cesus hac decalvatus, ab ancilla etiam, si dominus ancille voluerit, absque dubio separetur.

XI. FLAVIUS CHINDASVINDUS REX.

De sollicitatoribus filiarum et uxorum alienarum vel etiam viduarum ac de his, qui puellam aut viduam ingenuam absque regio iussu violenter dare marito presumserint[a].

Omne, quod inhonestate[b] vita conmaculat, legalis necesse est ut censura coerceat. Idcirco sollicitatores adulterii[c] uxorum vel filiarum alienarum adque viduarum, sive per ingenuum aut[d] ingenuam, seu per servum *a.* aut ancillam adque etiam libertum aut libertam, mox manifestis indiciis talium scelerum mandata deferentes

b) sciente *R* 2. c) voluntatem *R* 2. d) sententiam *R* 1. e) quidem *pro* q. i. *R* 1. 2. f) *deest* *R* 2. g) sententia *R* 1.
VIIII. a) mulieri *R* 1. b) huius *R* 1. c) *deest* *R* 2. d) servo *R* 2. e) solidos *R* 2. f) pena *R* 2. g) suppliciu *R* 1.
XI. a) presumserit *R* 1. b) honestatem vita *R* 2; honestatem vitae *E*. c) audulterii *R* 1. d) vel *R* 2.

patuerint, cum his etiam, a[e] quibus missi fuerint, iudicis instantia conprehensi[e], in eius potestate tradantur, cuius uxorem vel filiam sollicitasse repperiuntur[f]; ut illi quoque de eis quod voluerint sit iudicandi libertas, quem vel coniugalis ordo vel parentalis propinquitas huius ultorem criminis legaliter esse demonstrat. Illi quoque, qui puellam ingenuam viduamvȩl[g] absque regiam iussionem[1] marito violenter presumserint[h] tradere, quinque libras auri ei, cui vim fecerint[h], cogantur[h] exolvere; et huiusmodi coniugium, si mulier dissentire probatur, irritum nihilhominus habeatur.

XII. FLAVIUS GLORIOSUS RECCESSVINDUS REX.

De[a] ingenuis adque[b] servis, quos[b] in raptum interesse constiterit.

Qui in raptu interfuisse cognoscitur, si liber est, sex auri uncias reddat et L hictus flagellorum publice extensus accipiat. Nam si servus fuerit et sine domini voluntate hoc fecerit, centum publice flagella suscipiat. Quod si servus in raptum[c] interfuerit cum domini volumtate, dominus ita pro eo conponat, sicut de ingenuis est constitutum.

IIII. TITULUS: DE ADULTERIIS.

e) *deest R* 2. f) *al. m. post corr.* repperiantur *R* 1. g) viduamvae *R* 2. h) presumserit — fecerit — cogatur *R* 1.
XII. a) *rubrica deest R* 2. b) que s. quos *dubia lectio R* 1. c) rapto *R* 2.
TIT. IIII. a) iubente *R* 2. b) a. f. *des. R* 2. c) faciat *R* 1. d) adulterio *R* 2. e) adultera o. filia *R* 1. f) *ita pro* preventos *R* 2; perventus *R* 1.

1) *De matrimoniis ex praecepto regis contractis cf. infra III,* 5, 1; *v. Dahn, 'Könige' VI*², *p.* 499 *sq.; Brunner, 'D. RG.' II, p.* 56 *sq.*

I. ANTIQUA.

Si[1] conibente aut non conibente uxorem cum alio viro adulterium fiat[a].

Si quis uxori aliene adulterium intulerit violenter, *a.* addicatur marito mulieris, ut in eius potestate vindicta consistat. Quod si mulieris fuerit fortasse consensus, marito similis sit potestas de eis[b] faciendi quod placet[c].

g) *reliqua rubricae pars deest R* 2. h) adultero *R* 2. i) sese *R* 2. k) adulter:: *(2 litt. legi nequeunt) R* 1. l) *certo legi nequit R* 1; *deest R* 2. m) *reliqua rubricae pars deest R* 1. n) adulterior *R* 1. o) adulteriorum *R* 1. p) *ita E;* debetur *R* 1. q) si *add. R* 1. r) *huius rubricae textus deest, sequentis* De — violenter *bis legitur in R* 2. s) ancilla *R* 1. t) adultero *R* 1. u) misteriorum *R* 1.
I. a) faciat *R* 1. b) his *R* 2. c) voluerit *R* 2.

1) *Cf. de hoc capite et sequentibus Brunner, 'D. RG.' II, p.* 662 *sqq.; Dahn, 'Westg. St.' p.* 230 *sqq.; Wilda, 'Strafrecht' p.* 809 *sqq.; Rosenthal, 'Rechtsfolgen des Ehebruchs' p.* 65 *sqq.*

II. ANTIQUA[a].

Si puella vel mulier disponsata[b] adulterasse repperiatur.

Si[1] inter sponsum et sponse parentes aut cum ipsa forsitam mulierem[c], que in suo consistat arbitrium[d], dato pretio et, sicut consuetudo est, ante testes factum[e] placitum de futuro coniugio fuerit definitum, et postea puella vel[f] mulier adulterium conmisisse detegitur, una cum adultero puniatur, aut certe ei, qui[g] isponsus fuerat, ambo tradantur, ut de eis[h] quod voluerit[i] faciendi habeat potestatem, et pretium ad illum sponsum, qui dederat, revertatur.

III. ANTIQUA.

De adulterium[a] uxoris.

Si cuiuslibet uxor adulterium fecerit et deprehensa non fuerit, ante iudicem conpetentibus signis vel indiciis maritus accuset. Et si mulieris adulterium manifeste patuerit, adulter et adultera ipsi tradantur, ut quod de eis facere voluerit in[b] eius proprio consistat arbitrio.

IIII. ANTIQUA.

Si adulter cum adultera occidatur.

Si[2] adulterum cum adultera maritus occiderit, pro homicidio non teneatur.

V. ANTIQUA.

Si pater vel propinqui in domo adulteram occiderint filiam.

Si filiam in adulterium pater in domo sua occiderit, nullam penam aut calumniam incurrat. Si certe reservare eam voluerit, faciendi de ea[a] et de adultero

II. a) *deest* *R* 2. b) sponsata *R* 2. c) muliere *R* 2. d) arbitrio *R* 2. e) facto placito *R* 2. f) *deest* *R* 1. g) que sponsus *R* 2. h) his *R* 2. i) voluerint *R* 1.
III. a) adulterio *R* 2. b) in eius *des.* *R* 1.
V. a) *ita* *R* 1; ipsam *R* 2; ipsa *E*.

1) *Cf. Brunner, 'D. RG.' II, p.* 662; *Sohm, 'Eheschliessung' p.* 76.
2) *Cf. L. Burg.* 68; *L. Rom. Burg.* 25. *Lex ex iure Romano recepta est; cf. ll.* 21. 24, § 4; 25. *Dig. XLVIII,* 5; *v. Brunner l. c. p.* 663, *n.* 40; *Rosenthal, 'Rechtsfolgen des Ehebruchs' p.* 43 *sqq.* 50.

quod voluerit habeat potestatem. Similiter et fratres[b] sive patrui post obitum patris faciendi habeant libertatem.

VI. FLAVIUS GLORIOSUS RECCESSVINDUS REX.

Quod servi perventos adulteros occidere non iubentur.

Sicut parentibus in domo reppertos adulteros neggare conceditur, ita perventos a servis perimi non iubetur[a]. Sed cum eos servi reppererint[b], sub honesta[c] custodia teneant, donec[d] aut[e] domino domus aut iudici presentandos exibeant, et detectos certis indiciis legalis pena precellat[f].

VII. ANTIQUA.

Si puella vel vidua ad domum alterius pro adulterio[a] venerit, eamque[b] vir ipse habere coniugem vellit.

Si puella[c] ingenua sive vidua ad domum alienam adulterii[d] perpetrationem convenerit, et ipsam ille uxorem habere voluerit, et parentes, ut se habeant, adquiescant: ille pretium det parentibus, quantum parentes puelle vellint, vel quantum ei cum ipsa mulierem[e] convenire potuerit. Mulier vero de parentum rebus nullam inter fratres suos, nisi parentes voluerint, habeat portionem.

VIII. ANTIQUA.

Si mulier ingenua[a] sponte adulterio cuicumque se misceat viro.

Si ingenua mulier cuicumque[b] viro se adulterio volens[b] miscuisse detegitur, si eam ipse uxorem habere voluerit, habeat potestatem. Si[c] autem noluerit, suae imputet culpe, que[d] se adulterio volens miscuisse cognoscitur.

b) de f. *R* 2.
VI. a) iubentur *R* 2. b) repperierint *R* 1. c) honestate *R* 1. d) quod nec *R* 2. e) ad dominum *R* 1. f) precelat *R* 1; *lege:* percellat.
VII. a) adulterium *R* 2. b) ut eaque *R* 1. c) puellam *R* 1. d) adulterium perpetitione *R* 2. e) muliere *R* 2.
VIII. a) ingenuam *R* 1. b) cuique se viro volens *R* 1. c) Sin *R* 2. d) qui *R* 1, 2; q' *E* 1.

VIIII. ANTIQUA.

Si mulier ingenua[a] marito alterius sese[b] adulterii[c] iungat stupro.

Si[1] qua mulier ingenua marito alicuius adulterio se sociaverit, et ex hoc manifesta probatione convincitur, *v.* addicatur uxori, cuius marito se miscuit, ut[d] in ipsius potestate vindicta consistat.

X. ANTIQUA.

Pro adulterio torquendos servos et ancillas in capite dominorum.

Pro[a] causa[a] adulterii etiam in domini dominevę capite servi vel ancille torquendi sunt, ut veritas certius possit inveniri et[b] indubitanter agnosci.

XI. ANTIQUA.

Si pro celando[a] adulterii scelere mancipium libertati tradatur.

Si quis pro occultandam[b] veritatem mancipium manumittat, ne[c] possit pro adulterii probatione torqueri, libertas data non valeat.

XII. FLAVIUS CHINDASVINDUS REX.

De adulterorum[a] coniugum[b] rebus.

Preterite quidem legis[2] sanctione constitutum recolimus, adulteram[c] mulierem pariter et adulterum marito eius tradi debere; tamen, quia de rebus eorum sepe iudices dubitare contingit, ideo specialiter decernere necessarium extitit, ut, si[d] uxoris adulterium proponente viro manifeste patuerit, et tam adultera[e] quam adulter de priori coniugio legitimos filios non habuerint, omnis eorum hereditas marito mulieris adultere cum personis pariter addicatur. Certe si filios legitimos de priori coniugio adulter habuerit, ipsis eius hereditas ex omnibus pertinebit, et huius tantum persona marito ad-

VIIII. a) a *add.* *R* 1. b) se *R* 2. c) adulterio *R* 1. d) et *R* 2.
X. a) retro causas *R* 1. b) *deest* *R* 1.
XI. a) celandi *R* 1. b) occultandum *R* 1. c) nec *R* 1.
XII. a) adulteriorum *R* 2. b) coniugium *R* 1. c) adultera muliere *R* 1. d) *deest* *R* 1. e) adulteram *R* 1.

1) *Cf. infra III, 6, 2, p.* 119; *v. Brunner l. c. p.* 663, *n.* 33. 2) *V. supra c.* 1.

ultere subiacebit. Uxor autem adultera sive de priori coniugio vel postremo legitimos filios habere dinoscitur, sequestrata filiis de priori coniugio portionem et[f] in eorum potestate relicta[g], sic suorum filiorum ex eadem, que[h] postmodum[i] in adulterio convincitur, coniuge creatorum maritus eius portionem obtineat, ut post suum obitum eisdem filiis possidendam relinquat. Ita tamen, ut, postquam uxor adultera in potestatem[k] fuerit mariti[f] redacta, nulla sit illi ulterius vel fornicandi cum ea vel in coniugium illam[l] sibi sociandi licentia. Nam si fecerit, ipse quidem de rebus eius nihil habiturus est; omnis tamen mulieris facultas aut filiis eius legitimis, aut, si filii defuerint, heredibus mulieris ex toto proficiet[m].

a.

XIII. FLAVIUS CHINDASVINDUS REX.

De personis, quibus adulterium accusare conceditur, et qualiter perquiri aut convinci iubetur[a].

Si[1] perpetratum scelus legalis censura non repremit[b], sceleratorum temeritas ab[c] adsuetis vitiis nequaquam quiescit. Ideoque, quia quorundam[d] interdum uxores, viros suos habominantes seseque adulterio polluentes, ita potionibus quibusdam vel maleficiorum factionibus eorundem[e] virorum mentes alienant adque precipitant, ut nec agnitum uxoris adulterium accusare publice vel defendere valeant, nec ab eiusdem adultere coniugis[f] consortio vel dilectione[g] discedant, id in causis talibus omnino servandum est: ut, si eiusdem adultere aut decepti[h] mariti etate sunt legitimi filii, ipsis, iuxta quod maritus adultere poterat[i], sit aput iudicem mulieris adulterium accusandi vel[k] conprovandi licentia. Certe si aut filii desunt, aut non eiusdem[l] etatis vel sollertiae, qui hoc expetire[m] legitime possint, ne[n] fortasse, dum dilatio ulciscendi adulterii intercedit, aut deceptum maritum fraudulenter adultera perimat, aut facultas eius filiis suis aut[o] propinquis ex hac hoccasione depereat,

f) *deest* R 1. g) relictas R 1. h) qui R 2. i) modum R 1. k) potestate R 1. l) ullam R 2. m) percipient R 2.

XIII. a) debetur R 1; iubentur R 2. b) reprimit isceleratorum R 2. c) ad R 1. d) condam R 1. e) quorumdam R 1. f) coniuges R 1. g) dictione R 1. h) deceptio R 1. i) potuerat R 2. k) et conprobandi R 2. l) eisdem R 1. m) expedire R 2. n) nec R 1. o) vel R 2.

1) *Lex fortasse data est ad exemplum L. Rom. Vis. C. Th. IX, 4, 2.*

propincus[p] mariti adultere sub hac districtione[q] accusandi adulteram lex sta[r] constituit, ut, si accusationis huius fiduciam adsumentes, adulterium mulieris eorum inquisitione manifeste[s] patuerit[t], tam eius[u] adultere filii ex ipso iam tempore, quo convicta fuerit tale facinus perpetrasse, quam etiam propinqui sui post eius obitum, si filii defuerint, adultere mulieris obtineant facultatem. Sin autem filii suprestes[v] existunt, et tamen aut[w] non eiusdem etatis, aut talis experientie, qui mulieris adulterium accusare vel convincere[x] competenter intendant[y], tunc ille propincus mariti, qui manifestum mulieris adulterium ultus fuerit, quintam partem facultatis adultere pro labore suo percipiat[z]; quattuor autem partes ad integrum predictorum filii sibi vindicent ac defendant. Nam si, aut propinquorum in hac parte tepiditas aut filiorum neglegentia[a] vel fortasse muneris acceptio utrosque corrumpens[b], minime fuerit eadem[c] actio a talibus personis quesita, dum ad regiam[d] cognitionem eadem causa pervenerit, ipse procul dubio pro mercedem[e] suam constiturus[f] est, vel a quo[g] debeat tale negotium prosequi, vel quantum prosecutor de rebus scelerate mulieris pro[h] commodo sui laboris[h] incunctanter consequi[i] possit. Verum quia difficile fieri potest, ut per liberas personas mulieris[k] adulterium indagetur, dum frequenter hoc vitium[k] occulte perpetrari[l] sit solitum, proinde, quando ad convincendum adulterium accusate mulieris ingenuitas omnino defuerit, predictis personis, quibus eius adulterium accusare presenti lege permissum est, hoc etiam aperte licitum erit, ut per questionem familie utriusque domini accusate mulieris adulterium coram iudice iustissime requiratur.

v. a.

XIIII. ANTIQUA.

Si ingenuus sive servus virginem aut viduam ingenuam violenter polluisse adulterio[a] detegatur.

Si[1] viduam quisque vel virginem ingenuam violenter adulterandam conpresserit vel istupri forsitam

p) propinquos *R* 2. q) discreatione *R* 2. r) ista *R* 2. s) manifesta *R* 2. t) patuerint *R* 1. u) *deest R* 2. v) subprestes *R* 2. w) *deest R* 1. x) vincere *R* 2. y) inderidant *R* 1. z) percipiet *R* 1. a) necligentia *R* 2. b) quorum pessime *pro* c. m. *R* 1. c) eundem *R* 1. d) regia *R* 1. e) mercede sua *R* 2. f) *ita R* 2. *E* 2; constitutus *R* 1. *E* 1. g) quod *R* 1. h) pro — laboris *des. R* 1. i) prosequi *R* 1. k) mulieris — vitium *R* 2. l) perpetrasse *pro* p. sit *R* 1.
XIIII. a) adulterium *R* 1.

1) *Cf. Brunner, 'D. RG.' II, p.* 667.

conmixtione polluerit, si ingenuus est, centum flagellis cesus illi continuo, cui violentus extitit, serviturus tradatur; servus vero conprehensus a iudice ignibus concremetur.

XV. ANTIQUA.

Si ingenuus sive servus nesciente domino alienam consentientem adulterasse convincitur ancillam.

Si extra domum domini sui se adulterio volens ancilla[a] miscuisse convincitur, in ancilla[b] tantummodo vindicandi dominus habeat potestatem. Si vero ingenuus aut servus cum ancilla ex consensu in domo domini ancille[c] repperiuntur talia conmisisse, ingenuus quidem pro idoneam[d] ancillam absque infamia[e] C verbera ferat, pro inferiori vero L; servus autem CL flagella suscipiat.

XVI. ANTIQUA.

De adulterio ancille, si cum adultero violenter id fecisse proventur[a].

Si ancillam quicumque violenter conpresserit alienam eamque adulteraverit et vel in domo domini sui fuerit conprehensus vel in quocumque[b] loco violentus extitisse convincitur, servus quidem CC hictus accipiat flagellorum, ingenuus vero L et insuper hoc XX solidos ancille domine coactus exolvat. Dominus tamen, si id servo faciendum iussisse probatur[c], superiori ingenuorum et damno et flagello subiaceat.

XVII. ANTIQUA.

De[1] meretricibus ingenuis vel ancillis, aut si earum scelus iudices perquirere vel corrigere noluerint.

Si aliqua puella ingenua sive[a] mulier in civitate publice fornicationem[b] exercens meretrix agnoscatur et frequenter deprehensa in adulterio, nullo modo eru-

XV. a) *deest* R 1. b) ancillam R 2. c) artium ulle R 1. d) idonea ancilla R 2. e) infamio R 2.
XVI. a) probentur R 2. b) quacumque locum R 1. c) probabitur R 1.
XVII. a) vel R 2. b) fornicatione R 1.

1) *De eadem re cf. c. 3. Capit. de discipl. palatii, LL. Cap. I, p.* 298.

bescens, iugiter multos viros per turpem suam consuetudinem adtrahere cognoscatur[c], huiusmodi[d] a comite civitatis conprehensa CCC flagellis publice verberetur et discussa ante populum dimittatur sub ea condicione, ut postmodum in turpibus viciis nullatenus deprehendatur, nec umquam in civitatem[e] ei veniendi aditus detur. Et si postmodum ad pristina facta redisse cognoscitur, iteratim a comite CCC flagella suscipiat et donetur a nobis alicui pauperi, ubi in gravi servitio permaneat, et numquam in civitatem ambulare permittatur. Et si ita forte[f] contingat, ut cum conscientiam[g] patris sui vel matris adulterium admittat, ut quasi per turpem consuetudinem et conversationem victum sibi vel parentibus suis adquirere videatur, et ex hoc pater vel mater fuerint pro hac iniqua conscientia fortasse convicti, singuli eorum centena[h] flagella suscipiant. Si vero ancilla cuiuscumque in civitate simili conversatione habitare dinoscitur, a iudice correpta centenis similiter flagellis publice verberetur et decalvata domino reformetur sub ea condicione, ut eam longius a civitate faciat conversari aut certe tali loco transvendat, ubi penitus ad[i] civitatem accessum non habeat. Quod si forsitam nec ad villa transmittere nec vindere[k] voluerit, et iterum ad civitatem reversa fuerit, huiusmodi dominus in conventu publice L flagella suscipiat. Ipsa vero ancilla donetur alicui pauperi, cui rex aut[l] iudex[m] vel[n] comes[o] heligere[p] voluerit[q], ita ut postmodum ad eandem civitatem illi veniendi aditus non prestetur. Quod si contigerit, ut cum domini volumtatem[r] adulterium admisisset[s], adquirens per fornicationes pecuniam domino suo, et ex hoc publice fuerit convictus, ipse dominus eundem numerum flagellorum, qui[t] superius de eadem continetur ancilla, suscipiat. Similiter et de ipsis precipimus custodiri, que per vicos[u] et villas in fornicandi consuetudine fuerint deprehense. Quod si iudex per neglegentiam[v] aut forte redemtus talia[w] vitia requirere aut contestari vel distringere noluerit, a comite civitatis C flagella suscipiat et XXX solidos reddat ei, cui a nobis fuerit ordinatum[x].

c) *ita* R 1. E 1; cognoscitur R 2. E 2. d) huius ad comite R 1. e) civitate R 1. f) vel matris *pro* forte R 2. g) conscientia R 2. h) C R 1. i) ac R 1. k) vendere R 2, *ubi* vol. *deest* R 1. l) vel R 2. E. m) dux R 2. V 5. n) aut R 2. E. o) a comite R 2. p) eligere R 2. q) voluerint R 1. r) voluntate R 2. s) admisisse R 2. t) que R 1. u) vicus R 2. v) necligentiam R 2. w) tali R 1. x) hordinatum R 2.

XVIII. FLAVIUS GLORIOSUS RECCESSVINDUS REX.

De inmundicia sacerdotum et[a] ministrorum.

Quia, quantum[b] munditia carnis sacra autoritas inperat, tanto[c] hac[c] adpetere[d] ipsius ministros eius clamor informat[e], adeo[f] et nos ponere[f] finem inlicitis ausibus rite conpellimur; quoniam et ipsi divinis nutibus devotissime placere conamur. Igitur quemcumque presbiterum[g], diaconem adque etiam subdiaconem devote vidue penitenti seu cuicumque virgini vel muliercule seculari aut coniugio aut adulterio[h] conmixtum esse evidentissime patuerit, mox hoc[i] episcopus sive iudex repperierint[k], talem conmixtionem disrumpere non retardent[l]. Redacto[m] autem illo in sui pontificis potestatem, sub penitentie lamenta iuxta sacros canones deputetur; quam districtionis eius severitatem si pontificum turpor[n] inplere neclexerit, idem pontifex duas libras auri fisco[o] persolvat et conmissum[p] malum vindicare non differat. Quod si corrigere hoc nequiverit, aut concilium[q] adpellet, aut regis hoc auditibus nuntiet. Mulieres vero, que illis fuerint predictis inmundiciis inplicate, centenis flagellis a iudicibus verberentur et conmiscendi se illis aditus omnino negetur, servata ab episcopis etiam super[r] hoc scelere in utroque sexum[s] patrum sententiam[t], que canonum decretis agnoscitur ordinata[u]. In ulciscendis autem talibus sceleribus non passim damus accusandi vel puniendi licentiam, nisi aut manifestis indiciis patuerit iscelus[v], aut legitime fuerit id ipsum malum adcusatum adque convictum; quatenus nulla videamur intentione vel ordine[w] patrum transgredi precepta sanctorum aut obviare sacris regulis[x] antiquorum[x].

V. TITULUS: DE INCESTIS ET APOSTATIS ADQUE MASCULORUM CONCUBITORIBUS.

XVIII. a) *deest* *R* 1. b) *ita* *R* 1. *E* 1. 2; quamto *R* 2. c) tantum ac *R* 2. d) adinpetere *R* 1. e) informet *R* 1. f) adquiete nos inpendere *R* 1. g) presbiterem *R* 1; presbyterum *E* 1; episcorum *R* 2. h) adulterium *R* 1. i) de hoc *R* 1. k) reppererit *R* 2; repperierit *E* 2; repererint *E* 1. l) tardet *R* 1. m) *ita* *R* 2. *E*; Redactum *R* 1. n) *ita* *R* 1; tepor *R* 2; torpor *E*. o) *deest* *R* 2. p) promissum *R* 1. q) conludium *R* 1. r) sub *R* 1. s) sexu *R* 2. t) sententia *R* 2. u) hordinata *R* 2. v) scelus *R* 2. w) hordinem *R* 2. x) legibus antiquarum *R* 1.
TIT. V. a) coniugibus *R* 1. b) *deest* *R* 1.

I. FLAVIUS CHINDASVINDUS REX.

De[1] coniugiis et adulteriis incestivis.

Nullus presumat de genere patris vel[a] matris, avi[b] quoque vel avie seu parentum uxoris, patris etiam disponsatam aut viduam vel propinquorum suorum relictam sibi in matrimonio copulare vel adulterio polluere; ita ut usque[c] ad sextum generis gradum nulli liceat sanguinis propinquitatem libidinose fedare vel[d] coniugio adpetere[d], excepto[e] illas personas, quas per ordinationem atque consensum principum ante[f] hanc legem constitit[g] adeptos fuisse coniugium[2], qui[h] nequaquam per legis huius ędictum teneri[i] poterunt ad reatum. Similis et de mulieribus ordo servandus est. Qui vero contra hanc constitutionem presumserint[k] facere, iudex eos non differat separare, ut a[l] tam nefandam pollutionem divisi iuxta qualitatem sexsus[m] in monasteriis delegentur[n], illic iugiter permansuri. Quid vero de eorum facultatibus observari conveniat, subterius correcte legis sententia[o] manifestat.

II. FLAVIUS RECCAREDUS[a] REX.

Item de coniugiis et adulteriis incestivis, seu virginibus sacris ac viduis et penitentibus laicali[b] veste vel coitu[c] sordidatis.

Flavius[d] Reccaredus rex[d] huniversis[e] provinciis Domino ordinante ad regni nostri dicione[f] pertinentibus. Noxia preteritorum operum pravitas fecit futuris

c) religionibus *R* 2. d) *deest* *R* 1. 2. e) istubriis *R* 1; stupris *R* 2. f) paternorum adque fraternorum *R* 1, *ubi* torum *deest*.

I. a) vel m. *des.* *R* 1. b) avii *R* 1. c) hucusque *R* 1. d) vel c. adpetere *des.* *R* 1. e) excepto illas personas *R* 1. *E* 1; scepto illas personis *R* 2. f) *deest* *R* 1. g) constituit *R* 1. h) *ita* *R* 2; *deest* *R* 1. i) tenere *R* 1. k) presumserit *R* 1. l) ad *R* 1; *deest* *R* 2. m) sexus *R* 2. n) dilegentur *R* 2. o) sententiis *R* 1.

II. a) *ita* *R* 1; Reccsđ *R* 2. b) laicale *R* 2. c) coitum *R* 1. d) *ita* *R* 1. *E* 1; Fl. R. r. *des.* *R* 2. e) universis *R* 2. f) dicionem *R* 2.

1) *De hoc capite et sequentibus cf. Wilda, 'Strafrecht' p.* 855 *sqq.; Dahn, 'Westg. Stud.' p.* 230 *sqq.; Brunner, 'D. RG.' II, p.* 664 *sqq.* 2) *V. supra p.* 102, *n.* 1.

temporibus legem ponere et viciosis facinoribus licentius inolitis termino iustitie obviare. Audetur[g] denique a multis contra divine legis monita vel contra honestos vite communis mores devotas Deo virgines et continentiam viduitatis cum benedictionem sacerdotis iuxta morem[h] canonum profitentes seu adfinitatis consanguinitatem[i] coniunctas feminas[k] aut violenter aut per consensum sibi coniuges sumere et Deo dicatam castitatem vel referendam[l] generis copulationem inconcesse[m] libidinis inmunditia[n] sordidare. Que temeritas, dum vel a viris vel a[o] feminis eiusdem professionis admittitur[p], et castis aborret moribus et fidem veram inpugnat. Zelamus enim pro veritatem zelo Dei adque ecclesiam sanctam catholicam his[k] fidei nostre conmonemus decretis, ut deinceps, sicut et canones ecclesiastici proibent, nullus Deo devotam virginem, nullus sub religionis abitum consistentem sive viduitatis continentiam profitentem[q] seu agentem penitentiam vel sui proximam[r] generis aut eandem[s], cuius admixtione[t] incestive notam possit subire infamie, non licito conubio aut vi[u] aut consensum accipiat coniugem; quia nec verum poterit esse coniugium, quod a meliori proposito deducitur ad deterius, et sub falsi nominis copula[v] incestiva pollutio et fornicationis[v] inmunditia perpetratur. Hoc vero nefas si agere amodo provinciarum nostrarum cuiuslibet gentis homines sexus utriusque temtaverint, insistente sacerdote[w] vel iudice, etiam si nullus accuset[x], omnismodis separati exilio perpetuo religentur nec aliqua in[k] defensionem sui longitudinis[y] temporis excusentur. Eorum vero bona, qui talia gesserint[z], si eis de priori coniugio filii defuerint, ipsorum filiis absque infamie notam[a] omnino proficient; quia[b], licet sint scelerate[b] concepti, sunt tamen unda sacri baptismatis[c] expiati. Quod si filii forte defuerint, illi ad capiendam hereditatem succedent[d], quibus priscarum legum sanctio legitimam successionem indulgit. Similis quoque de religiosis forma servabitur, quibus nubere[e] canonum sententia proibetur, illis tantum feminis ab ac sententia segregatis[f], que

a.

g) videtur *R* 1. h) morum *R* 1; more *R* 2. i) consanguinitate *R* 2. k) *deest* *R* 1. l) *ita* *R* 1. 2. m) inconcessi *R* 1. n) immunditias *R* 1. o) *deest* *R* 2. p) admittatur *R* 1; amittitur *R* 2. q) prof. — penitentiam *des.* *R* 1. r) proxima *R* 1. s) *ita* *R* 2; eadem *R* 1; eam de *E.* t) admixtionem *R* 1. u) vim aut consensu *R* 2. v) copula — fornicationis *des.* *R* 1. w) sacerdotem *R* 1. x) accet *R* 1. y) *lege:* longitudine. z) gesserit *R* 1. a) nota *R* 2. b) Qui lice sint excelerate *R* 1. c) baptismati *R* 1. d) succedant *R* 2. e) *deest* *R* 1. f) secregatis *R* 1.

violentiam coniunctionis indebite sine precedenti vel sequenti consensione pertulerint. Sacerdotes vero vel iudices, si talia cognoscentes ulcisci fortasse distulerint, quinas auri libras fisco cogantur exolvere. Quod si forte id redarguere voluerint[g], nec potuerint[g], regis hoc auditibus insinuare procurent; ut, quod eorum non potuit vindicare sententia, principalis damnet omnino censura.

III. FLAVIUS CHINDASVINDUS REX.

De viris et mulieribus tonsuram et vestem religionis prevaricantibus.

Apostatice calamitatis obprobrium ex hoc merito funditus extirpari conpellimur, ex quo Deum nobis propitium forte[a] confidimus. Si enim cum minima[b] peccata[b] corrigimus, pietatem eius fauctricem[c] nobis efficimus, quanto magis, si iscelus[d] in divinitate conmissum severissima censure falce[e] recidimus? Ideoque hac[f] in perpetuum mansura lege sancimus, ut, quicumque religionis abitum per honorabilem[g] tonsure signum[h] aut tempore penitentie petendo susceperint, aut non[i] fraudulenta, sed pia parentum oblationem meruerint, aut proprie volumtatis devotione tenuerint, et ad laicalem[k] conversationem[k] postmodum apostizando[l] redierint, iuxta sententia canonum ad eumdem religionis ordinem[m] quolibet prosequente reducantur[n] inviti, adque infamie nota respersi et in monasteriis perenniter religati, districtiori macerentur penitentia corrigendi. Illis tantum supplicio severitatis huius indulto, quos aut aliene fraudis coegit inpulsio, aut ad ordinis omissi regressum volumtatis proprie reduxerit votum; si tamen nec vir secundam uxorem, nec mulier maritum alterum habuisse detegitur. Illos etiam ab hac sententiam[o] inmunes efficimus, qui sic invalescente langore ad penitentie vel tonsure pervenerint ordine[m], ut id se[p] nec accepisse tunc noverint nec petisse meminerint. Prevaricantium vero bona eorum filiis aut propinquis hac discretione pertineant, ut vir habens uxorem, si filios etiam ex eadem abuerit et donatum aliquid ab ipsa perceperit, si

g) noluerint *pro* v. nec pot. *R* 1.

III. a) *ita* *R* 1. *E* 1; *deest* *R* 2. b) nimia pecca *R* 1. c) frauctricem *R* 1; fautricem *R* 2. d) seculus *R* 2. e) false recedimus *R* 1. f) hanc *R* 1. g) honorabile *R* 1. h) signaculum *R* 2. i) *deest* *R* 1. k) laicale conversatione *R* 1. l) *ita hic et infra* *R* 1. 2; apostatizando *cett.* m) hordinem *R* 2. n) deducantur *R* 1. o) sententia *R* 2. p) ipse *R* 1.

suprestis uxor est, ita possideat, ut post suum obitum communibus filiis possidendum relinquat. Certe si aut ipsa discesserit[q], aut communes filii desunt, proprietatem prevaricatoris viri propinqui eius heredes incunctanter obtineant. Nam quod ab[r] uxore quolibet tempore donatum fortasse perceperat, propinquis uxoris heredibus absque dubitatione proficiat, adque hec etiam de feminis omnino servabitur forma, ut penitens virgo vel vidua, si, veste laicali deposita, secularia denuo sumserit[s] indumenta aut inierit[t] fortasse coniugia, similis eas et in amissione[u] rerum iuxta superiorem de viris taxatum ordinem censura redarguat, et districtionis pena percellat[v]; ita videlicet, ut proprietatem femine eius filii aut heredes habeant, donationem autem a viro perceptam[w] propinqui mariti, a quo conscripta donatio noscitur, deberi sibi cognoscant. Et quoniam apostizandi precipitatio fraude potius mulierum sepissime perpetratur, id etiam oportuit presenti lege censendum, ut, quidquid a viro seu ante nuptias sive[x] post nuptias[x] in nomine[y] isponse vel uxoris titulo[z] fuerit dotali conscriptum, non mulieris heredes, sed heredes eius, qui dotem conscripsit, sibimet per omnia noverint vindicandum. Personis vero talibus accusandi vel testificandi adque aliena negotia prosequendi licentiam penitus abnegamus; quia non poterunt[a] in negotiis secularibus fideles existere, qui devotionem sanctam ausu conprobantur[b] sacrilego temerasse.

a.

IIII. FLAVIUS CHINDASVINDUS REX.

De masculorum istubris[a].

Non relinquendum est scelus inultum, quod detestandum[b] semper et[c] execrabile[d] morum[d] pravitate[e] censetur. Masculorum ergo concubitores[f], vel qui talia consentientes pertulerint, sta[g] sunt legis huius sententia[h] feriendi: ut scilicet, mox tale nefas admissum[i] iudex evidenter investigaverit, utrosque continuo castrare procuret et tradens eos pontifici territorii huius, ubi id perpetrari contigerit, sequestratim ardue mancipentur

q) discessit *R* 1. r) ad uxorem *R* 1. s) sumserint *R* 2. t) ingerint *R* 2. u) missione *R* 1. v) precelat *R* 1. w) percepta *R* 1. x) sive post nuptias *des.* *R* 1. y) nomen sponse *R* 2. z) *deest* *R* 1. a) potuerunt *R* 1. b) probantur *R* 1.

IIII. a) stupris *R* 2. b) detestando *R* 2. c) *deest* *R* 1. d) execravit horum *R* 1; execrabilem horum *R* 2. e) *ita* *R* 1. *E* 1; probitas *R* 2. f) goncubitores *R* 1; concubitoribus *R* 2. g) ista *R* 2. h) sententiam *R* 1. i) amissum *R* 1.

detrusioni[k] vel inviti saltim luituri commissam, qui voluntarie perpetrasse noscuntur inlicita. Hoc interim orrendum dedecus si inferens quisque vel patiens non voluntarius, sed invitus explesse dinoscitur, tunc a reatu poterit[l] inmunis haberi, si nefandi huius sceleris ipse detector extiterit; ille proculdubio tenendus est ad penam, quem in hac sponte devolutum constat insaniam. Habentes autem uxores qui de consensu talia gesserint, facultatem eorum filii aut heredes legitimi poterunt[m] obtinere. Nam coniuge, sua tantum dotem perceptam[n] suarumque[o] rerum integritate retenta[p], nubendi cui voluerint indubitata manebit et absoluta licentia.

a.

V. FLAVIUS CHINDASVINDUS REX.

De violantibus paternum[a] adque fraternum[b] torum.

Superiori quidem lege de propinquorum incestu quid debeat observari decretum est; tamen, quia non minoris constat isceleris[c] paternum[d] torum[e] sive fraternum[f] conmaculari, constituentes adicimus, ut concubinam patris sui vel fratris aut eam, quam sciret[g] patrem suum aut fratrem vel semel adulterasse, seu sit libera[h] sive ancilla, nullus umquam propinquorum adulterare presumat; neque pater adultera[i] a filio istupri[k] feditate aliquatenus polluat. Quod si talia quisquam sciens facere fortasse presumserit, facultatem eius, si filios legitimos non abuerit, heredes[l], quos successio expectat[m], obtineant; ipse vero sub penitentia religatus, perennis exilii damnationem excipiat[n].

VI. TITULUS: DE DIVORTIIS[a] NUPTIARUM ET DISCIDIO ISPONSORUM[b].

k) detonsi *R* 1. l) potuerit *R* 1. m) potuerint *R* 1. n) percepta *R* 2. o) dodarumque *R* 1. p) re ta *(sic!) R* 1.
V. a) paternorum *R* 1. b) fraternorum *R* 1, *ubi* torum *deest.* c) sceleris *R* 2. d) *deest R* 1. e) torum *R* 2; paternorum *add. h. l. R* 1. f) fraternorum *R* 1. g) scierit *R* 2. h) livera *R* 2. i) *ita R* 1. *E* 1; adulteratam *R* 2. k) stupri *R* 2. l) autem *add. R* 1. m) spectat *R* 2. n) excipiant *R* 1.
TIT. VI. a) difort- *pro* divort- *hic et infra R* 2. b) sponsorum *R* 2. c) sos *R* 2.

I. ANTIQUA.

Si mulier viri sui iuste vel iniuste divortium patiatur.

Mulierem ingenuam a viro suo reppudiatam[a] nullus sibi in coniugio[b] adsociare presumat, nisi aut scriptis[c] aut coram testibus divortium inter eos fuisse factum evidenter agnoscat. Quod si aliter facere quicumque[d] presumserit, mox comes civitatis vel vicarius aut territorii iudex tale nefas conmissum agnoverit, si nobiles[e] fuerint fortasse persone, quos iudex distringere aut[f] separare non possit, nostris id[g] auditibus confestim publicare non differat, ut severitatem legis, quam merentur, excipiant. Nam si minoris loci persone sunt, iudex eos continuo separare nequaquam moretur[h]; ita ut tam mulier, que se halteri[i] extra volumtatem mariti prioris in coniugium copulavit[k], quam etiam ille, qui eam sibi adsumere uxorem presumsit[l], in potestate tradantur anterioris mariti, ut quod de eis[m] facere voluerit sui sit incunctanter arbitrii[1]. Si tamen causam inter priorem maritum et uxorem adhuc inaudita manere constiterit, aut si hisdem[n] maritus alteri se mulieri in matrimonio[o] non[p] coniuncxerit, certe si maritus uxorem iniuste reliquerit, et donationem dotis amittat, quam ei contulerat, eidem mulieri proculdubio profuturam, et de rebus eiusdem mulieris nihil se habiturum esse[g] cognoscat. Sed quidquid etiam de facultatem mulieris vel alienasse vel defraudasse dinoscitur, ad integrum distringente iudice mulieri restituat. Quod si mulier sub metu viri consistens, quocumque argumento persuasa sive decepta, aliquam[q] de suis rebus in nomine illius viri, qui eam reliquid, scripturam[r] conscripserit, huiusmodi scriptura nullam omnimodo firmitatem habebit, sed universa, que per eandem scripturam mulier dederat, iuri suo perenniter vindicabit.

II. FLAVIUS CHINDASVINDUS REX.

Ne inter coniuges divortium fiat.

Si alienam coniugem violare res sine crimine non

I. a) repudiata *R* 2. b) coniugium *R* 2. c) *ita R* 1. *E* 1; scripturis *R* 2. d) quis *R* 2. e) nobilis fuerit *R* 1. f) aut separare *des. R* 1. g) *deest R* 1. h) morentur *R* 1. i) adulteri *R* 2. k) copulabit *R* 2. l) presumserit *R* 1. m) his *R* 2. n) isdem *R* 2. o) matrimonium *R* 2. p) se *R* 1. q) aliqua *R* 1. r) scriptura *R* 1.

1) *Cf. supra III,* 2, 6.

est, quanto magis illa contemnere[a], quam sponte sua unusquisque possidendam[b] sortitus est? Quia ergo plerosque tam precipites habet vel rerum ambitio vel effrenata libido, ut quadam fraude, coniugibus[c] suis[d] spretis[e], alias videantur uxores adpetere[d], constitutionis huius[f] est perenniter forma servanda, ut nullus virorum, excepta manifesta fornicationis causa, uxorem suam aliquando relinquat et neque per testem neque per scripturam seu sub quocumque argumento facere divortium inter se et suam coniugem audeat. Sed[g] si adulteram[h] maritus dixerit fortasse redarguendam, iuxta legem aliam[1], eius publice iscelere[i] conprobato, a iudice sibi[k] traditam, faciendi de ea quod voluerit sit illi potestas. Certe si conversionis ad Deum volumtas extiterit, communem adsensum viri scilicet et mulieris sacerdos evidenter agnoscat, ut nullam postmodum cuilibet eorum ad coniugalem aliam copulam revertendi excusatio intercedat. Quod si aliter quisque uxorem suam spernens quacumque[l] calliditate scripturam ab ea, sibi suisque volumtatibus profuturam, exigerit, non solum talem[m] vinculum quandoque reppertum nihil omnino firmitatis[n] habebit, sed[o] eadem mulier tam facultatem[p] suam quam dotem ab ipso viro acceptam sibi in omnibus vindicabit. Et si quid aliut facultatis eiusdem pessimi viri fuerit, cunctis eorum filiis ad integrum pertinebit. Quod si aut communes filii aut eiusdem viri ex coniugio precedenti non fuerint, universam viri facultatem mulier, que per nequitiam illius a coniugio resoluta est, incunctanter poterit obtinere, et hanc accusationem, si mulierem[q] constiterit fortasse defunctam, eius filii in cuiuscumque voluerint proponendi iudicio licentiam habituri sunt[r], ut[s], repperto tali crimine, vir utique huius isceleris[t] stius legis multetur sententia[u]. Et omnibus filiis, seu ex eodem pari coniugio, sive ex precedenti ipsius viri, ut diximus, procreatis, equaliter facultas eius obtinenda patescat. Certe si nec[v] communes filii nec ex priori[w] ipsius viri coniugio geniti suprestes[x] extiterint, et ea forsitam mulier, que relicta est, ex priori digno coniugio

a) contendere *R* 1. b) possidendum *R* 1. c) iugibus *R* 1. d) suis — adpetere *des.* *R* 1. e) *ita E;* precisis *R* 2. f) *deest* *R* 2. g) et *R* 1. h) adulterium *R* 1. i) scelere *R* 2. k) *deest* *R* 1. l) in q. *R* 2. m) tale *R* 2. n) firmitate *R* 1. o) ex *add.* *R* 1. p) facultate *R* 1. q) mulier *R* 1. r) sint *R* 1. s) ut et *R* 2. t) sceleris istius *R* 2. u) sententiam ut *pro* s. Et *R* 1. v) ne *R* 1. w) prioris *R* 1. x) supresentes *R* 1, *ubi* entes *al. m. post add.;* subprestes *R* 2.

1) *Cf. supra III,* 4, 3.

filios videatur habere, ipsis proculdubio licitum erit maternam vocem adserere, ut, eorum instantia cum fuerit iusta[y] presentem legem scelerati persona[z] damnata, facultatem eius indubitanter obtineant. Iam vero, si predictarum personarum, vel viri vel mulieris, secundum prefatum ordinem filii deesse noscuntur, contente[a] mulieris hereditatem tunc recte propinquis eius capiendi licitum erit, si despectum[b] propinque vindicaturi[c] spernentis viri presumtionem legaliter condemnandam institerint. Maritus autem, qui vel divortii vel securitatis a coniuge iscripturam[d] quamlibet exigerit[e], seu fortasse non exigens[f], contemta tamen uxore[g], aliam sibi uxorem adsumserit[h], ducentis publice verberibus flagellatus ac turpiter decalvatione[i] fedatus, aut perpetuo condemnetur exilio, aut si donare illum cuicumque principis potestas helegerit, in suo consistat arbitrio. Sed et mulier, que, sciens aut occasione qualibet agnoscens virum habere suprestem[k] uxorem, eius vanitati consenserit, ut ipsi se in coniugio[l] copulet[m], illi protinus mulieri tradenda est, que contemta ab eodem marito, quem illa sortita est, esse dinoscitur[n]; ita ut, vitam[o] tantum concessam, faciendi de eam[p] quod elegerit sit illi libertas[1]. Certe si post mulieris obitum, filiorum eius adsertione tale nefas fuerit conprobatum, aut si filii desunt, a[q] propinquis heredibus extiterit huius rei negotium prosecutum, ipsis similiter prevaricatrix mulier tradatur in potestatem, ut eodem iudicio, quo mulier contemta debuerat, de persona eius absque mortis interitum sententiam ferant. Sane quia per mulieres etiam huius rei interdum fieri solet scandalum, ut[r] favore regum vel iudicum viros proprios spernere videantur, ideo si[s] quecumque mulier sive principis opem aut quocumque ingenio seu cuiuslibet auxilio[t] intenderit
v. inter se et virum suum divortium fieri, in eiusdem viri continuo potestate redacta, eadem qua[u] superius maritum[v] pena constringit, vel que de rebus eorum est sententia constituta, iscelerate[w] mulieris damnetur temeri-
a. tas; ea tantum condicione retenta, ut si mulieris maritus,

y) *i. e.* iuxta, *quod praebet* R 2. z) personam R 1. a) *i. e.* contemptae; contemte R 2. b) dispectum R 2. c) vindicatur R 1. d) scribturam R 2. e) exsegerit R 2. f) exsigens R 2. g) uxorem R 1. h) adsumsit R 1. i) calvatione R 1. k) subprestem R 2. l) coniugium R 2. m) copulent R 2. n) dinescitur R 1. o) vita tantum concesse R 2. p) ea R 2. q) ad R 1. r) aut favorem R 1. s) *deest* R 2. t) auxio R 1. u) quo R 2. v) marito R 2. w) scelerate R 2.

1) *Cf. supra III,* 4, 9.

masculorum concubitor adprobatur, aut eandem suam uxorem, ea nolente, adulteranda cuicumque viro dedisse vel permisisse[x] convincitur, quia tale nefas fieri nequaquam inter christianos oportet, nubendi mulieri alteri viro, si volumtas eius extiterit, nullatenus inlicitum erit. Nam si in coniugio positis, uxorem videlicet et marito, maritum forte constiterit iuste cuilibet servum addictum[y], si noluerit mulier manere illum in[z] coniugali secum[a] consortio, tamdiu se noverit caste vite freno manere constricta[b] nec nubendi alteri viro concedi sibi licentia[b], donec eius maritus, de quo dictum est, debitam[c] extreme vite sortem[d] exolvat.

III. FLAVIUS GLORIOSUS RECCESSVINDUS REX.

Ne inter isponsos[a] discidium fiat.

Equali[1] placet transgressum damnatione multari, quod inlesum equali constabat dignitate manere. Igitur iuxta presentem superiorem[b] legem de[c] viris et de[d] mulieribus isponsatis[a] tam in personis quam in rebus forma servanda est, qui post arrarum traditionem, aut facta secundum leges definitionis[e] sponsione[f], coniugale fedus contemnentes aliis se personis in coniugium copulaverint, seu sine pari consensu aut egritudinis fortasse manifesto periculo ad religionis propositum calliditate magis, quam devotione conversionis adspirare[g] presumserint. *a.*

x) permesisse *R* 1; permississe *R* 2. y) addicatum *R* 1. z) *deest* *R* 2. a) cum *deest* *R* 1. b) constrictam — licentiam *R* 2. c) debita *R* 1. d) *deest* *R* 1.
III. a) spons. *R* 2. b) *deest* *R* 2. c) et de *R* 2. d) *ita* *R* 2. *E* 1; *deest* *R* 1. e) difinitionis *R* 2. f) sponsionem *R* 2. g) adspirasse *R* 1; presumserint adspirare *R* 2.

1) *Cf. R. Sohm, 'Eheschliessung' p.* 77, *n.* 3.

DE ORIGINE NATURALI[a].

LIBER QUARTUS.

I. TITULUS: DE GRADIBUS.

I. ANTIQUA.

De primi gradus natura.

Primo gradu continentur superiori linea: pater, mater; inferiori: filius, filia; quibus nulle alie persone iunguntur.

L. Rom. Vis. Paul. Sent. IV, 10, 1.

II.

De secundi gradus adfinitate.

Secundo gradu continentur superiori linea: avus, avia; inferiori: nepus, neptis; transversa: frater, soror[a], que persone duplicantur; avus enim et avia tam ex patre quam ex matre, nepos, neptis tam ex filio quam ex filia, frater et soror tam ex patre quam ex matre accipiuntur. Que persone sequentibus quoque gradibus similiter pro substantia earum[b], que in quoquo gradu consistunt, ipso ordine duplicantur[c].

ib. Paul. Sent. IV, 10, 2.

Et ste[d] persone in secundo gradu ideo[e] duplices appellantur, quia duo avi, et paternus et maternus. Item duo genera nepotum sunt, sive ex filio, sive ex filia procreati. Frater et soror ex trasverso[f] veniunt, id est frater patris aut frater matris, qui aut patruus aut avunculus nominantur; qui et ipsi hoc ordine duplicantur.

ib. Interpr.

LIB. IIII. a) naturalibus *R* 1.
II. a) et s. *R* 1. b) eorum *R* 1. c) duplacantur *R* 1. d) iste *R* 2. e) *deest R* 1. f) transverso *R* 2.

III.

De tertii gradus parentela.

L. Rom. Vis. Paul. Sent. IV, 10. 3. Tertio gradu veniunt supra: proavus, proavia; infra: pronepos, proneptis; ex oblico: fratris sororisque filius, filia, patruus et amita, id est patris frater et[a] soror, avunculus et matertera, id est matris frater et soror.

IIII.

De quarti gradus consanguinitate.

ib. 4. Quarto[a] gradu veniunt supra: abavus, abavia; infra: abnepos, abneptis; ex oblico: fratris et sororis nepos, neptis, frater patruelis, soror patruelis[b], id est patrui filius filiave, consubrinus et consubrina, id est avunculi et matertere filius, filia, amitinus, amitina, id est amite filius, filia, itemque consubrini, qui ex duobus[c] sororibus nascuntur. Quibus adcrescit patruus magnus, amita magna, id est avi paterni frater et soror, avunculus magnus[d], matertera magna, id est avie, tam paterne quam materne frater et soror.

ib. Interpr. Hic[e] plus exponi opus non est, quam lectio[f] ista declarat.

V.

De quinti gradus origine.

ib. 5. Quinto gradu[a] veniunt, supra quidem: atavus, atavia; infra: adnepos, adneptis; ex oblico: fratris et sororis pronepos, proneptis, fratres patrueles, sorores[b] patrueles, amitini[c], amitine, consubrini, consubrine filius, filia, proprius[d] subrinus[e], subrina, id est patrui magni, amite[f] magne, avunculi magni, matertere magne filius, filia. His adcrescunt propatruus, proamita, hi sunt proavi materni[g] frater et soror, proavunculus, promatertera, hi sunt proavie paterne materneque frater et soror proavique materni.

ib. Interpr. Hec species nec aliis gradibus, quam scripta est, nec aliis vocabulis declarari potest.

VI.

De sexti gradus extremitate.

ib. 6. Sextu gradu veniunt supra: tritavus, tritavia; infra: trinepos, trineptis; ex oblico: fratris et sororis abnepus[a], abneptis, fratres patrueles, sorores patrueles, amitini, amitine, consubrini, consubrine, patrui magni, amite magne, avunculi magni, matertere magne nepos, neptis[b], proprioris[c] subrini filius, filia, qui[d] consubrini appellantur. Quibus ex latere adcrescunt: propatrui, proamite, proavunculi, promatertere filius, filia[d], adpatruus[e], adamita. Hi sunt abavi paterni[f] frater

III. a) et s. *des.* *R* 1.
IIII. a) Quartu *R* 1. b) fratruelis *R* 1. c) *ita* *R* 1. 2. d) manus *R* 1. e) in hoc *R* 2. f) *Interpr.:* lex.
V. a) grado *R* 2; *deest* *R* 1. b) s. p. *des.* *R* 1. c) amitine amitini *R* 1. d) propius *Paul.* e) suprinus *R* 1. f) amitine *R* 2. *E* 1. g) *ita* *R* 1. 2. *Epit. Aegid.;* paterni *Paul.;* paterni maternae *E* 1.
VI. a) abnepos *R* 2. b) id est *add.* *Paul.* c) propriores *R* 1. d) qui — filia *des.* *R* 1. e) abpatruus abamita *Paul.* f) materneque *add.* *R* 2.

et soror[g] abavunculus, abmatertera. Hi sunt abavie[h] paterne materneque frater et soror[g] abavique materni[i].

Hec quoque explanari amplius non possunt, quam autor[k] ipse disseruit. *Paul. Sent. IV, 10, 7. Interpr.*

VII.

De personis septimi generis, que legibus non tenentur[a].

Septimo gradu qui sunt cognati recta linea supra infraque propriis nominibus non[b] appellantur; sed ex transversa linea continentur fratris sororisve adnepotes, adneptes, consubrini, consubrine filii filieque. *ib. 7.*

Successionis autem idcirco gradus septem constituti sunt, quia ulterius per rerum natura nec nomina inveniri nec vita succedentibus propagari[c] potest. *ib. 8.*

II. TITULUS: DE SUCCESSIONIBUS.

g) *sequentia* abavunculus — soror *des. R* 2. h) abavie paterne materneque *E* 1; aviae paterneque *R* 1. i) paterni *R* 1. k) auctor *R* 2.

VII. a) continetur *R* 2. b) *deest R* 1. c) *ita R* 1. 2; *Interpr.;* prorogari *Paul.*

TIT. II. a) portionem *R* 2. b) et *R* 1. c) relinquat *R* 1. d) feminam *R* 1. e) *deest R* 2. f) *deest R* 1. g) omne *R* 1. h) que *R* 1. i) precedi *R* 1. k) successione *R* 2.

XIII. Ut post mortem[l] matris[l] filii in patris[m] potestate consistant; et[n] quid de rebus filiorum agere conveniat patrem[o].

XIIII. Si mater in viduitate permanserit, equalem[p] inter filios capiat portionem; et quid de rebus filiorum agere conveniat matrem[q].

XV. Ne uxor sibi vindicet quod maritus[r] cum[q] servis eius[q] adquisisse constiterit.

XVI. De his, que vir et uxor in coniugio constituti conquirere potuerunt.

XVII. De parvulo, qualiter hereditatem capere possit.

XVIII. Qualiter hereditatem parvuli parentes adsequi possint[s].

XVIIII. De posthumis.

XX. Ut, qui filios non reliquerit, faciendi de rebus suis quod voluerit habeat potestatem.

I. ANTIQUA[a].

Ut sorores cum fratribus equaliter in parentum hereditatem[b] succedant.

= *Cod. Eur.* 320 ?

Si pater vel mater intestati discesserint, sorores cum fratribus in omni parentum facultate[b] absque aliquo obiectu equali divisione succedant.

II. ANTIQUA[a].

Quod in hereditatis successione filii primi sunt.

= *Cod. Eur.* 336.

In[b] hereditate illius, qui moritur, si intestatus discesserit, filii primi sunt[b]. Si filii desunt, nepotibus debetur hereditas. Si nec nepotes fuerint, pronepotes ad hereditatem vocantur. Si vero qui moritur nec filios nec nepotes seu patrem vel matrem relinquid, tunc avus aut avia hereditatem sibimet vindicabit[c].

III. ANTIQUA[a].

Si aut de superiori aut de inferiori genere directi ordinis persone defuerint, tunc a latere venientes facultatis accipiant[b] portiones.

= *Cod. Eur.* 336.

Quando supradicte persone desunt, que aut de superiori aut de inferiori genere discreto ordine veniunt,

l) morte mariti *R* 1. m) matris *R* 1. n) et — patrem *des. R* 2. o) matrem *R* 1. p) equale *R* 1. q) *deest R* 2. r) mariti *R* 2. s) possunt *R* 2.
I. a) *deest R* 2. b) hereditate *R* 2.
II. a) *deest R* 2. b) In h. — primi sunt *des. R* 1. c) vindicabunt *R* 2.
III. a) *deest R* 2. b) capiant portionem *R* 2.

tunc ille persone, que sunt a latere constitute, requirantur, ut hereditatem accipiant. Nam ille persone, que sunt a longinquioribus constitute, nihil se extiment[c] illis prioribus posse repetere.

a.

IIII. ANTIQUA[a].

Qui succedere possunt in eorum facultatibus, qui nec scriptis nec testibus suam adligant[b] volumtatem.

De successionibus eorum, qui sic moriuntur, ut nec donationem nec ullum faciant testamentum nec presentibus testibus suam ordinent volumtatem, qui gradu illis[c] proximi fuerint, eorum obtinebunt hereditatem[d].

cf. Cod. Eur. 324?

V. FLAVIUS CHINDASVINDUS REX.

De successione fratrum et[a] sororum sive illorum, qui de diversis parentibus generantur.

Qui fratres tantummodo et sorores relinquid, in eius hereditate fratres et sorores equaliter succedant, si tamen unius patris et matris filii esse videantur. Nam si de alio patre vel[b] de alia matre alii esse noscuntur, unusquisque fratris sui aut sororis, qui ex uno patre vel ex una matre sunt geniti, sequantur hereditatem.

a.

VI. FLAVIUS GLORIOSUS RECCESSVINDUS REX.

Si his, qui moritur, avos relinquat aut avias.

Quotiens qui moritur, si avum paternum aut maternum relinquat, tam ad avum paternum quam ad avum[a] maternum hereditas mortui universa pertineat. Si autem qui moritur avum paternum et aviam maternam reliquerit, equales capiant portiones. Ita quoque erit, si paternam et maternam aviam qui moritur relinquere videatur[b]. Et hec quidem equitas portionis de illis rebus erit, que[c] mortuus conquisisse cognoscitur. De illis vero rebus, que ab avis vel parentibus habuit, ad avos directa linea revocabunt.

= Cod. Eur. 328.

c) existiment *R* 1.
IIII. a) *deest R* 2. b) alligant *R* 2. c) illius *R* 2. *E* 1. d) facultatem *R* 1.
V. a) et sororum *des. R* 2. b) et *R* 1.
VI. a) avium *R* 1. b) vidētur *R* 1. c) *ita R* 2; quae *E* 1; quem *R* 1.

VII. ANTIQUA[a].

Si his, qui moritur, sorores relinquat patris aut matris.

= *Cod. Eur.* 329.

Qui moritur si tantumodo amitam, hoc est patris *v.* sororem, et materteram[b], hoc est matris sororem, relinquid, equali iure succedant in hereditate defuncti.

VIII. ANTIQUA[a].

Si his, qui moritur, filios fratris vel sororis relinquere videatur.

cf. Cod. Eur. 331.

Qui moritur si fratres et sorores non reliquerit et filios fratrum[b] vel sororum reliquerit, si ex uno fratre sit unus filius et ex alio fratre vel sorore forsitan plures, omnem hereditatem defuncti percipiant et equali[c] per capita dividant portionem.

VIIII. FLAVIUS CHINDASVINDUS REX.

Quod in omnem hereditatem femina accipi debeat.

cf. Cod. Eur. 332 ?

Femina ad hereditatem patris aut matris, avorum[a] vel aviarum, tam paternorum quam maternarum, et ad hereditatem fratrum vel sororum sive ad has hereditates, que a patruo vel filio[b] patrui, fratris etiam filio[c] vel sororis relinquantur, equaliter cum fratribus veniant. Nam iustum omnino est, ut, quos propinquitas nature consociat, hereditarie successionis ordo non dividat.

X. ANTIQUA[a].

Item, ut in omnem hereditatem femina accipi debeat; et[b] quod, qui gradu[c] alterum precedit, ille successionem vicinior capiat.

Has hereditates, que a materno genere venientibus, sive avunculis sive consubrinis seu materteris, relincuntur, etiam femine[d] cum illis, qui in uno propinquitatis gradu equales sunt, equaliter partiantur. Nam omnem hereditatem qui gradu[c] alterum precedit[e] obtineat[e].

VII. a) *deest R* 2. b) matertera *R* 1.
VIII. a) Flavius Chindasvinthus rex *R* 2. b) fratris *R* 2. c) tali *R* 2.
VIIII. a) aviorum *R* 1. b) ad filio *R* 2. c) filio *corr.* filii *R* 1.
X. a) *deest R* 2. b) eo *R* 1. c) gradum *R* 1. d) feminis *R* 1. e) precedunt obtineant *R* 1.

XI. ANTIQUA[a].

De successione mariti et uxoris.

Maritus et uxor tunc sibi hereditario iure succedant, quando nulla adfinitas usque ad septimum gradum de propinquis eorum vel parentibus inveniri poterit[b]. = *Cod. Eur.* 334.

XII. ANTIQUA[a].

De hereditatem[b] clericorum et monacorum.

Clerici vel monaci sive sanctimoniales, qui usque ad septimum gradum non relinquerint heredes et sic moriuntur, ut nihil de suis facultatibus ordinent, ecclesia sivi[c], cui servierunt, eorum substantiam vindicabit. = *Cod. Eur.* 335.

XIII. ANTIQUA[a].

Ut post mortem matris filii in patris potestate consistant; et quid de rebus filiorum agere conveniat patrem[b].

Matre mortua filii in patris potestate consistant. = *Cod. Eur.* 321. Quod si marito supreste uxor forsitam moriatur, filii, qui sunt ex eodem coniugio procreati, in patris potestate consistant, et res eorum, si novercam[c] non superduxerit, ea[d] conditione possideat, ut nihil exinde aut vendere aut hevertere aut quocumque pacto[e] alienare presumat, sed omnia filiis suis integra et intemerata conservet[f]. Fructos tamen omnes cum filiis suis pro suo iure percipiat et una cum ipsis filiis suis communibus consumat *a.* expensis. Cum vero filius ducit[g] uxorem, aut[h] filia maritum acceperit, istatim a patre de rebus maternis suam recipiat[i] portionem, ita ut usufructuario iure patri tertia relinquatur. Pater autem tam filio quam filie, cum XX annos etatis inpleverint, mediam ex eadem, quam[k] unumquemque contigerit de rebus maternis, restituat portionem, etiam si nullis fuerint nuptiis copulati. Medietatem vero dum advixerit[l] pater sibi vindi- *d.* cet, filiis post hobitum relinquendam. Qui autem novercam superduxerit, omnes facultates maternas filiis mox reformet; ne, dum filii cum rebus suis ad domum transeunt alienam, noverce sue vexentur iniuriis. Eadem

XI. a) *deest* *R* 2. b) potuerit *R* 2.
XII. a) *deest* *R* 2. b) hereditate *R* 2. c) sibi *R* 2.
XIII. a) *deest* *R* 2. b) matrem *R* 1. c) noverca *R* 1. d) hec *R* 1. e) pactu *R* 1. f) restituat *R* 1. g) ducat *R* 2. h) et *R* 1. i) accipiat *R* 1; recipiant *R* 2. k) quem *R* 1. l) vixerit *R* 2.

quoque et de nepotibus forma servetur. Quod si pater de his rebus aliquid everterit aut super tempus, quod[m] constitutum est, res filiorum tenere presumserit, omnia de rebus eius illis filiis, de cuius matre res esse videntur, et reddenda[n] sunt et omnismodis sarcienda.

XIIII. ANTIQUA.

Si mater in viduitate permanserit, equalem inter filios capiat portionem; et quid de rebus filiorum agere conveniat matrem.

= *Cod. Eur.* 322.

Mater, si in viduitate permanserit, equalem inter filios suos, id est qualem unusquisque ex filiis, usufructuariam[a] de facultate mariti habeat portionem; quam usque ad tempus vite sue usufructuario iure possideat. Ceterum nec donare nec vindere nec uni ex filiis conferre presumat. Quod si eam filii portionem ipsam matrem evertere seu per neclegentiam sive per hodium forte prespexerint[b], ad comitem civitatis aut ad iudicem referre non differant, ut matrem sua contestatione conmoneant, ne res, quas usufructuarias[c] accepit, evertat. Nam usufructu, quem ipsa fuerat perceptura, dare cui voluerit, filio vel filie, non vetetur. Sed et quod de ipso usu sibi debito iuste conquirere potuerit, faciat quodcumque illi omnismodis iustissime placuerit. Verum si ex ea usufructuaria portione aliquid probatur eversum, filiis post mortem matris de eius facultatibus sarciatur. Post hobitum vero matris portio, quam mater acceperat, ad filios equaliter revertatur, quia non possunt de paternam[d] hereditatem fraudari. Quod si mater ad alias nuptias forte transierit, ex ea die usufructuariam portionem, quam de bonis mariti fuerat consecuta, filii inter reliquas res paternas, qui ex eo nati sunt coniugio, vindicabunt.

XV. ANTIQUA[a].

Ne uxor sibi vindicet quod maritum cum servis eius adquisisse constiterit[b].

= *Cod. Eur.* 323.

Maritus[1] si cum servis uxoris sue aliquid adquisierit vel in expeditione aliquid lucri fuerit consecutus[c],

m) *deest* *R* 1. n) reddende *R* 1.
XIIII. a) usufructuario *R* 1. b) presumserint *R* 2. c) usufructuario *R* 2. d) paterna hereditate *R* 2.
XV. a) *deest* *R* 2. b) contigerit *R* 1. c) convexatus *R* 1.

1) *Cf. de hac lege Schroeder, 'Gesch. des ehel. Güterr.' I, p.* 136.

nihil exinde uxor a viro suo presumat repetere, nec ipso viventem[d] nec post eius hobitum; sed vir, qui uxorem suam secundum sanctam scripturam habet in potestate[1], similiter et in servis eius potestatem habebit, et omnia, que cum servis uxoris vel suis in expeditionem[e] adquisivit, in sua potestate permaneant; pro eadem scilicet rationem, quia, si ipsi servi, dum cum domino suo in expeditione conversabantur, aliquid admisissent forte damnosum, ille, qui eos secum duxerat, et ei aliquid fecerant augmenti[f], ipse pro eis et responsum daturus esset[g] et conpositionem, si culpaviles[h] fuissent inventi. Unde bene iubetur, ut sicut lucrum, ita et damnum ad se dominus noverit pertinendum.

XVI. FLAVIUS GLORIOSUS RECCESSVINDUS REX.

De his, que vir et uxor in coniugio constituti conquirere potuerint.

Dum[2] cuiuscumque dignitatis aut mediocritatis mariti persona uxori[a] fuerit nobiliter adque conpetenter adiuncta, et pariter viventes aliquid augmentaverint[b] vel in quibuscumque rebus quippiam profligasse visi fuerint[c], adque proveniat, ut[d] unus ex his maioris rei et facultatis dominus sit, de omnibus augmentis[b] et[d] profligationibus pariter conquisitis tantam[e] partem unusquisque obtineat, quantum eius facultatem fuisse omnis sibi debita vel habita possessio manifestat; ita ut, si equalis[f] habundantie domini sunt, pro parvis rebus contentionis intemperantia non adsumant[g]; quia difficile est, ut in[d] tanta[h] equitate facultas eorum possit equari, ne in quocumque[i] videatur una pars alteri[k] superesse. Nam si evidenter unius facultas alterius possibilitatem transgredi videatur, ut superius dictum est, iuxta quantitatem debite possessionis erit et divisio portionis, quam sibi post uniuscuiusque mortem vindicabit persona suprestis, et aut[l] filiis suis aut propriis relinquet[m] heredibus, aut certe de ea[n] facere quod voluerit licentiam

d) vivente *R* 2. e) *ita Cod. Eur. R* 2; expeditione *R* 1. f) aumenti *R* 1. g) esse *R* 2; est. Sed *R* 1. h) culpabiles *R* 2.
XVI. a) uxoris *R* 1. b) aum- *pro* augm- *R* 1. c) sunt *R* 1. d) *deest R* 1. e) tantum p. uniusquisque *R* 1. f) equales *R* 1. g) adsument *R* 1. h) tante *R* 1. i) *ita E* 2; que *R* 1; quacumque *R* 2; quodcumque *E* 1. k) alterum *R* 1. l) *deest R* 2; aut per *R* 1. m) relinquende *R* 1. n) qua *R* 1.

1) *Cf. Gen.* 3, 16. 2) *Cf. Schroeder l. c. I, p.* 135.

obtinebit. Eadem quoque hordinationis forma tam in viris quam in uxoribus erit omnismodis[o] observanda. De illis autem rebus, quibus in amborum nomen[p] inveniuntur scripture confecte, iuxta condicionem ipsius scripture pertineat illis et divisio rei et possessio iuris. Quod vero maritus aut de extraneorum lucris aut in expeditione publica conquisivit aut de principis vel patroni adque amicorum conlatione promeruit, filii vel heredes eius ad integrum vindicabunt, aut quod exinde voluerit iudicare[q] licenter[r] illi[s] erit plenam potestatem habere. Similis et de mulieribus conditio erit, si quorumcumque munere videantur aliquid percipisse[t].

XVII. FLAVIUS GLORIOSUS RECCESSVINDUS REX.

De parvulo, qualiter hereditatem[a] capere possit.

Interdum[1] rem dubiam[b], nisi ratiocinationis disceptatio deducat in lucem[c], frequenter hanc ambiguitas precipitat[d] in errorem[e]. Contendunt namque plurimi[f], si genitus[f] infans non longe defunctus hereditatis parentum possit iura sortiri; quorum litibus hos[g] ponit ratio modus[h]. Nature origo ita condita manet talique usu decurrit, ne his, qui nascitur, prius aliut quam se suscipientem adsumat[i] herem[i], ut de tenebris genitalibus prodiens illarum rerum sentiat[k] tactum, quarum hunc partibus constat[l] esse concretum. Quo ergo ordine libere[m] capiet hereditatem terrene[n] possessionis, qui vix extreme capuit primordia lucis? quique sortitus vix est usum elementorum, quibus concretus[o] est, quomodo sortietur bona rerum, ad quarum dominium natus non est? quemque non hereditabit producta lux celi, qualiter morte contractum inprobisa ditabit portio mundi? quavę etiam ratione adgredietur[p] viventium iura, cui vicinus[q] fuit[r], mortem adisse quam vitam? Sicque[s] naufragus in medię lucis angustias mox genitales exiit, mox fatalis

o) omnis *R* 2. p) nomine *R* 2. q) vindicare *R* 1. r) licentia *R* 2. s) illis *R* 2. t) percepisse *R* 2.
XVII. a) hereditate *R* 1. b) dubia *R* 1. c) luce *R* 1. d) *deest* *R* 1. e) errore *R* 1; herrorem *R* 2. f) plurimis ingenitus *R* 1. g) postponit *pro* hos p. *R* 1. h) modis *corr.* modus *R* 2. i) adsumant herem (= aerem) *R* 1; adsumat aerem *V* 5; adsumat haeredem *V* 6. *Lind.*; c a p i a t l u c e m *R* 2. k) sentiant tantum *pro* s. tactum *R* 1; sententiae tactum *R* 2. l) constant *R* 1. m) liber accipiet *R* 1. n) terre *R* 1. o) concretum est *R* 1. p) adgreditur *R* 1. q) *ita pro* vicinius *R* 1, 2. r) sui *R* 1. s) sitque *R* 1.

1) *Cf. Stobbe, 'D. Privatr.' I*[2], *p.* 261, *n.* 11; *Dahn, 'Westg. Stud.' p.* 56; *K. Maurer, 'Wasserweihe' in 'Abh. d. Münch. Ak.' I. Cl. XV*, 3, *p.* 239 *sqq.*

relapsus est in tenebris[t]. Ut[u] ergo et proximis[u] parentibus ad successionem huius aditus reseretur[v], et ipsa defuncti vita conprobetur, si vere clara sit vita, adque hanc ipsam licet parvi temporis vitam comitetur[w] eterne participatio vite, non aliter in utroque sexu hereditatem capiet[x] qui nascitur, nisi post nativitatis ortum et sacri baptismatis gratiam[y] consequatur et decem dierum spatiis vixisse probetur[1]: ut successoris patris vel matris persona, que per hunc parvulum terrene cupit hereditatis adquirere commoda, ante morituro ęterne mansionis preparet vitam et ita demum adsequatur vivens cum rebus labentibus terram. Sicque salutari[z] conmercio, dum hereditat ille celum, hereditet[a] iste solum; dum illi providentur celestia, isti permittatur[b] adire terrena, dumque adsequitur ille[c] vitalia, conquirat iste caduca[d]: ut, etsi defunctus terrenum ius non potuit possidere, terreno[e] saltim emtum[f] iure celeste lucrum valeat obtinere.

XVIII. FLAVIUS CHINDASVINDUS REX.

Qualiter hereditatem parvuli parentes adsequi possunt.

a. Patre defuncto si filius filiave decem diebus vivens et baptizatus ab hac vita discesserit, quidquid[a] ei de facultate patris conpetere potuerat, mater sibi debeat vindicare. Idemque[a*] matre defuncta non aliter defuncti filii portionem pater obtineat, nisi natum filium filiamvel[b] decem diebus vixisse et fuisse baptizatos[c.2] edoceat; ita ut pater vel[d] mater, quibus ista successio conpetit, si filios non reliquerint, integram et intemeratam[e] eamdem luctuosam hereditatem dividendam omnibus nepotibus derelinquat. Nec meliorandi quemcumque *v.* nepotum amplius quam decimam partem huius rei habeant potestatem[3]. Nam si ecclesiis vel libertis seu cuilibet largiri de eadem facultatem[f] voluerint[g], de quinta tantum partem secundum superiorem legem[4] potestatem habebunt. Sin autem nec filii nec nepotes nec pro-

t) tenebras *R* 2. u) ut ex ergo ex primis *pro* ut — proximis *R* 1. v) reseruetur *R* 2. w) qui mittetur *R* 1. x) capiat qui nascetur *R* 2. y) gratia *R* 1. z) saluari *R* 1. a) hereditate *R* 1. b) permittantur *R* 2. c) *deest R* 2. d) caducam *R* 1. e) *ita R* 2; terrenū *R* 1. f) tuere *pro* emtum iure *R* 2.
XVIII. a) quid *R* 1. a*) *ita R* 2; ideoque *R* 1. b) filiamvae *R* 2. c) *R* 2; baptidiatus *R* 1. d) aut *R* 2. e) tam *add. R* 1. f) *deest R* 1. g) noluerint *R* 1.

1) *Cf. infra* c. 18. 2) *Cf. supra* c. 17. 3) *Cf. infra IV*, 5, 1.
4) *V. ibid.; cf. V* 2, 4 *(Ant.)*.

nepotes[h] suprestes extiterint, alii parentes, qui gradu[i] proximiores fuerint, predictam facultatem procul dubio consequantur; ea conditione servata, ut nepotes ex filio vel filia, qui patre vel matre supreste mortui fuerint, integra[k] de rebus avi vel avie, quam fuerant pater eorum aut mater, si vixissent, habituri, percipiant portionem. Quod si filius, habens uxorem et filios, patre vivente recesserit[l], antequam ei pater suus omnem portionem, que ei contingebat[m], inplesset, et ipse[n] cum patre vivens filios[n] quos reliquerat vivente avo mortui fuerint, tunc illa relicta hoc tantummodo recipiat, quod in maritum pater antea sequestravit; nec plus illa vidua a socrum[o] vel cognatis requirat. Si vero filius cum patre in conmune vivens nihil ab eo portionis acceperit, tunc illa vidua tantummodo hoc[p] accipiat, quod ei tempore nuptiarum maritus eius donationis titulo noscitur contulisse. Si vero filius patris servans obedientiam res, que ei de materna successione conpetebant, patrem possidere permiserit[q], et postmodum eandem facultatem filio debitam, quam pater possidebat, idem[r] filius uxori sue vel cuicumque concesserit[s], firma talis donatio in nomine uxoris vel cuiuscumque conscripta manebit; si tamen filii de eodem[t] coniugio non fuerint[u]. Nam si filii suprestes extiterint, hordo superioris legis incunctanter servandus est.

cf. Cod. Eur. 327.

a. a. a.

XVIIII. FLAVIUS CHINDASVINDUS REX.

De posthumis.

Divini principatus quodammodo peragimus vicem, quam necdum genitis[a] misericordie porrigimus opem. Ideoque cum vir, preventus sorte fatali, fetu gravidam[b] cum filiis relinquat[c] uxorem, eum, qui nascetur postmodum, cum ceteris, qui nati sunt, fieri censemus heredem. Quod si nusquam forte reliquerit subulem[d] et suam quibuslibet donaverit facultatem, quarta rerum portio eis dividenda servetur; tres vero, que supersunt, posthumus absque dubio sortietur.

a.

h) prone *bis scr.* *R* 1. i) gradum *R* 1. k) integram *R* 2. l) *ita* *R* 1. *E* 1; discesserit *R* 2. *V* 5. *Lind.* m) contigebat *R* 1. n) *ita* *R* 2. *E* 1. 2. *V* 5; ipse — vivente filios *R* 1. o) socru *R* 2. p) *deest* *R* 2. q) premiserit *R* 1. r) hid *R* 1. s) *ita* *E;* consesserit *R* 1; consenserit *R* 2. t) eorum *R* 1. u) fuerit *R* 2.

XVIIII. a) gentis *R* 1. b) gravida *R* 1. c) relinquid *R* 2. d) subolem *R* 2.

XX. FLAVIUS GLORIOSUS RECCESSVINDUS REX.

Ut, qui filios non reliquerit[a], faciendi de rebus suis quod voluerit habeat potestatem.

Omnis ingenuus vir adque femina, sive nobilis seu inferior, qui filios vel nepotes aut pronepotes non reliquerit, faciendi de rebus suis quidquid voluerit indubitanter licentiam habebit; nec ab aliis quibuslibet proximis, ex[b] superiori vel ex transverso venientibus, poterit hordinatio[c] eius in quocumque convelli; quia recta linea decurrens non habet originem, que cum successione nature hereditatem possit accipere. Ex intestato autem iuxta legum hordinem[d] debitam sibi hereditare poterunt iure successionem[e].

III. TITULUS: DE PUPILLIS[a] ET EORUM TUTORIBUS.

I. FLAVIUS CHINDASVINDUS REX.

Quod utroque relictus parente pupillus vocetur.

Discretio pietatis est si[a] consultum ferre minoribus, ut iuste possessionis dominos[b] sustinere damna non patiamur. Ob hoc, licet actenus a[c] patre tantum relicti parvuli filii pupilli nuncuparentur, tamen, quia non minorem curam erga filiorum hutilitatem matres constat frequenter inpendere, ideo ab utroque parente, hoc est patre vel matre, infra XV annos[1] filios post mortem[d] relictos pupillos per hanc legem decernimus nuncupandos.

XX. a) relinquerit *R* 1. b) ex superiori *des.* *R* 2. c) ordinatu *R* 1. d) ordine *R* 1. e) successione *R* 1.
TIT. III. a) pupillos *R* 1. b) nec *R* 1. c) scripturas *R* 2. d) prēsumant *R* 1.
I. a) *ita pro* sic *R* 1. 2. b) dn̄s *R* 2. c) ad *R* 1. d) morte *R* 1.

1) *Id est usque ad annum* 14. *completum; v. supra II,* 5, 9. *et infra IV,* 3, 4. *Cf. Kraut, 'Vormundschaft' I, p.* 133, *n.* 3; *minus recte Dahn, 'Westg. Stud.' p.* 59.

II. FLAVIUS CHINDASVINDUS REX.

Ex quo incipient conputari anni in actionibus pupillorum.

Quotiens de amissione rerum intentio vertitur, illos annos in pupillorum hactionibus conputandos esse[a] censemus, quibus parentes ipsorum, pater videlicet aut mater, rem caruisse noscuntur; id est, ut ex eo tempore[b] pupillaribus annis ad quinquaginarium numerum summa[c] pertendat, de quo a predictis eorum parentibus[d] esse rem constat amissam. Sin vero parentes pupilli, dum viverent[e], rem per XXX annos amiserint, pupillus propter hoc ultra loqui non poterit.

III. ANTIQUA[a].

Qualiter pupillorum tutela suscipiatur, vel de rebus eorum que pars tutoribus detur.

Si[1] patre mortuo in minori etate filii relinquantur, mater eorum tutela, si voluerit, suscipiat, si tamen in viduitate permanserit; ita ut de rebus filiis debitis inventarium faciat, per quod postmodum filii hereditatem sibi debitam[b] querant. Quod si mater alium maritum acceperit, et aliquis[c] de filiis iam ad perfectam[d], id est usque ad[b] XX annorum perveniat etatem, ipse iuniores fratres sua tuitione defendat et res eorum nec ab ipsis nec ab aliis permittat[e] everti, nec aliqua neglegentia[f] deperire. Quod si eas ipse forte consumserit aut vendiderit vel donaverit aut per neglegentiam[f] suam perire permiserit, cum fratres adoleverint, ea, que per neglegentiam[f] ipsius deperierint, de sua illis portione restituat. Cui tamen de fructibus ad victum presumendi partem decimam non negamus, ut non hec, que debet minoribus reservare, nimis evertat expensis[2]. Si quas vero de suo pro communibus necessitatibus aut negotiis expensas[g] fecerit, facta presente iudice ratione, de ea, que ipsis a patre communis[h] relicta est substantia, quod expenderit consequatur. Quod si fratres eius etatis vel meriti non

II. a) *bis scr.* R 1. b) cum *add.* R 2. c) suma R 1. d) excepto tricennali obiectione *add.* R 2. e) viderent R 1.
III. a) *deest* R 2. b) *deest* R 1. c) aliqui R 1. d) perfectum R 1. e) permittet R 1. f) neclig- *pro* negleg- R 2. g) expensis R 1. h) comunis R 1.

1) *Cf. Rive, 'Gesch. d. D. Vormundschaft' I, p.* 194 *sqq.* 2) *De hoc loco v. quae disseruerunt Kraut l. c. II, p.* 56 *sq.; Rive l. c. p.* 199.

fuerint, qui defensionem suscipiant orfanorum[i], tunc patruus vel patrui filius tutele, qualem de fratribus constituimus, condicionem suscipiat. Quod si nec patruus nec patrui filius, qui digne tutelam suscipiat orfanorum, fuerit, tunc tutor ab aliis parentibus in presentia iudicis eligatur. Et sive mater tutelam, sive quicumque susceperit, presentibus testibus vel propinquis de omnibus rebus, quas pater reliquid, brevis[1] factus trium vel quinque testium suscriptione firmetur, et presentibus ipsis, qui ad brevem[k] faciendum testes interfuerint, episcopo aut presbytero, quem parentes elegerint, brebes[l] conmendetur, minoribus, dum adoleverint, reformandus. Statuentes etiam, ut, si que contra minorum personas adverse accesserint[m] actiones, his intentionibus tutor, si helegerit, debeat parare responsum. Certe si neclexerit, repetenti que postulat a iudice restituantur; salvo tamen minorum negotio, dum adoleverint, ad integrum reformandum. Ille vero, qui ad presens rem ipsam petere ceperit[n], si in iudicio, dum ipse minor adoleverit, ab eodem fuerit victus, que acceperat cum retroactorum temporum fructibus sive servitiis ipsi minori aut parentibus eius, seu ad quem ipsa facultas iuste transierit, vel cui conlata fuerit, indubitanter restituat. Et pro presumtione sua, quia, quod[o] in iudicio vindicare non valuit, *a.* petierat, insuper X solidus coactus exolvat.

IIII. FLAVIUS GLORIOSUS RECCESSVINDUS REX.

Ne tutores[a] ab eis, quos in tuitione habent, quascumque iscripturas extorquere presumant.

Dum minorum etas, in annis pupillaribus constituta, nec se nec bona sua regere posset[b], bene legibus est decretum, eos et sub tutoribus esse, et in eorum negotiis quod statuti anni debeant conputari. Quia vero quidam tutores aut suasione aut indignatione circumveniunt, quos tueri gratissime debuerunt, et de rebus reddende rationis[c] securitates accipiant vel certe diversarum obligationum scripturas ab illis exigendas in-

i) arfanorum *R* 1. k) brebe *R* 2. l) brevis *R* 2. m) *al. m. suppl.* audesserint *R* 1. n) cepit *R* 2. o) *deest hoc loco; insertum est post* valuit *R* 2.
IIII. a) tantores *R* 1. b) possint *R* 2. c) rationes *R* 1.

1) *De huiusmodi brevibus inventarii loco scriptis cf. etiam Form. Turon.* 24, *Form. p.* 148 *sq.; L. Rom. Cur. III,* 19, 4, *LL. V, p.* 340.

sistunt, quo extinctis vocibus eorum que illis conpetunt numquam inquirere vel recipere permittantur, adeo, ut melioris mercedis partem nostra clementia consequatur, dum conpetentem curam eisdem minoribus inrogare perpenditur, hec custodienda modis omnibus conditio ordinatur: ut sive in minori etate, sive etiam quamvis quartum decimum etatis annum videantur pupilli transire, tamen si tutores adhuc vel ipsos vel eorum res in sua potestate noscuntur habere, quamcumque iscripturam securitatis aut alicuius obligationis adque transactionis ipsis tutoribus vel cuicumque persone per factionem tutorum fecisse repperiantur, omnia invalida et exinanita penitus reputentur. Cum vero tempus illut advenerit, quando eum, qui sub tuitione fuit, rem in sua potestate oporteat redigere, tunc ille tutor, coram sacerdote vel iudice pupillo de cunctis rebus reddita ratione, ab eo, quem tuitus est, securitatis scripturam procuret accipere; sicque remota omni occasione pressure aut recipiat pupillus, quod iuste sibi deberi cognoverit, aut libero arbitrio de rebus suis, utrum cessionem[d], an qualem voluerit ordinare definitionem, plenam habeat libertatem. Si vero proveniat, ut, dum in tuitione est, mortali langore vexetur, quod de sibi debitis rebus iudicare helegerit, a decimo etatis sue anno iuxta ordinem, qui in alia lege est definitus[1], habeat plenissimam potestatem. De rebus vero tutoris, seu vivens, sive moriens idem tutor eas an filiis, an quibuscumque personis reliquerit, si pupillis reddita ratio non fuerit, iuxta inventarium, quod tempore accepte tuitionis est factum[e], sive quod evidenter aput tutorem fuisse extiterit manifestum, qui res tutoris habuerint, pupillis indubitanter omnia reformabunt. Huius sane legis remedium cunctis pupillis dabit indubitanter consultum, excepto si illut tempus advenerit, quando eorum vocem quinquaginario numero lex sopiri decrebit[f, 2].

IIII. TITULUS: DE EXPOSITIS INFANTIBUS.

I. Ut pro exposito infantulo ingenuo serviat qui proiecit.

d) censionem *R* 1. e) actum *R* 1. f) decrevit *R* 2.

1) *Remittitur ad II,* 5, 9. 2) *Supra c.* 2. *h. t.*

II. Si servus vel ancilla consciis vel nesciis dominis proicere videantur infantem.
III. Qui a parentibus infantulum acceperit nutriendum, quantum mercedis pro nutritione accipiat premium[a].

I. ANTIQUA[a].

Ut pro exposito infantulo ingenuo serviat qui proiecit.

Si quis puerum aut puellam ubicumque expositum misericordie contemplatione collegerit[1], et nutritus infans a parentibus postmodum fuerit agnitus, si ingenuorum filius esse dinoscitur, aut servum vicarium reddant, aut pretium[2]. Quod si facere forte neclexerint, a iudice territorii de proprietate parentum expositus redimatur, et parentes huius impietatis autores exilio perpetuo religentur. Si vero non habuerint, unde filium redimere possint, pro infantulo deserviat qui proiecit, et in[b] libertate permaneat[c] propria, quem[d] servabit pietas aliena. Hoc vero facinus[e], cum fuerit ubicumque conmissum, iudicibus et[b] accusare liceat et damnare.

II. ANTIQUA[a].

Si servus vel ancilla consciis vel nesciis dominis proicere videantur infantem.

Si[3] ancilla vel servus in fraude fortasse dominorum infantem exposuerint et ipsis insciis infantem proiecerint, infans cum fuerit nutritus, tertiam partem pretii nutritor accipiat; ita ut iuret aut probet dominus, se quod servi sui infantem exposuerint ignorasse. Si vero consciis dominis infans probatur fuisse iactatus, in eius qui nutribit[b] potestate permaneat.

TIT. IIII. a) precium *R* 2.
I. a) *deest* *R* 2. b) *deest* *R* 1. c) maneat *R* 2. d) quam *R* 1. e) finus *R* 1.
II. a) *deest* *R* 2. b) nutrivit *R* 2.

1) *Haec ad exemplum Interpretationis Legis Romanae Vis. ad C. Th. V*, 7, 2. *scripta sunt.* 2) *Cf. L. Rom. Vis. C. Th. V*, 8, 1. 3) *Prorsus aliter de eadem re statuit L. Rom. Vis. C. Th. V*, 7. 8.

III. ANTIQUA[a].

Qui a parentibus infantulum acceperit nutriendum, quantum mercedis pro nutritione accipiat premium[b].

Si quis a parentibus acceperit infantulum nutriendum, usque ad decem annos per singulos annos singulos solidos pretii pro nutrito infante percipiat. Si vero decimum annum etatis excesserit, nihil postea mercedis addatur; quia ipse, qui nutritus est, mercedem suam suo potest conpensare servitio. Quod si hanc summam qui repetit dare noluerit, mancipium in nutrientis potestate permaneat.

V. TITULUS: DE NATURALIBUS BONIS.

I. De non exheredandis filiis; et quod iudicium ferant parentes de facultatibus suis.

II. De quoda[a] parte liceat mulieribus iudicare de dotibus suis.

III. De his, que parentes tempore nuptiarum dederint.

IIII. De filiis de diversis parentibus natis, et qua discretione parentum adsequantur hereditatem.

V. De his, que filii patre vivente vel matre videntur adquirere.

I. FLAVIUS CHINDASVINDUS REX.

De non exheredandis filiis; et quod iudicium ferant parentes de facultatibus suis.

Dum inlicita queque perpetrari cognoscimus, legem ponere secuturis oportune conpellimur. Plerique enim, indiscrete viventes suasque facultates interdum vel causa luxurie vel cuiusdam male volumtatis in personas extraneas transferentes, ita inoffensos filios vel nepotes aut non gravi culpa forsitan obnoxios inanes relinquunt, ut[a] hutilitatibus publicis nihil possint omnino prodesse[b], quos oportuerat cum virtute parentum iniunctum sibi laborem inexcusabiliter expedire. Sed ne sub ac[c] occasione aut[d] hutilitati publice quandoque depereat quod

III. a) *deest R 2.* b) pretium *R* 1.
TIT. V. a) *ita R* 1 *et infra in rubrica ipsi legi praemissa E* 1; quota *R* 2.
I. a) ut, *quod add. R 2, deest R* 1. *E* 1. b) prodeesse *R* 1. c) *deest R 2.* d) ad *R* 1.

perire non debet, aut naturalis pietas suspendatur a filiis
vel nepotibus, quam circa eos exerceri conpetenter opor-
tet: ideo abrogata legis illius sententia, qua pater vel
mater aut avus sive avia in extraneam personam facul-
tatem suam conferre, si voluissent, potestatem haberent,
vel etiam de dote sua facere mulier quod helegisset in
arbitrio suo consisteret, sta[e] magis servetur a cunctis
moderata censura, qua nec parentibus vel aviis[f] adima-
tur iudicandi de rebus suis ex toto licentia, nec filios
aut nepotes a successione avorum vel genitorum ex omni-
bus repellat indiscreta volumtas. Igitur pater vel mater,
avus vel avia, quibus quempiam filiorum vel nepotum
meliorandi volumtas est, hanc servent omnino censuram[g],
v. ut super decimam partem rerum suarum melioratis filiis
aut filiabus vel nepotibus atque neptibus ex omnibus
rebus suis amplius nihil inpendant[1] neque facultatem
suam ex omnibus in extraneam personam transducant,
nisi fortasse provenerit, eos legitimos filios vel nepotes
a. non habere suprestes. Sane si filios sive nepotes ha-
bentes ecclesiis vel libertis aut quibus elegerint* de
v. facultate sua largiendi volumtatem habuerint, de quin-
tam tantum partem iudicandi potestas illis indubitata
a. manebit[2]. Exheredare[3] autem filios aut nepotes licet
pro lebi[h] culpa inlicitum iam dictis parentibus erit,
flagellandi tamen et corripiendi eos, quamdiu sunt
in familia constituti, tam avo[i] quam avie, seu patri
quam matri potestas manebit. Nam si filius filiave,
nepos, neptis tam presumtiosi extiterint, ut avum suum
aut aviam, sive etiam patrem aut matrem tam gravibus
iniuriis conentur afficere, hoc est, si aut alapa, pugno
vel calce, seu lapide aut fuste vel flagello percutiant, sive
per pedem vel per capillos ac per manum etiam vel[k]
quocumque inhonesto casu abstraere contumeliose pre-
sumant aut publice quodcumque crimen avo aut avie
seu genitoribus suis obiciant: tales, si quidem manifeste
convicti, et verberandi sunt ante iudicem[l] quinquagenis
flagellis et ab hereditate supradictorum, si idem avus

*) *Cod. R* 2: aliquid dare elegerint, de quinta tantummodo parte potestas illis indubitata manebit.

e) ista *R* 2. f) abiis *R* 1. g) *ita R* 1. *V* 5. *Lind.;* mensuram *R* 2. h) levi *R* 2. i) avo quam *des. R* 1; avi quam *R* 2. k) *deest R* 1. l) iudice *R* 1.

1) *Cf. supra* 2, 18. 2) *Cf. ibid.* 3) *Cf. Ed. Roth.* 168. 169.

aut avia, pater vel mater voluerint, repellendi. Tamen si, resipiscentes a suo excessu, veniam a suprascriptis, quibus offenderant, inploraverint, eosque in gratiam receperint paterna pietate aut rerum suarum successores instituerint, neque proiberi ab eorum hereditate, neque propter disciplinam, qua correpti sunt, infamiam poterint ullatenus sustinere.

II. FLAVIUS CHINDASVINDUS REX[a].

De quota parte liceat mulieribus iudicare de dotibus suis.

Quia[1] mulieres, quibus dudum concessum fuerat de suis dotibus iudicare quod voluissent, quedam repperiuntur spretis[b] filiis vel nepotibus easdem dotes illis conferre, cum[a] quibus constiterit nequiter eas vixisse, adeo necesse est illos exinde percipere commodum, pro quibus creandis fuerat adsumtum coniugium. Denique constituentes decernimus, ut de dote sua mulier, habens filios aut nepotes, seu causa mercedis ecclesiis vel libertis conferre, sive cuicumque voluerit, non amplius quam de quarta parte potestatem habebit. Nam tres partes legitimis filiis aut nepotibus, seu sit unus sive forsitam plures, absque dubio relictura est. De totam[c] interim dote tunc facere quod voluerit erit mulieri potestas, quando nullum legitimum filium filiamve, nepotem vel neptem suprestem reliquerit. Verumtamen femine, quas contigerit duobus viris aut amplius nubere atque ex eis filios procreare, non eis licitum erit dotem ab alio marito acceptam filiis aut nepotibus ex alio viro genitis dare; sed unusquisque filius filiave, nepos aut neptis ex illa[d] linea procreati dotem, quam avus aut pater eorum[a] concesserat, post mulieris obitum per omnia secuturi sunt.

III. FLAVIUS CHINDASVINDUS REX.

De his, que parentes tempore nuptiarum dederint[a].

Quidquid[2] indiscreta parentum volumtate decernitur, legali necesse est censura coerceatur. Idcirco, quia

II. a) *deest R* 1. b) suprestes *R* 1. c) tota interim dotem *R* 2. d) ipsa *R* 2.
III. a) dederit *R* 1.

1) *Cf. Schroeder, 'Gesch. d. ehel. Güterr.' I, p.* 153 *sq.* 2) *Cf. Schroeder l. c. p.* 124 *sq.; Dahn, 'Westg. Stud.' p.* 124.

plerumque parentalis calliditas exigit, id tempore nuptiarum filiis dare, quod quandocumque voluerint auferendi habeant potestatem, abrogata deinceps eadem, qua predictum[b] est, parentum calliditate, hac perpetim lege mansurum[c] per omnia noverint: ut, si quid seu per scripturam sive per traditionem rei — extra quod in ornamentis aut vestimentis vel[d] reliquis speciebus, sicut fieri adsolet[e], pro dignitate nuptialium federum ab aliis fuerit fortasse acceptum; quod utique commodantibus erit reddendum — in mancipiis, terris, vineis, edificiis, vestimentis adque ornamentis fuerit a parentibus sive nuptiarum tempore sive post nuptias filiis quocumque modo donatum[f], quodcumque inde filii iudicare voluerint, in eorum consistat arbitrio; eodem tantum ordine reservato[g], ut post parentum hobitum, dum filiis patuerit[h] adeunda[i] successio, excepto id, quod parentes filiis[h] iuxta leges fortasse donaverint, eadem inter heredes quoequatio fiat: ut, quod nuptiarum tempore filius vel[d] filia a parentibus iuxta predictum ordinem possidendum accepit, et licentia sit illi exinde quod voluerit iudicandi, et post parentum [obitum[k]] aderatione adibita, contropatis his, que tempore nuptiarum promeruit, adque heredibus ceteris eadem conpensata equalitate, quidquid super de parentum esse hereditate constiterit, equali teneant hac sequantur divisione.

IIII. FLAVIUS CHINDASVINDUS REX[a].

De filiis de diversis parentibus natis, et qua discretione parentum adsequantur hereditatem.

Si provenerit unum virum plures habere uxores adque ex omnibus filios procreare, et aliquem filiorum aut filiarum contingat intestatum ab hac vita discedere, facultatem eius, si filios non reliquerit vel nepotes, illi fratres vel sorores adprehensuri sunt sibique vindicaturi, quos ex uno patre et ex una matre constat esse progenitos. Talis[b] etiam ordo servabitur, si una mulier de pluribus[c] maritis filios habeat. Nam similiter[d] fratrum sororumque hereditatem, tam a[e] paterna quam a[e] ma-

b) predicta *R* 2. c) mansuram *R* 2. d) *deest* *R* 1. e) solet *R* 1. f) natum *R* 2. g) servato *R* 2. h) patuerit — filiis *om.* *R* 1. i) adeundem *R* 2. k) *deest* *R* 1. 2; *supplendum ex E.*

IIII. a) *deest* *R* 1. b) Et talis *R* 2. c) plurimis *R* 2. d) *ita* *E* 1; si mulier *pro* similiter *R* 1. 2. e) ad *R* 1.

terna successione debitam, eorum, qui ex his intestati vel absque prole sive nepotibus discesserint, illi tantum fratres sororesque habituri sunt, qui unius patris vel matris filii filieve[e] fore noscuntur; ita ut iuxta legem aliam, qua constitutum est, triantem[g] nepotes non perdere[1], licitum sit etiam nepotibus aut neptis, qui patres aut matres amiserint, in omni facultate avorum vel aviarum cum patruis aut avunculis equales succedere, illo tantum ordine permanente, quo superius decretum est, parentes vel avos de rebus suis filios nepotesque meliorare aut in extraneum quemlibet quodcumque conferre[2].

V. ANTIQUA[a].

De his, que filii patre vivente vel matre videntur[b] adquirere.

Filius, qui patre vel matre[b] vivente aliquid adquisierit sive de munificentia regis aut patronorum beneficiis promeruerit et exinde aliquid cuicumque vendere vel donare voluerit[c], iuxta eam condicionem, que in aliis nostris legibus continetur, in ipsius potestate consistat; nec sibi aliquid, dum filius vivit, exinde pater vel mater vindicare presumant[3]. Quod si inter leudes[4] quicumque nec regis beneficiis aliquid fuerit consecutus, sed in expeditionibus constitutus de labore suo aliquid adquisierit, si communis illi[d] victus cum patre est, tertia pars exinde ad patrem perveniat, duas autem filius, qui laborabit, obtineat.

f) filiaeve *E* 1; filive *R* 1; filiave *R* 2. g) *deest R* 2.
V. a) *ita R* 1. *E* 2. *V* 5, 6; *deest R* 2. *E* 1. b) videntur — matre *om. R* 1. c) valuerit *R* 1. d) illis *R* 1.

1) *Nescio, ad quam legem haec spectent. Neque vero, ut opinatus esse videtur F. Dahn, 'trians' huius legis ad 'tertiam partem' referri potest, quam ex inferioribus Legis Visig. formis editiones priores pro 'decima parte' praebent IV,* 5, 1*;* 2, 18*; v. Dahn l. c. p.* 136 *(n.* 3. 4*); cf. ibid. p.* 132 *(n.* 11*).* 2) *Cf. supra c.* 1. 3) *Cf. Ed. Roth.* 167. 4) *Haec vox hoc solo loco in Visigothorum scriptis occurrit. Cf. Dahn, 'Könige' VI², p.* 141 *sq., ubi lex perperam Chindasvindo adscribitur.*

DE TRANSACTIONIBUS.

LIBER QUINTUS.

I. TITULUS: DE ECCLESIASTICIS REBUS.

I. FLAVIUS GLORIOSUS RECCESSVINDUS REX.

De donationibus ecclesiis datis.

Si famulorum meritis iuste conpellimur debite conpensare lucra mercedis, quanto iam copiosius [a] pro remediis animarum divinis cultibus et terrena debemus inpendere et inpensa legum soliditate servare. Quapropter, quecumque res sanctis Dei basilicis aut per principum aut per quorumlibet [b] fidelium donationes conlate repperiuntur votive ac potentialiter, pro certo censetur, ut in earum iure inrevocabili modo legum eternitate firmentur.

II. ANTIQUA [a].

De conservatione et redintegratione ecclesiastice rei.

Consultissima [1] regni nostri credimus provenire remedia, dum pro hutilitatibus ecclesiarum que debeant

LIB. V. TIT. I. a) *deest R* 1.
I. a) copisiosus *R* 1; copiosis *R* 2. b) eorumlibet *R* 1.
II. a) *deest R* 2.

1) *Haec lex antiquum iuris canonici praeceptum recepisse videtur; v. Conc. Ilerd. c.* 16; *Conc. Vallet. c.* 2; *cf. etiam Conc. Tolet. IX, c.* 7—9. *Cf. F. Dahn, 'Könige' VI*², *p.* 381.

observari nostris inseri precipimus legibus. Ideoque presenti sanctione censemus, ut, mox episcopus fuerit ordinatus, statim rerum inventarium de rebus ecclesie presentibus quinque ingenuis viris facere non moretur. Quod inventarium ingenui viri, coram quibus factum fuerit, suam[b] suscriptione conroborent. Post episcopi[c] vero ipsius obitum, dum[d] alter fuerit episcopus ordinatus, secundum rerum inventarium res requirat ecclesie, et si aliquid deminutum[e] de rebus ecclesie pervenerit, proprii heredes episcopi, vel quibus facultas[f] eius pertinere vel relicta esse videtur[f], de precedentis satisfaciant facultate. Quod si et aliquid de rebus ecclesie vendere presumserit, succedens episcopus reddito pretio, quod a venditore acceptum est, cum omni augmento[g] res[g] ad ius reducat ecclesie et nullam calumniam[h] pertimescat. Quam legem et[d] de presbyteris vel diaconibus, sicut[i] superius scriptum est, in omnibus[i] observari et valere precipimus.

III. ANTIQUA[a].

De vindicionibus et donationibus eclesiasticarum rerum.

cf. Cod. Eur. 306.

Si quis episcopus aut presbyter vel quicumque ex clericis preter consensum ceterorum clericorum aliquid de rebus eclesie vendiderit vel donaverit, hoc firmum non esse precipimus, nisi ita fuerit facta vinditio sive donatio, quemadmodum sanctorum canonum instituta constituunt adque decernunt.

IIII. ANTIQUA[a].

De rebus eclesie ab his possessis, qui sunt eclesie obsequiis mancipati.

cf. Cod. Eur. 306.

Heredes episcopi seu aliorum clericorum, qui filios suos in obsequium eclesie conmendaverint et terras vel aliquid ex munificentia eclesie possederint, si ipsi in laicis reversi fuerint aut de servitio eclesie, cuius terram vel aliquam substantiam possidebant, discesserint, statim quod possidebant amittant. Sed et de omnibus clericis, qui de rebus eclesie quecumque possederint, servetur

b) sua *R* 2. c) eps *R* 1. d) *deest R* 1. e) diminutum *R* 2. f) facultates — videntur *R* 1. g) aumento rem *R* 1. h) calumnia *R* 1. i) sicut — omnibus *des. R* 2.
III. a) *deest R* 2.
IIII. a) *deest R* 2.

hec forma; ne quamvis longa possessio dominium eclesie a rebus sibi debitis quandoque secludat, quia et canonum autoritas ita conmendat. Sed et vidue sacerdotum[b] vel aliorum clericorum, que filios suos in obsequium eclesie conmendant, pro sola miseratione de rebus eclesiasticis, quas pater tenuit, non efficiantur exteri[c].

II. TITULUS: DE DONATIONIBUS GENERALIBUS.

I. Ne valeat violenter facta donatio.
II. De donationibus regis.
III. De rebus[a] marito vel uxori a rege donatis.
IIII. De rebus extra dotem uxori a marito conlatis.
V. De rebus a marito mulieri concessis, vel si mulier fuerit adulterasse detecta.
VI. De rebus traditis vel per[b] scriptura donatis.
VII. De rebus inter maritum et uxorem invicem datis.

I. ANTIQUA[a].

Ne valeat violenter facta donatio.

Donatio, que per vim et metum[b] fuerit extorta, nullam habeat firmitatem. = *Cod. Eur.* 309.

II. FLAVIUS[a] CHINDASVINDUS REX.

De donationibus regis.

Donationes regie potestatis, que in quibuscumque personis conferuntur[a] sive conlate sunt, in eorum iure persistant; quia non oportet principum statuta convelli, que convellenda esse percipientis culpa non fecerit. *cf. Cod. Eur.* 305. *a.*

III. ANTIQUA[a].

De rebus marito vel uxori a rege donatis.

Speciali iure decernitur, ut de rebus regia donatione conlatis, si in nomine mariti fuerit conscripta donatio, nihil sibi exinde mulier, excepto quod in dotem[b] perceperit, debeat vindicare. Idemque etsi in nomine mulieris inveniatur facta donatio, nihil sibi vir exinde

b) sacerdotum — clericorum *des. R* 2. c) *ita R* 1; *deest R* 2; extorres *rell.*
TIT. II. a) ribus *R* 2. b) pro scripturam *R* 2.
I. a) *deest R* 2. b) metu *R* 2.
II. a) *Inscriptio deest R* 2. b) transferuntur *R* 1.
III. a) *deest R* 2. b) dote *R* 2.

post eius obitum adtemtet aliquatenus usurpare vel iuri proprio mancipare, nisi quod meruerit uxoris largitate percipere.

IIII. ANTIQUA[a].

De rebus extra dotem uxori a marito conlatis.

Si[1] mulier a marito extra dotem de quibuscumque rebus, quacumque donatione vel profligatione conquesitis[b] aut illi debitis, quoquo tempore quodcumque donatum acceperit, si filii de eodem coniugio fuerint procreati, mulier usque ad diem obitus sui secura possideat et de quinta tantumdem parte earum rerum faciendi quod voluerit potestatem obtineat; post obitum vero suum reliqua integra et intemerata filiis ex ipso viro procreatis derelinquat et nulla occasione quicquam[c] exinde, excepto, ut dictum est, quintam[d] partem, quidquam aliut mulier alienare presumat. Quod si ex ipso coniugio filii non fuerint procreati, quidquid mulier de rebus sibi donatis facere elegerit, liberam habeat potestatem. Ceterum si intestata discesserit, ad[e] maritum eius, si suprestis extiterit, donatio revertatur. Sin autem maritus non fuerit, ad heredes mariti, qui donationem fecit, eadem donatio pertinebit. Simili ratione et de viris precipimus custodiri de his, que ab uxoribus tempore quocumque donata perceperint.

a. v.

d.

a.

V. ANTIQUA[a].

De rebus a marito mulieri concessis, vel si mulier fuerit[b] adulterasse detecta.

= Cod. Eur. 319.

Maritus[1] si uxori sue aliquid donaverit, et ipsa post obitum mariti sui in nullo scelere adulterii fuerit conversata, sed in pudicitia permanserit, aut certe si ad alium maritum honesta coniunctione pervenerit, de rebus sibi a marito donatis possidendi et post obitum suum, si filios non habuerit, relinquendi cui voluerit habeat potestatem. Ceterum si filios non relinquens intestata discesserit, aut ad maritum eius, si suprestis extiterit, aut ad[c] heredes mariti, qui donationem conscripsit, ea-

a.

IIII. a) *deest R 2.* b) conquisitis *R 2.* c) *deest R 1.* d) quinta *R 2.* e) aut marito *R 2.*
V. a) *deest R 2.* b) *bis scr. R 1.* c) *deest R 1.*

1) *Cf. Dahn, 'Westg. Stud.' p.* 124 *sq.*

dem donatio pertinebit. Si autem per adulterium seu per inhonestam coniunctionem se miscuisse convincitur, quidquid de facultate mariti sui fuerat[d] consecuta, totum incunctanter amittat, et ad heredes donatoris vel ad filios legitimos revertatur.

VI. FLAVIUS CHINDASVINDUS REX.

De rebus traditis vel per scripturam donatis.

cf. Cod. Eur. 308.

Res donatae, si in presentia[a] testium tradite sunt, nullo modo repetantur a donatore. Quod si etiam provenerit, ut[b] quod donatur[c] longe sit positum[1], pro[d] id[e] donatio evacuari non poterit, quia tunc videtur vera esse traditio, quando iam aput illum[d] scriptura donatoris habetur, in cuius nomine conscripta dinoscitur. Hoc tantum observandum est, ut si donator dixerit, nec dedisse nec direxisse iscripturam[f], sed sublatam sibi fuisse, tunc ille, cui res donate sunt, per testem convincat ab ipso donatore eandem aut traditam sibi aut directam vel[g] ex eius voluntate in potestate sua redacta[g], et dum probaberit, stabilis habeatur. Quod si probare ne- *a.* clexerit, invalida remanebit, si tamen qui donabit voluerit. Illut sane addi placuit, ut si quisque scripturam de suis rebus in quibuslibet personis ediderit, si eam vivendo illi, in cuius nomine iscripta[h] est, non tradiderit, quamlibet tradita non sit, tamen dum post eius obitum repperta fuerit, ille sibi eam vindicabit cum omnibus rebus, que ibi conscripte sunt, in cuius nomine donator eam fieri voluisse cognoscitur. Quoniam iustum omnino est, ut talis scriptura robor plenitudinis habeat, quam vivens donator ita salvabit[i], ut nequaquam videatur *a.* aliquatenus inmutata. Quod si ipsum, cui res donate fuerant, fatalis casus ab hac vita subduxerit, antequam rem sibi donatam caperet, ad donatorem vel ad heredes donatoris res ipsa pertineat. Qui vero sub hac occasione largitur, ut eandem rem ipse, qui donat, usufructuario

d) fuerit *R* 1.
VI. a) presenti *pro* p. t. *R* 2. b) *deest* *R* 1. c) donator *R* 2. *E* 1. d) pro — illum *des.* *R* 1. e) *ita* *R* 2. *E* 1. f) scripturam *R* 2. g) vel — redacta *des.* *R* 1. h) scripta *R* 2. i) salvavit *R* 2.

1) *Cf. L. Rom. Vis. C. Th. III*, 1, 4. *Interpr.:* Quaecumque persona ... si villam ... vendiderit et forsitan postea opponere velit, quod minus pretii acceperit, quam res valebat, quia forte agrum quem vendidit longe positus ignorasse se dicat, non ideo venditio poterit revocari.

iure possideat, et ita post eius mortem ad illum, cui donaverit, res donata pertineat, quia[k] similitudo est testamenti, habebit licentiam inmutandi volumtatem suam, quando voluerit, etiam si in nullo lesum fuisse se dixerit. Ille vero, qui falsa donatione circumventus aliquid in utilitatem donatoris expendit[l], aut ab ipso donatore recipiat, aut ab eius heredibus, ne iniuste damna sustineat, qui lucrum se habere de inani promissione putabat.

VII. ANTIQUA[a].

De rebus inter maritum et uxorem invicem datis.

= Cod. Eur. 307.

Maritus si uxori sue aliquid donaverit, de hoc, quod ipsa[b] sibi[a] habere voluerit, scriptura manus sue[c] suscriptione vel signo confirmet, ita ut duo aut tres testes ingenui suscriptores vel signa facientes accedant; et sic volumtas ipsius habeat firmitatem. Similis et de uxoris volumtate, que in maritum conferre voluerit, donationis hec forma servetur, si tamen violenter a viris non fuerit exacta donatio; servata legum in omnibus sanctione, que in decernendis facultatibus dinoscitur ordinata consistere.

III. TITULUS: DE PATRONORUM DONATIONIBUS.

I. ANTIQUA[a].

Si his, qui in patrocinio constitutus est, vel filii eius patronum aut filios patroni relinquant[b].

= Cod. Eur. 310.

Si quis ei, quem in patrocinio habuerit, arma dederit vel aliquid donaverit, aput ipsum que sunt do-

k) qui *R* 1. l) *ita* *R* 1. *E* 1; expendidit *R* 2.
VII. a) *deest* *R* 2. b) *lege:* ipsam. c) manue *pro* m. sue *R* 1.
TIT. III. a) filiis *R* 1. b) patrono *R* 1. c) *deest* *R* 1.
I. a) *deest* *R* 2. b) relinquat *R* 1.

nata permaneant. Si vero alium sibi patronum helegerit, habeat licentiam, cui se voluerit conmendare; quoniam ingenuo homini non potest proiberi, quia[c] in sua potestate consistit; sed reddat omnia patrono[d], quem deseruit[e]. Similis et circa filios patroni vel filios eius, qui in patrocinio fuit, forma servetur: ut, si tam ipse, qui in patrocinio fuit, quam filii eius filiis patroni obsequi voluerint, donata possideant[f]. Si vero patroni filios vel nepotes ipsis nolentibus crediderint relinquendos, reddant universa, que parentibus[g] eorum a patrono donata sunt. Quicumque autem in patrocinio constitutus sub patrono aliquid adquisierit, medietas ex omnibus in patroni vel filiorum eius potestate consistat; alia vero medietatem idem buccellarius, qui adquisibit, obtineat. Quod si buccellarius filiam tantummodo reliquerit et filium non reliquerit, ipsam in potestate patroni manere[h] iubemus; sic tamen, ut ipse patronus equalem provideat, qui eam sibi possit in matrimonium[i] sociari; et quidquid patri vel matri eius fuerat datum, ad eam pertineat. Quod si ipsa sibi contra volumtatem patroni inferiorem forte[k] elegerit, quidquid patri eius a patrono fuerit donatum vel a parentibus patroni, patrono vel heredibus eius restituatur.

II. ANTIQUA[a].

De armis, que dantur saionibus in patrocinio constitutis, et de adquisitionibus eorum.

Arma, que saionibus pro obsequio donantur, nulla ratione a donatore repetantur; sed illa, que, dum saio est, adquisivit, in patroni potestate consistant. = *Cod. Eur.* 311.

III. ANTIQUA[a].

De rebus in patrocinio conquisitis vel a patrono conlatis.

Sicut supra dictum est[1], si quis cum aliquo patrocinii causa consistat, et aliquid, dum cum eo habitat, adquisierit, si ei[b] infidelis inveniatur vel eum derelin-

c) qui *R* 1. d) patro *R* 1. e) servit *R* 2. f) possideat. Si uero patroni obsequi uoluerint donata possideat *R* 1. g) patribus *R* 2. h) eese *R* 2. i) matrimonio sociare *R* 2. k) fortem *R* 1.
II. a) *deest R* 2.
III. a) *deest R* 2. b) et *R* 1.

1) *V. supra c.* 1.

quere voluerit, medietas adquisite rei patrono tradatur; aliam vero medietatem qui adquisivit obtineat, et quidquid ei ipse[c] donaverit, recipiat.

IIII. ANTIQUA.

De rebus in patrocinio acceptis et conquisitis.

Ita ut supra premissum est[1]: quicumque patronum suum reliquerit et ad alium se forte contulerit, ille, cui se conmendaverit, det ei terram; nam patronus, quem reliquerit[a], et terram et que ei dedit obtineat.

IIII. TITULUS: DE CONMUTATIONIBUS ET VENDITIONIBUS.

I. Ut ita valeat commutatio, sicut et emtio.
II. Ut, si non fuerit idoneus venditor, fideiussor detur.
III. Ne valeat violenter facta venditio.
IIII. Si arris datis pretium non fuerit inpletum.
V. Si pars pretii data non fuerit.
VI. Si fraus in pretio rei vendite fiat.
VII. Si dicat quis rem suam vili pretio vindidisse.
VIII. De his, qui aliena vendere vel donare presumserint.
VIIII. Quod rem in contentione positam non liceat vindere vel donare.
X. Si se permittat ingenuus venundare.
XI. De viris ac mulieribus ingenuis a servo vel ingenuo venditis.
XII. Non licere parentibus filios suos quocumque contractu alterius dominio subiugare.
XIII. De servorum vinditis rebus.
XIIII. Si servus venditus in priorem dominum crimen obiciat.
XV. Ut servi venditi facultatem dominus querat[a].
XVI. Si servus sit de suo peculio emtus.
XVII. Ut nullus servum suum vendat invitus.

c) *deest* *R* 2.
IIII. a) relinquerit *R* 1.
TIT. IIII. a) requirat *R* 1.

1) *V. supra c.* 1.

XVIII. Si servus pro crimine cocumque[b] contractu ad dominium transierit alterius.
XVIIII. De non alienandis privatorum et curialium[c] rebus.
XX. Si res ille vendantur aut donentur, que prius debuerant per iudicium obtineri[d].
XXI. De mancipiis ab hostibus occupatis ac venditis.
XXII. Quo[e] presens[f] liber debeat pretio[g] conparari.

I. ANTIQUA[a].

Ut ita valeat commutatio, sicut et emtio.

Commutatio, si non fuerit per vim et metum extorta, talem qualem et emtio habeat firmitatem. = *Cod. Eur.* 293.

II. ANTIQUA[a].

Ut, si non fuerit idoneus venditor, fideiussor detur.

Si venditor non sit idoneus, ingenuum[b] fideiussorem dare debebit emtori, et emtio habeat firmitatem. = *Cod. Eur.* 295.

III. ANTIQUA[a].

Ne valeat violenter facta venditio.

Venditio per scripturam[b] facta plenam habeat firmitatem. Ceterum, si etiam scriptura facta non fuerit, et datum pretium presentibus testibus conprobetur, et plenum habeat emtio roborem. Vinditio vero, si fuerit violenter et per metum extorta, nulla valeat ratione. = *Cod. Eur.* 286.

IIII. ANTIQUA[a] EMENDATA.

Si arris datis pretium non fuerit inpletum.

Qui[1] arras pro quacumque re acceperit, id cogatur inplere, quod placuit. Emtor vero, si per egritudinem aut gravem necessitatem, que vitari non potuerunt, ad *cf. Cod. Eur.* 297.

b) quocumque *R* 2. c) curialibus *R* 1. d) obtinere *R* 1. e) Quod *R* 2. f) preses *R* 1. g) pretium *R* 1.
I. a) *deest R* 2.
II. a) *deest R* 2. b) idoneum *R* 2.
III. a) *deest R* 2. b) scriptura *R* 1.
IIII. a) A. em. *des. R* 2.

1) *Lex, quae non sine causa 'Antiqua emendata' dicitur, valde mutata ex Codice Eurici recepta est.*

constitutum non occurrerit diem, quem voluerit pro se dirigat, qui pretium tempore definito perconpleat. Quod si constituto die nec ipse successerit, nec pro se dirigere voluerit, arras tantummodo recipiat, quas dedit, et res definita non valeat.

V. ANTIQUA[a].

Si pars pretii data non fuerit.

= Cod. Eur. 296.

Si pars pretii data est et pars promissa, non propter hoc vindicio facta rumpatur; sed si emtor ad placitum tempus non exibuerit pretii reliquam portionem, pro pretii partem[b], quam debet, solvat usuras; nisi hoc forte convenerit, ut res emta venditori debeat reformari.

VI. FLAVIUS GLORIOSUS RECCESSVINDUS REX.

Si fraus in pretio rei vendite fiat.

Si in contractu vinditionis minus pretium datum fuerit[a], et per fraudem aut etiam contra volumtatem vendentis[b] amplius datum pretium[a] nuntietur[1], quantum de iusto pretio fraudatum est, tantum duplum emtor restituat venditori[c].

VII. ANTIQUA[a].

Si dicat quis, rem suam vili pretio vindidisse.

= Cod. Eur. 294.

Vinditionis hec forma servetur, ut seu res aliquas[b], vel[c] terras seu[c] mancipia vel quodlibet animalium genus venditur, nemo propterea firmitatem vinditionis inrumpat, eo quod dicat, rem suam vili pretio vindidisse.

VIII. ANTIQUA[a].

De his, qui aliena vendere vel donare presumserint.

= Cod. Eur. 289.

Quotiens de vendita vel donata re contentio commovetur, id est, si alienam fortasse rem vendere vel donare quemcumque constiterit, nullum emtori preiudi-

V. a) *deest R* 2. b) parte *R* 2.
VI. a) fuerit — pretium *des. R* 2. b) venditoris *R* 2. c) emtori *R* 1.
VII. a) *deest R* 2. b) *ita R* 2. *E* 1; alias *R* 1. c) *ita R* 1. *E* 1; sive terrae vel *R* 2.
VIII. a) *deest R* 2.

1) *Legem spectare ad venditionem per procuratorem servum factam, monuit F. Dahn, 'Westg. Stud.' p.* 103. *Cf. autem Ratchis Leg. c.* 8.

cium fieri poterit. Sed ille, qui alienam rem vendere vel donare presumsit, duplam rei domino cogatur exolvere; emtori tamen quod accepit[b] pretium redditurus. *a.* Et quidquid in profectum[c] conparate rei emtor vel qui donatum accepit studio sue hutilitatis adiecerat, a locorum iudicibus extimetur, adque ei, qui laborasse cognoscitur, a venditore vel a donatore iuris alieni satisfactio iusta reddatur. Similis scilicet et de mancipiis vel omnibus rebus adque brutis animalibus ordo servetur.

VIIII. ANTIQUA[a].

Quod rem in contentione positam non liceat vindere vel donare.

Rem in contentione positam, id est, quam alter aut repetere cepit aut recipere rationabiliter potuerat[b], non liceat nec[a] donare nec vindere nec aliquo loco transferre. = *Cod. Eur.* 298.

X. ANTIQUA[a].

Si se permiserit ingenuus vendere.

Quicumque ingenuus se vindi[b] permiserit, et pretium cum venditore partitus est, ut circumveniret emtorem, proclamans postea nullatenus audiatur; sed in ea, qua[c] voluit, servitute permaneat; quoniam non est dignus, ut liber sit, qui se volens subdidit servituti. *a.* = *Cod. Eur.* 300.

XI. ANTIQUA[a].

De viris ac mulieribus ingenuis a[b] servo vel ingenuo venditis.

Si ingenuus ingenuum vendere vel donare presumserit, huiusmodi presumtorem iudex conprehendere non moretur, ita ut ingenuus ille, in statum suum[c] redactus[d], centum auri solidos a presumtore percipiat; quod[e] si non habuerit unde conponat, C flagellis publice verberatus, in potestate eius serviturus tradatur, quem vendere aut donare presumserat. Servus autem in ingenuam personam talia facere fortasse presumens, conprehensus a iudice, ducentorum flagellorum hictibus publice verbe- *cf. Cod. Eur.* 290.

b) acceperit *R* 1. c) profectu *R* 2.
VIIII. a) *deest R* 2. b) poterat *R* 2.
X. a) *deest R* 2. b) vendi *R* 2. c) *ita R* 1. *E* 1; quod *R* 2.
XI. a) *deest R* 2. b) *ita E; deest R* 1; ac *R* 2. c) *deest R* 1. d) reductus *R* 2. *E* 1. e) aut *R* 2. *E* 1.

retur et decalvatus turpiter eius perenniter servitio addicatur[f]; adque etiam de mulieribus ingenuis venditis vel donatis huius ordinis forma servetur.

XII. ANTIQUA[a].

Non licere[b] parentibus filios suos quocumque contractu alterius dominio subiugare.

= *Cod. Eur.* 299.

Parentibus filios suos vendere non liceat aut donare vel obpignorare[c]. Nec ex illis aliquid iuri[d] suo defendat ille, qui acceperit; sed magis pretium vel sepositionis commodum, quod dederat, perdat qui a parentibus filium conparavit.

XIII. FLAVIUS CHINDASVINDUS REX.

De servorum vinditis rebus.

Res iuris alieni sine domini volumtate ab eo, qui non habet distrahendi personam[1], alienari non patimur. Ideoque, cum promulgata sanctio iuris antiqui[2] non sine dominorum dispendio servorum venditiones in irritum preceperit devocari, providentiori[a] decreto consulimus, si leges patrias ad equitatis regulam redigamus; sitque[b] melius earum[c] statuta corrigere, quam cum eis pariter oberrare. Quapropter, si quis servum vel ancillam alienam sciens, ab eis deinceps domum, agrum vel vineam seu mancipium sub quacumque definitionem[d] perceperit, donatio siquidem vel sepositio de talibus personis contracta non valeat, ita ut[e] nec datum commodum pro sepositione reddatur; venditio vero cum dispendio conparantis inrupta sic ad servi vel ancille dominum in integrum revocetur, ut emtor pretium ex omnibus perdat. Iuste enim[f] quod per ambitionem dederat videtur amittere, qui suo dominio rem census alieni nititur adplicare. Predicte vero serviles persone si animalia quelibet bruta vendiderint, seu res quascumque vel ornamenta distraxerint, que tamen, aut sui sint peculii aut a dominis suis vel aliis negotiandi hoccasione distrahenda

f) abdicatur *R* 1.
XII. a) *deest R* 2. b) liceat *R* 1. c) pignerare *R* 2. d) iuris *pro* iuri suo *R* 2.
XIII. a) prudentiori *R* 1. b) sicque *R* 2. c) eorum *R* 1. d) definitione *R* 2. e) *deest R* 1. f) etenim *R* 1.

1) *Persona = facultas, licentia; cf. Ducange s. v.* 2) *V. Cod. Eurici c.* 287.

perceperint, ita perrenniter firma subsistant, ut, si dominus eiusdem servi vel ancille, qui vendidit, rescindere venditionem ipsam voluerit, seu rem, que vendita est, non servi peculium, sed sui esse proprii dominii adseruerit, non aliter vinditio rescindatur, nisi ille, qui rescindendam venditionem proponit, aut per testes legitimos aut per sacramentum suum, non servi peculium, sed suum proprium doceat esse, quod querit, et sine volumtate sua venditum fuisse, quod adquirere cupit. Et hoc quidem de vilibus et parvis rebus; nam de maioribus et necessariis in domini potestate erit infringere aut stabilire negotium.

XIIII. ANTIQUA [a].

Si servus venditus in priorem dominum crimen obiciat.

Si quis servum suum vendiderit, et ipse servus priori domino aliquod [b] crimen obiecerit, ille, qui vendidit, recipiat quem vendiderat, pretium redditurus emtori, ut [c] ipse in servo suo crimen, quod sibi obiectum est, inquirere vel vindicare istudeat [d]. Id autem et de ancillis precipimus custodiri. Idem tamen servus vel ancilla, seu venditi, sive donati vel commutati, in priorum dominorum capite non torqueantur, neque credantur eis, si prioribus dominis crimen obiecerint. = *Cod. Eur.* 288.

XV. ANTIQUA [a].

Ut servi venditi facultatem dominus querat.

Si quis servum suum vendiderit, eius nesciens facultatem, habebit inquirendi liberam potestatem, ut sibi vindicet ille, qui vendidit, cum potuerit invenire rem servi venditi. = *Cod. Eur.* 291.

XVI. ANTIQUA [a].

Si servus sit de suo peculio emtus.

Si [b] servus de suo peculio fuerit emtus, et hoc dominus eius forte nescierit, de domini sui potestate non exeat; quia non pretium, sed res servi sui dominus, dum ignorat, accepit. = *Cod. Eur.* 292.

XIIII. a) *deest R 2.* b) aliquo *R 1.* c) et *R 1.* d) studeat *R 2.*
XV. a) *deest R 2.*
XVI. a) *deest R 2.* b) *deest textus huius capitis cum rubrica sequentis R 2.*

XVII. ANTIQUA[a].

Ut nullus servum suum vendat invitus[a].

Sepissime[1] leges oriuntur ex causis, et cum aliquid insolite fraudis existit, necesse est contra notande calliditatis astutiam preceptum nove constitutionis opponi. Conperimus multorum servos vel ancillas ad eclesiam quorumdam sollicitatione confugere et illic de iniusto dominorum imperio sepissime querellari, ut ita intercedentibus clericis religionis obtentu domino necessitatem vinditionis extorqueant. Hic etiam plerumque[b] domino error inponitur, ut aut clericus aut quicumque alius se velut emtor interponat, pretium traditurus alienum, et sub huius argumentationem[c] conludii interdum domino nesciente servus vendatur inimico, adque eveniat[d], ut in vicina forsitam loca constitutus, eum ille possideat, qui publice nullatenus ad contractum vinditionis accessit. Proinde hac profuturam[e] omnibus lege sancimus, ut nullus servum suum vendat invitus; sed clericus aut eclesie custus[f], sicut in aliis legibus continetur[2], excusatum a culpa domino servum amota dilatione restituat. Satis enim videtur indignum, ut in eo loco servi contumaciam rebellionis adsumant, ubi castigationis disciplina et obtemperandi predicantur exempla. Si quis itaque dominum suum in hunc inducit errorem, pretium qui per suppositam personam conparavit amittat; quod ille aut ipso[g] conmercii tempore, qui inducebatur, usurpet[h] sue proprietati habiturus, aut si hoc, posteaquam fuerat inductus, agnoverit, iudicis exsequutione[i] percipiat et servum nihilhominus sue vindicet potestati. Hic autem, qui se ministrum fraudulenter vinditionis ingessit, alium paris meriti servum domino, cui instruxit insidias, reformare cogatur, et tam notande fraudis inprobitas precepti huius quoerceatur[k] obiectu.

XVIII. FLAVIUS CHINDASVINDUS REX.

Si servus pro crimine quocumque contractu ad dominium transierit alterius.

Non pretermittendum est legali sanctione decernere, unde plerumque inpugnationis occasio videtur

XVII. a) *deest rubrica R 2.* b) plerique *R* 1; ut ita intercedentibus clericis — necessitatem *de supra repetita etiam hoc loco perperam addunt R* 1. 2. c) argumentatione *R* 2. d) deveniat *R* 1. e) profutura *R* 2. f) custos *R* 2. g) in ipso *R* 1. h) usurpet et *R* 1. i) exsecutione *R* 2. k) coerceatur *R* 2.

1) *Cf. Dahn, 'Könige' VI*^{2}, *p.* 376. 2) *V. infra IX,* 3, 3. 4.

existere. Idcirco, si criminis reatu[a] servus obnoxius ad alterum fortasse dominum donationis, vinditionis aut commutationis titulo transierit serviturus, idem[b] prior dominus aut servum pro culpa tradere aut pro eo conponere conpellendus est. Nam qui talem servum conparasse dinoscitur, si respondere vel satisfacere pro crimine eius noluerit, hunc priori domino pretio recepto restituet. Ipse quoque pro sceleri servi redditurus est petenti responsum, sub cuius dominio servum constiterit perpetrasse reatum.

XVIIII. FLAVIUS CHINDASVINDUS REX.

De non alienandis privatorum et curialium rebus.

Si[1] cura rei familiaris omitti non debet, quanto magis hutilitatis publice, quam semper exerceri vel augeri necesse est. Curiales igitur vel privati[a. 2], qui caballos ponere[3] vel in arca publica functionem exolvere consueti sunt, numquam quidem facultatem suam vendere vel donare vel commutatione aliqua debent alienare. Tamen si contigerit aut volumtate aut necessitate eos alicui[b], sive vinditione aut donatione seu commutatione omnem suam facultatem dare, ille, qui acceperit, censum illius, a quo accepit, exolvere procurabit et hanc ipsam summam census eiusdem scripture sue ordo per omnia continebit. Sed et qui medietatem facultatis talium personarum vel partem aliquam in mancipiis, terris, vineis domibusque perceperit, iuxta quantitatem accepte rei functionem publicam inpleturus est[d]. Qui[e] autem de talibus personis accipiens aut per scriptura[f] illius, a quo accepit, non ostenderit, quid exinde functionis exolvat,

XVIII. a) reatum *R* 1. b) hisdem *R* 1.
XVIIII. a) pribati *R* 1. b) aliqui *R* 1. c) facultatulam *R* 2, *e corr. E* 1. d) *deest R* 1. e) Quin *R* 1. f) scripturam *R* 1.

1) *Cf. ad hanc legem F. Dahn l. c. p.* 308 *sqq.* 2) *De curialibus cf. Dahn l. c. p.* 306 *sqq.; Helfferich, 'Westg. R.' p.* 122 *sqq. — De privatis cf. Dahn l. c. p.* 314*; Hegel, 'Städteverf. in Italien' II, p.* 328: *privati = possessores Romani, qui non erant curiales. Isidori Etym. IX,* 4, 30: privati sunt extranei ab officiis publicis; est enim nomen magistratum habenti contrarium; et dicti privati, quod sint ab officiis curiae absoluti. *Locus noster ad tales privatos spectare videtur, qui fundos curialium publicis functionibus obnoxios acquisiverant. Aliter Helfferich p.* 124. 160 *sq.* 3) *Sc. ad cursum publicum. De cursu publico Romano a Gothis servato cf. Dahn l. c. p.* 285 *sq.*

aut vel uno forsitan anno reddere censionem ipsam distulerit: mox ut[g] regis auditibus sive comitis aut iudicis huius rei actio innotuerit, possessor admisso[h] pretio, vel si quid econtra dederat, id etiam, quod accepit, ex omnibus perdat; ita ut principis potestas, seu illi, qui dederat, reddere voluerit, sive alii, fortasse conferre licentiam habeat. Ipsis interim curialibus vel privatis inter[i] se vendendi, donandi vel commutandi ita licitum erit, ut ille, qui acceperit, functionem rei accepte publicis hutilitatibus inpendere non recuset. Nam plebeis[1] glebam suam alienandi nullam umquam potestas manebit, admissurus[k] procul dubio pretium, vel si quid contigerit accepisse, quicumque post hanc legem vineas, terras, domosque seu mancipia ab officii huius hominibus[l] accipere quandoque presumserit.

XX. ANTIQUA[a].

Si res ille vendantur aut donentur, que prius debuerint[b] per iudicium obtineri.

cf. Cod. Eur. 312.

Si[2] quis rem, que est per iudicium repetenda, priusquam adversarium iudicialiter superaret, ita vendiderit vel donaverit alicui aut forsitan tradiderit occupandam, ut absque audientia iudicantis privetur dominium possessoris: ipse qui possedit per exsecutionem[c] iudicis, rem, que occupata fuerat, statim recipiat, nec de eius postmodum repetitione contendat, etiam si bona sit causa petentis. Ille vero, qui hoc[d] vendidit aut donabit[e] vel occupari precepit, quod iuste vindicare nullatenus potuit, eiusdem meriti rem aut pretium ei, a quo victus fuerit, repensare cogatur; quia rem, antequam vindicaret[f], fecit invadi.

XXI. FLAVIUS GLORIORUS RECCESSVINDUS REX.

De mancipiis ab hostibus occupatis hac venditis.

Quecumque mancipia de regionibus nostris ab adversis hostibus extiterint hoccupata, si ab hominibus

g) ut *deest R* 2. *E* 1. h) amisso *R* 2. i) integre *R* 1 *pro* inter se. k) amissurus *R* 2. l) omnibus *R* 1.
XX. a) *deest R* 2. b) debuerunt *R* 2. c) excusationem *R* 2. d) *deest R* 1. e) donavit *R* 2. f) *ita R* 1. *E* 1; vinceret *R* 2.

1) *Plebei vocantur coloni glebae adscripti; cf. Hegel l. c.; Helfferich l. c. p.* 124. 160*; Dahn l. c. p.* 314. 2) *Animadvertendum est, quanto discrepet haec lex 'antiqua' a genuina Eurici constitutione.*

regni nostri repperiantur excusa, ille, qui ab oste abstulit, ex quo unumquodque[a] mancipium valere iuste constiterit, tertiam partem pretii habeat, mancipia domino nihilhominus reddat. Quod[1] si venditum ab hostibus mancipium fuerit acceptum, cum iuramentum[b] manifestetur pretium datum; hac[c] tunc ille, qui dedit, integrum pretium et quantum mancipium melioravit[d] acceptum, a domino recipiat moxque illi suum mancipium inexcusabiliter reddat.

XXII. FLAVIUS GLORIOSUS RECCESSVINDUS REX.

Quo presens liber debeat conparari pretio.

Ut omnis[a] de cetero et[b] inprobitas distrahentis et dispendium temperari possit emtoris, id presenti[c] sanctione decernitur legis scilicet, ut cuicumque[d] hunc *a. v.* codicem constiterit venundari, non amplius quam sex solidorum numerum accipere venditori vel dare licebit ementi. Si quis vero super hunc pretii numerum accipere vel dare presumserit, C flagellorum hictibus a iudice verberari se noverit.

V. TITULUS: DE COMMENDATIS ET COMMODATIS.

XXI. a) unumquoque *R* 1. b) iuramento *R* 2. c) hac — pretium *des.* *R* 1. d) meliorabit *R* 2. *E* 1.
XXII. a) omni *R* 1; hominis *R* 1. *E* 2. b) *deest* *R* 1. c) presentis *R* 1. d) *ita* *R* 1. *E* 1; quicumque *R* 2.
TIT. V. a) naufragium *R* 2. b) nescieti *R* 1.

1) *Cf. Leges Burg. Extrav.* 21, *c.* 9, *LL. Nat. II, p.* 121.

I. ANTIQUA [a].

De [b] animalibus in custodiam placita mercede [c] susceptis.

= *Cod. Eur.* 278.

Si quis caballum vel bovem aut quodlibet animalium genus placita mercede ad custodiendum susceperit, si id perierit, aliud eiusdem meriti ille, qui conmendata vel commodata suscepit, exolvat; si tamen mercedem fuerit pro custodia consecutus vel pro conducto. Quod si ille, qui nullum placitum pro mercedem susceperat, rem mortuam esse probaverit, nec ille mercedem accipiat [d], nec ab illo [e] aliquid requiratur; ea tamen ratione, ut prebeat sacramentum ille, qui conmendata susceperat, quod non per suam culpam neque per neglegentiam animal morte consumtum [f] sit, et nihil cogatur exolvere. Eadem et de commodatis [g] forma servetur.

II. ANTIQUA [a].

De animalibus in angariam prestitis.

= *Cod. Eur.* 279.

Si quis alicui iumentum aut caballum vel aliud animal prestiterit, et per aliquam infirmitatem aput eum, qui accepit, moriatur, sacramentum prebere debeat [b], quod non per suam culpam neque per neglegentiam morte consumtum [c] sit, et nihil cogatur exolvere. Si autem nimium sedendo vel fasces carricando aut quocumque honere vel percussione mortuum fuerit, eiusdem meriti animal domino sine aliqua excusatione restituat. Si vero prestitum animal alicui aliquid debilitatis intulerit vel damni, ille conponat, qui eum aput se susceptum habuisse dinoscitur.

III. ANTIQUA.

De rebus prestitis, incendio vel furto exterminatis.

= *Cod. Eur.* 280.

Si alicui aurum, argentum vel ornamenta vel species fuerint conmendate, sive custodiende tradite, aut forte

I. a) *deest R 2.* b) *rubrica deest R 2.* c) *deest R 1.* d) recipiat *R 2. E.* e) alio *R 1.* f) consumtus *R 1.* g) comodatis *R 1.*
II. a) *deest R 2.* b) debebat *R 2*; debet *A*; debuit *E 1.* c) consumtus *R 1.*

vindende, id si perierit, vel in domo ipsius, qui accepit, cum rebus eius fuerit incendio concrematum, una cum testibus veniat et brevem det ille, qui conmendata susceperat, et preveat[a] sacramentum, quod nihil exinde suis profuisset conpendiis, et nihil cogatur exolvere, excepto aurum et argentum, quod ardere non potuit. Et si quis, dum domum flamma consumit, se quasi auxilium prebiturus ingesserit et aliquid[b] forte rapuerit, dominus domus diligenter inquirat, et si eum invenire potuerit, ille, qui rapuerit, in quadruplum rapta restituat[1]. Et si de conmendatis rebus aput susceptorem aliquid forte reppererit, domino restituere non moretur. Si vero que conmendata fuerant furto probatur[c] ablata, ei, qui conmendata susceperat, spatium tribuatur, ut ordo docet, donec furem sua[d] investigatione perquirat. Et si eum invenerit, conmendatori res suas proprias tantummodo reformare cogatur; conpositio vero furti ad eum, qui habuit conmendata, pertineat. Certe, si fur non fuerit infra istatutum[e] tempus inventus, medietas rerum conmendatarum domino a[f] suscipiente reddatur, ut[g] damnum ex medio utrique[h] sustineant. Et si postmodum dominus rerum aput eum, cui conmendaverat, que fuerant subpressa forte reppererit, cum hec ille se prius dixerit perdidisse vel furto[i] fuisse sublata, sicut fur pro his, que celabit, secundum legum statuta conpositionem inplere cogatur.

IIII. ANTIQUA.

De pecunia perdita et usuris eius.

= *Cod. Eur.* 281.

Si quis pecuniam sub cautione[a] susceperit, daturus usuras, si per casu[b] pecunia perierit, non culpa aut neglegentia debitoris, ille, qui pecuniam conmendavit, solam pecunie summam recipiat et non requirat usuras. Si vero per[c] ipsius fraude vel culpa[d] factum est, et pecuniam et usuras solvat. Quod si aliqua lucra est ex ea pecunia consecutus, et postmodum contingat, ut pecuniam pereat, si tanta sunt lucra, quanta pecuniam[e] fuit, et pecuniam et usuras restituat.

III. a) prebeat *R* 2. b) aliquod *R* 1. c) *ita R* 1. 2; probantur *A et cett.* d) suam investigationem *R* 2; suam investigatione *A*. e) statutum *R* 2. f) as *R* 1. g) et *R* 1. h) uterque sustineat *R* 2; utriusque sustineant *E* 1; uterque susteneant *A*. i) furtim *R* 2; furti *E* 1.

IIII. a) captione *R* 1; cautionem *R* 2. b) *ita R* 1. *A;* casum *R* 2. c) *deest R* 1. d) culpam *R* 2. e) pecunia *R* 2.

1) *V. infra VII,* 2, 18.

V. ANTIQUA [a].

De rebus conmendatis et casu quocumque in naufragium missis.

= *Cod. Eur.* 282.

Qui conmendata susceperit [b] vel commodata [b] et de ruina aut incendio vel hostilitatis naufragium [c] seu quolibet simili casu sua omnia liberaverit et aliena perdiderit, quod accepit sine aliqua excusatione cogatur exsolvere. Si vero partem aliquam de rebus propriis liberasse cognoscitur, illi, cuius res secum habuerat, iuxta modum perdite rei vel liberate restituat, qualem iudex rationem deducta estimaverit portionem. Sin [d] autem sua omnia perdiderit, cum [e] liberaret aliena, et de liberatis et de perditis rebus similis [f] ratio deducatur, ut partem arbitrio iudicantis qui liberabit accipiat. Iustum est enim in simili casu, ut ille non damnum solus excipiat, qui se gravibus obicerit [g] periculis, et dum aliena minora conatur liberare, sua maiora cognoscitur [h] perdedisse [h].

VI. ANTIQUA [a].

De rebus servo nesciente domino conmendatis.

= *Cod. Eur.* 283.

Quod nesciente domino servo fuerit conmendatum, si id perierit, nec dominus nec servus ullum damnum incurrant. Sue enim imputet culpe, qui servo alieno res suas conmendaverit domino nesciente. Si vero alicuius rei animal sit, et per fraudem pastorum diminutum repperiatur, hec reddere conpellatur. Similis et de commodatis forma servetur, si fraude aut malitia consumta aut dissipata noscuntur.

VII. ANTIQUA [a].

Si servus mentiatur dominum petere commodanda.

= *Cod. Eur.* 284.

Si dominus per servum suum quodcumque sibi petierit commodandum, et servus cum rebus commodatis in fuga fuerit elapsus, tunc dominus obligetur, ut commodata [b] restituat. Si vero servus petisse dominum mentiatur et sic quasi deportanda ad dominum susce-

V. a) *deest R* 2. b) v. c. s. *R* 2. *E* 1. c) naufragio *R* 2. *E* 1. d) *ita R* 2. *A. E* 1; si *R* 1. e) *ita R* 2. *A;* dum *R* 1. f) simili *R* 1. g) obiecit *R* 2. h) p. c. *R* 2.
VI. a) *deest R* 2.
VII. a) *deest R* 2. b) commoda *R* 1.

perit, et que susceperit aut evertat aut forte perdiderit, et fugitivus non potuerit inveniri, dominus servi preveat[c] sacramentum, se eundem servum, ut susciperet, non misisse, et cum id peteret, ignorasse, et nihil calumnie pertimescat. Servum tamen tam dominus quam ille, qui commodavit, querere[d] sollicite procurabunt. Haec[e] eadem et de conmendatis[f] precipimus custodire[g].

VIII. ANTIQUA[a].

De reddendis usuris.

cf. Cod. Eur. 285.

Si quicumque pecuniam commodaverit ad usuram, non plus[b] per annum, quam tres seliquas de unius solidi pascatur[c] usuris, si tamen fuerit, unde detur. Et de solidus octo nonum solidum creditori, qui pecuniam ad usuram dedit, exolvat, et sic summam pecunie et usuras ille, qui dederat, a debitore recipiat. Quod si cautionem[d] ultra modum superius conprehensum per necessitatem suscipientis creditor extorserit, condicio contra leges inserta non valeat. Si quis autem contra hordinationem[e] hanc fecerit, eam rem, quam commodaverat, recipiat, et que caute fuerant in nullo solvantur usure.

VIIII. ANTIQUA[a].

De usuris frugum.

L. Rom. Vis. C. Th. II, 33, 1. Interpr.

Quicumque fruges aridas et humidas, id est: vinum et oleum, vel quodcumque annone genus alteri commodaverit, non plus ab eo propter usura[b] quam tertiam partem accipiat[c]; id est, ut super duos modios qui accepit tertium reddat. Quam legem ad solas fruges precipimus pertinere; nam de pecunia commodata[d] secundum superiorem legem valere et observare censemus.

X. ANTIQUA[a].

Cui debeant testamenta vel scripture conmendate restitui.

Testamentum[1] hab[b] eo, cui fuerit conmendatum, postea quam hoc ante testes publicaverit, sicut est in

c) prebeat *R* 2. d) requirere sollicite*r* *R* 1. e) Hac *R* 1. f) comodatis *R* 1; commodatis *E* 1. g) custodiri *R* 2.
VIII. a) *deest* *R* 2. b) amplius *R* 1. c) *ita* *R* 1. 2. *E* 1; poscat *E* 2. *A*. d) captionem *R* 1. e) hordinatione *R* 1.
VIIII. a) *deest* *R* 2. b) usuram *R* 2. c) recipiat *R* 2. d) commoda *R* 1.
X. a) *deest* *R* 2. b) *ita* *R* 1. *E* 1.

1) *Cf. Dahn, 'Westg. Stud.' p.* 138.

legibus constitutum, illi, qui maiorem partem de eodem testamento est consecuturus, reddatur heredi. Quod si alii redditum fuerit vel adversario eius traditum, qui tradiderit duplam compositionem[c] restituat, quam illi, cui fraudulentus fuerit, inferre voluerat. Illas vero scripturas, que simul tradi partibus debent, si conmendatas quicumque susceperit, id est: testamenta, iudicia, pacta, donationes vel cetera talia, si alteri altero absente tradiderit, ille, qui dederat, revocet quod dedit, et omnibus, quibus[d] in commune debebatur[e], restituere non moretur.

VI. TITULUS: DE PIGNERIBUS ET DEBITIS.

I. FLAVIUS GLORIOSUS RECCESSVINDUS REX.

De non pignerando.

Pignerandi[1] licentiam in[a] omnibus submovemus; alioquin si non acceptum pignus presumserit ingenuus de iure alterius[b] usurpare, duplum cogatur exolvere. Servus autem simplum restituat et C flagella suscipiet.

II. ANTIQUA[a].

De pignere deposito et furato.

Si quis pignus alteri deposuerit pro aliquo debito, et illut ipse, qui deposuerit, furatus fuerit, pro fure teneatur.

c) conpensationem *R* 1. d) *deest* *R* 1. e) debeantur *R* 2.
TIT. VI. a) De *R* 1. b) presentato *R* 2. c) *deest* *R* 1. d) obnoxius *R* 2; *deest* *R* 1.
I. a) *deest* *R* 1. b) alteris *R* 1.
II. a) *deest* *R* 2.

1) *Ante hanc legem permissu iudicis pignerare licuisse monuit H. Brunner, 'D. RG.' II, p.* 446, *n.* 9; *cf. supra II,* 2, 7, *p.* 63, *l.* 24 *sqq.; L. Baiuv.* 13, 1. 3; *Coll. iur. Rom.-Goth. c.* 12. 13 *(Gaudenzi).*

III. ANTIQUA [a].

De pignere, si pro debito deponatur.

Pignus [1], quod pro debito deponitur, si per cautione [b] fuerit obligatum, et ille, qui [c] pignus deposuerat, ad tempus constitutum debitum reformare dissimulet, post diem cautionis exactum usque ad decem dies pignus salvum suo domino reservetur, aut eidem domino, si in propinquo est, reportetur [d], adque, ut restituat debitum, moneatur. Quod si per neglegentiam suam debitor ad diem constitutum adesse neclexerit aut debitum inplere distulerit, addantur usure. Ceterum si adesse usque ad decem dies, sicut supra scriptum est, aut quod debet reformare dissimulaverit, tunc creditor iudici vel preposito civitatis pignus ostendat, ut, quantum [e] iudicio [f] eius et trium honestorum virorum fuerit estimatum [g], sit licentia distrahendi. Et postmodum de pretio venditi pigneris creditor, quantum ei debetur, sibi evidentius tollat, et relicum ille recipiat, qui pignus seposuerat [h].

IIII. FLAVIUS GLORIOSUS RECCESSVINDUS REX.

Si pignus representato debito non reddatur.

Si quis ei, qui rem pro pignere credidit, ad constitutum tempus representato debito pignus acceptum distulerit reddere et hoc ante tempus lege superiore [a] taxatum vendere vel in [b] usus proprios adque alienos conterendum presumserit adtentare vel malitiose differens noluerit adsignare: pignus quidem, quod accepit, integrum reddat et medietatem, quantum pignus valere constiterit, domino pigneris coactus inpendat.

V. FLAVIUS CHINDASVINDUS REX.

Si una persona reatu vel debito multis teneatur obnoxia [a].

Si una persona plurimis rea vel debitrix maneat, qui prior in petitione precesserit et aut per placitum

III. a) *deest* *R* 2. b) cautionem *R* 2. c) pro *add.* *R* 1. d) deportetur *R* 1. e) quanto *R* 1. f) iudio *R* 1. g) extimatum *R* 2. *E* 1. h) posuerat *R* 2; seposuerit *E* 1.
IIII. a) superiori *R* 2. *E* 1. b) *deest* *R* 1.
V. a) obnoxius *R* 2.

1) *Hanc legem ex iure Romano hausisse demonstravit Meibom, 'D. Pfandr.' p.* 257 *sqq.*

aut per probationem sive professionem eius eum sibi reum vel debitorem esse docuerit, ipsi nihilhominus aut iuxta qualitatem debiti satisfacere conpellendus est, vel damnandus a iudice. Quod si, quibus reus[b] vel debitor manet, uno eodemque[c] tempore contra eum agere ceperint[d], secundum quantitatem debiti vel reatus aut reddat[e] omnibus, aut omnibus addicendus est serviturus. Querere tamen a iudice ad liquidum oportebit, cui magis reus vel debitor maneat, ut ipsi maiorem partem reddi precipiat; et de reliquo, quod de facultate rei vel debitoris remanserit, quantum reddatur ceteris iudex ipse manifeste perpendat. Certe si non fuerit, unde conpositio exolvi debeat, cum id saltim, quod[f] videtur habere, pro debito vel reatu perpetim serviturum iudex petentibus tradere non desistat.

VI. FLAVIUS CHINDASVINDUS REX.

Qualiter defuncti debitum aut violentiam post mortem possit inquiri.

Si viventis cuiuslibet manifesta culpa non apparet, nefas esse non dubitandum est, ut eum quisque post obitum mansisse sibi reum accuset. Ne ergo in fraudem heredes[a] defuncti quicumque post hec talia conetur presumere, huius legis redargui sanctione se noverit, scilicet, ut, si quis quemlibet defunctum violentum sibi aut pervasorem sue rei seu debitorem fuisse adstruxerit[b] eumque quodcumque inlicitum dixerit perpetrasse, non aliter eius adsertioni credatur, nisi per quamcumque iscripturam[c] aut testificationem legitimam id verum esse indubitanter edoceat[d]. Quod si tale aliquid quisque convicerit, et defunctus ille, de quo agitur, filios non relinquens, facultatem suam suis libertis aut quibuscumque personis dinoscitur contulisse, ipsi liberti vel alie persone, iuxta quod possident de rebus defuncti, que defunctus debuit vel conmisit, insistente iudice cogantur exolvere. Nam si filios reliquerit, et ipsi omnem eius possident[e] facultatem, ipsi procul dubio cogendi sunt illa subplere, unde autor eorum debitor aut presumtor convincitur extitisse. Si certe predictarum causarum

b) rebus *R* 2. *E* 1. c) eadem quoque *R* 1. d) voluerint *R* 1. e) reddere *R* 2. *E* 1. f) quod — perpetim *des.* *R* 1.

VI. a) *ita pro* heredis *R* 1. *E* 1. b) *ita* *E* 1; abstruxerit *R* 1; addixerit *R* 2. c) scripturam *R* 2. d) edoceat *al. m. corr.* educeat *R* 1. e) possideant *R* 1.

obnoxius sic[f] ab hac luce discesserit, ut de suis rebus nihil videatur aliquatenus ordinasse, propinqui eius, vel qui facultatem ipsius adierint aut possederint, petitori de re vel causam, quam repetit, cogendi sunt reddere rationem; ita ut, si ille, qui debitor aut presumtiosus dicitur extitisse, nihil rerum suarum moriens dinoscitur reliquisse, ab omni calumnia repetentis eius filii vel propinqui habeantur inmunes. Sin autem quodcumque defunctus reliquid, et maius est, quod petitur, quam quod relinquisse[g] videtur, si filii eius aut propinqui, aut qui eius possident bona, noluerint pro reatum[h] eius vel debito satisfacere, de rebus a defuncto dimissis non morentur petenti facere cessionem[1].

VII. TITULUS: DE LIBERTATIBUS ET LIBERTIS.

f) sit et *R* 2. g) reliquisse *R* 2. h) reatu *R* 2.
TIT. VII. a) *deest R* 1. b) alienus servus vel communem *R* 2. c) servitutem *R* 2. d) iudice *R* 2. e) velit *R* 2. f) audeat manumissus *R* 2.

1) *Cf. L. Burg.* 65, § 1. 2; *infra VII,* 2, 19.

XIIII. De condicionibus a manumissore in scripturam[g] manumissi conscriptis.
XV. De libertatibus servorum fiscalium.
XVI. De libertis et rebus fiscalium servorum.
XVII. Ne liberti vel[h] progenies eorum cum[i] postremitate[i] patroni aut coniugia connectant aut eis insolentes[k] existant.
XVIII. Ne liberti religiosi ad obsequium reducantur heredis[l].

I. ANTIQUA[a].

Si mancipia sive per scripturam seu per testem manumittantur.

Si[1] quis moriens per scripturam aut presentibus testibus manumiserit mancipia sua, volumtas eius habeat firmitatem, dummodo trium aut quinque testium, quibus credi possit, testimonium[b] conprobetur. Sed et libertis si quod[c] donaverit qui eos manumittit[2], aut libertatis ipsius scriptura contineat, aut testes, qui adhibentur, agnoscant, et res aput libertos donata permaneat.

II. ANTIQUA.

Si alienum[a] servum vel communem mancipium manumittatur.

Si[3] quis alienum servum vel commune mancipium manumiserit in fraudem domini, libertas data non valeat. Ille vero, qui manumiserit alienum mancipium, alterum preter illum domino dare cogatur. Si vero dominus adquieverit, ut ille liber sit, duos vicarios servos pro manumisso servo percipiat, et libertas data habeat firmitatem. Hec eadem et de ancillis precipimus custodiri. Si quis sane vult ex integrum[b] manumittere commune mancipium, presbyterum, qui presens est, vel diaconum con-

g) scriptura manumissis *R* 2. h) de *add.* *R* 1. i) *ita* *R* 2; qnm̄ prostremitate *R* 1. k) i. ex. *des.* *R* 1. l) XVIIII. De transgressoribus libertorum *nigriori atramento al. m. post add.* *R* 1.
I. a) *deest* *R* 2. b) testimonio *R* 2. c) quid *R* 2.
II. a) alienus servus vel commune m. *R* 2. b) integro *R* 2.

1) *Cf. ad hanc et reliquas plerasque huius tituli leges quae disseruit Dahn, 'Könige' VI*^{2}, *p.* 180 *sqq.* 2) *Cf. infra c.* 13, *p.* 172; *Form. Vis.* 2. 5. 6. 21, *et quae adnotavi Form. p.* 576, *n.* 6. 3) *Cf. L. Rom. Vis. C. Th. IV*, 9. *Interpr.*

monemus, ne huiusmodi libertates se fieri presente permittant; quia hec manumissio istare[c] non poterit. Si quis autem commune mancipium vult a iugo servitutis absolvere, prius cum consortibus suis dividat et sue vindicet potestati aut certe cum his, qui ei consortes sunt, id fieri vel pretio vel precibus elaboret; et sic, si voluerit, presente presbytero vel diacono manumittat, et libertas data firmetur. Quod si aliquis coram sacerdote vel diaconum[d] commune mancipium ex integro manumiserit, proprietatis sue partem de mancipio amittat, et[e] mancipium ad integrum consors ille, qui non manumisit, obtineat. Nam si partem suam, que in eodem mancipio illi debetur, absolvere[f] voluerit, proiberi non poterit.

III. ANTIQUA[a].

De his, qui se liberos proclamaverint esse.

Si mancipia se in libertatem proclamaverint, spatium et tuitionem arbitrio[b] iudicis accipiant, ut testes possint ad libertatis sue documenta perquirere. Sed tantum temporis spatium mancipiis concedatur, ut nec servitium[c] dominis nec beneficia proclamantibus denegetur.

IIII. ANTIQUA[a].

Si ad servitium repetatur qui in libertate est constitutus.

Si in libertate constitutus ad servitium repetatur, non liceat eum in custodiam mitti ab illo, quo[b] repetitur; sed iudicis reservetur arbitrio, si debeat sub fideiussorem[c] consistere, dummodo nihil violentie a pulsante patiatur.

V. ANTIQUA[a].

Si ei, qui ad servitute[b] repetendus est, aliquid auferatur.

Si quis homini ingenuo vel liberto aliquid tulerit, et postea eum sibi voluerit servum addicere[c], prius reddat quod tulit, et sic de eius conditione contendat.

c) stare *R* 2. d) diacono *R* 2. e) *deest* *R* 1. f) si absolvere *R* 1.
III. a) *deest* *R* 1. b) arbiterio *R* 1. c) servitia *R* 2.
IIII. a) *deest* *R* 2. b) *ita* *R* 2. *E* 1; qui *R* 1. c) fideiussore *R* 2.
V. a) *deest* *R* 2. b) servitium *corr.* servitute *R* 2. c) vindicare *R* 2.

VI. FLAVIUS CHINDASVINDUS REX.

Si eum, quem aliquis coram iudice liberum esse dixerit, postea ad[a] servitium repetere vellit[b].

Qui suo testimonio coram iudice quemlibet esse liberum dixerit et postmodum eum ad servitium inclinare voluerit, alium[c] illi mancipium e[d] contrario reddat, et quem obprimere nitebatur, in libertate permaneat.

VII. ANTIQUA[a].

Si timore conpulsus quisquam servum se esse dicat.

Qui timore conpulsus servum se esse dixerit, nullum preiudicium libertatis incurrat, donec in iudicio presentetur, ut libertatem suam, si probaverit, presente iudice obtineat, aut si servus convincitur, statim domino reformetur.

VIII. ANTIQUA.

Si ingenuus ad servitium repetatur, vel servus se liberum esse dicat.

Si quis ingenuum ad servitium addicere voluerit, ipse doceat, quo ordine ei servus advenerit; et si servus ingenuum se esse dixerit, et ipse simili modo ingenuitatis sue firmam ostendat probationem. Iudex vero eorum recipere testimonium debet, quos meliores adque[a] pluriores esse providerit. Quod si muneris acceptione corruptus iniuste curvaberit[b] innocentem, tam iudex quam petitor falsarii[c] pena multentur. *v.*

VIIII. ANTIQUA.

Quare data libertas debeat revocari.

Qui servo suo vel ancille libertatem donaverit, et presente sacerdote vel aliis duobus aut tribus testibus hoc factum esse constiterit, huiusmodi libertatem revocare non liceat, excepto si manumissori[a] eum, qui manumissus est, iniuriosum aut contumeliosum vel accusatorem *a.*

VI. a) in servitio *R* 2. b) velit *R* 2. c) *ita R* 1. *E* 2; aliut *R* 2. d) ę *R* 1.

VII. a) *deest R* 2. b) esse se *R* 1.

VIII. a) adque pl. *des. R* 1. b) *ita R* 1. 2; curaverit *E* 1. c) *pro verbis* falsarii p. m. *erasis al. man. scripta leguntur in R* 2: secundum legem aliam de his qui iniuste iudicaverint componere non morentur.

VIIII. a) manumissore *R* 1.

aut criminatorem esse constiterit; pro quibus iniuriis data libertas poterit revocari[1]. Si vero ipse, qui manumisit, dicat, quod sub alio placito eum libertaverit, testes, qui presentes fuerint, ante iudicem[b] ipsum placitum dicere non graventur; et postmodum quod placitum fuerat stare iubemus.

X. ANTIQUA[a].

Si libertus iniuriam faciat manumissori.

Si libertus manumissori suo iniuriosus fuerit, aut si patronum pugno aut quolibet hictu percusserit vel eum falsis accusationibus inpetierit, unde ipsi capitis periculum conparetur, addicendi eum ad servitutem habeat potestatem; ita tamen, ut aput iudicem probet causas superius conprehensas.

XI. ANTIQUA[a].

Ne contra patronum vel filios eius testificari audeat manumissus.

Filio[2] vel heredi manumissi libertatem revocare non liceat, sed prioris sui vel parentum factum sine excusatione custodiat; ita tamen, ut nec contra filios filiorum libertus vel omnis posteritas eius testimonium dicere permittatur; et si dixerint, non credantur a iudice, sed redeant ad pristinam servitutem. De aliis vero rebus aut causis contra patroni filios vel nepotes tantum[b] pro suo iure iuste contendant.

XII. ANTIQUA[a].

Ne testificent manumissi.

Libertus vel liberta in nullis negotiis contra quemquam testimonium dicere admittantur, excepto in aliquibus causis, ubi ingenuitas deesse dinoscitur, sicut permissum est et de servis[3]; quia indignum nostra pensat clementia, ut libertorum testimonio ingenuis damna

b) iudice *R* 1.
X. a) *deest R* 2.
XI. a) *deest R* 2. b) tam *R* 1.
XII. a) *deest R* 2.

1) *V. legem sequentem; cf. L. Rom. Vis. C. Th. IV,* 10, 1*; Conc. Tol. IV. c.* 68. 2) *Cf. L. Rom. Vis. C. Th. IV,* 10, 2, *Interpr.:* Libertos . . . et contra patronorum heredes audiendos non esse, ingratos etiam ab heredibus in servitutem revocari. 3) *Cf. supra III,* 4, 13, *p.* 108.

concutiantur[b]. Qui vero de eisdem fuerint progeniti, ad testimonium admittantur.

XIII. ANTIQUA[a].

De rebus manumissi, si absque legitimis filiis moriatur.

Si manumissus sine filiis legitimo coniugio natis transierit, et ei patronus in libertate aliquid donaverit, aut forsitan de eius servitute discesserit et alibi se contulerit, omnia ad patronum sive ad eius heredes sine dubio revertantur[b]. Quod si forsitam in terra patroni consistens aliquid de labore suo adquisierit, medietas exinde in patroni potestate consistat, et de alia medietate libertus faciendi quod voluerit in eius potestate permaneat. Quod si alium patronum sibi helegerit et sub eo aliquid adquisierit, medietas adquisite rei ad manumissore[c] concurrat; alia vero medietas ad manumissi proximos, sive servi sint sive liberi[d], sine dubio revertatur[e], vel in quem voluerit hanc medietatem conferendi habeat potestatem. Illud vero, quod ei manumissor donaberit[f], in patroni potestate permaneat. Similis et circa ancillas manumissas forma servetur. *a.*

XIIII. FLAVIUS CHINDASVINDUS REX.

De conditionibus a[a] manumissore in scripturam manumissi conscriptis.

Qui mancipium suum per scripturam liberum faciens constituerit[b] fortasse, non licere ei de peculio suo aliquid iudicare, si quid exinde libertus libertave distraxerit vel donaverit, modis omnibus invalidum erit, patronus eius scilicet aut patroni filii omnia sibi vindicaturi. Certe si nulla talis condicio intercesserit, liberum erit illi, qui liber est redditus, de peculio suo facere quod voluerit; aut etiam si inhordinatus moriens filios legitimos non reliquerit, vel aliam quamcumque conditione[c] dominus eius per eandem libertatis[d] scripturam non statuerit, ad patronum[e] aut ad[d] patroni filios universa res eius ad integrum pertinebit.

b) concutiatur *R* 1.

XIII. a) *deest R* 2. b) revertatur *R* 1. c) *ita R* 1. 2. d) sint *add. R* 1. e) revertantur *R* 1. f) donaverit *R* 2.

XIIII. a) ad manumissorē scripturā *R* 1. b) constiterit *R* 1. c) *ita R* 1. 2. d) *deest R* 1. e) patronu *R* 1.

XV. FLAVIUS CHINDASVINDUS REX.

De libertatibus servorum fiscalium.

Si res ambigua nequaquam occurrerit, nulla futuris temporibus legem dandi[a] necessitas inmineret. Quia[b] ergo sub libertatis obtentu fiscalium sepe subreptione[c] servorum fisci vires adtenuantur, non invidemus bene meritis, sed obviamus fraudulenter incautis, statuentes scilicet, ut non aliter deinceps conlata servo fisci libertas nullatenus[d] valeat, nisi regie manus fuerit stilo suscripta.

XVI. ANTIQUA[a].

De libertis et rebus fiscalium servorum.

Servis nostris sine permisso nostro libertatem mancipiis[b] suis[c] dare non sinimus. Quod si dederint, libertas data non valeat; sed[d] hec tantummodo[c] libertas habeat firmitatem, que ex nostra preceptione conceditur. Simili modo servis nostris mancipia sua aut terras ad liberos homines non liceat vinditione transferre, nisi tantummodo aliis servis nostris vendendi habeant potestatem. Quod si terras sive mancipia ecclesie sive pauperibus donare voluerint, donatio hec vel volumtas nulla ratione subsistat. Illut enim eis tantum pietatis contemplatione concedimus, ut pro animabus suis eclesie vel pauperibus de aliis facultatibus largiantur. Et si preter terras vel mancipia nihil habeant facultatis, tunc de terris adque mancipiis eis vendendi tribuimus potestatem; ita ut, sicut supra dictum est, a servis nostris tantumodo, quod conservus vendiderit, conparetur, nec liber ullus ad contractum huius emtionis adspiret. Pretium autem, quod de terra vel mancipiis acceperint, erogare pro animabus suis eclesie vel pauperibus non vetentur.

XVII. FLAVIUS GLORIOSUS RECCESSVINDUS REX.

Ne[a] liberti[a] vel progenies eorum cum[b] posteritate patroni aut coniugia conectant aut eis insolentes[c] existant.

Interdum vidimus excessum licentiamque servorum, et dolore[d] coacti sumus ignominia dominorum. Quidam

XV. a) damne *pro* d. n. *R* 1. b) quid *R* 1. c) suprestitione *R* 1. d) ultenus *R* 2.

XVI. a) *deest* *R* 2. b) mancipia *R* 2. c) [suis — tan]tummodo *uncis inclusa des.* *R* 2. d) nec *R* 1.

XVII. a) De libertatis *pro* Ne l. *R* 1. b) in potestate *pro* cum p. *R* 1; cum *deest* *R* 2. c) insulenter *R* 1. d) *ita* *R* 1. *E* 1; dolere *R* 2.

enim, a dominis suis libertate percepta, generationis progenie[e] decurrente, adtemtant[f] aut[f] ipsi aut posteritas eorum cum progenię dominorum vel indecens[g] copulare coniugium vel molestias inferre posteritati manumittentium. Sicque[h] in adversum parte conversa, quia ingenita[i] libertas gratie dono fit nobilis, ideo generosa nobilitas inferiori tactu[k] fit turpis; adque inde claritas generis sordescit conmixtione[l] abiecte conditionis, unde abdicata servitus adtollit[m] titulos libertatis. Ut ergo et nature splendor hortus sui dignitatem non careat, et servitus[m] sibimet[n] reminiscens indebita et inconcessa non adpetat[o], bene iubetur, ut, si quorumlibet quicumque libertus[p], sive ex eorum stirpe quandoque progeniti, ex genere manumissorum vel ex his decurrente quamvis longa progenię coniugium presumserint adtemtare[1], aut manumissores vel eorum posteritatem ipsi vel eorum prosapies extra iusta[q] negotia sua propter suas vel propter aliorum actiones convexaverint aut leserint eisque[r] molestias sive damna concusserint[s] vel aliquid adversus eos factione quacumque egisse visi fuerint: in eorum, quos molestaverint, evidenti servitutem mox redeant. Quia impium satis est, ut, dum condicio servitutis absolvitur[t], dignitas libertatis inpediatur[u], et dum servus erigitur, filius abdicetur, adque inde filii sustineant damna, unde ad nocendum potiuntur servi licentia.

XVIII. FLAVIUS GLORIOSUS RECCESSVINDUS REX.

Ne liberti religiosi ad[a] obsequium reducantur heredis.

Quoslibet de corumcumque libertis aut specialiter eclesiastici dignitas sublimavit honoris aut prefixis sanctorum locis deputavit vel ordo religionis vel ordinatio manumittentis, non erunt ad hominum patrocinium reducendi contentione qualibet heredis. Quod enim gloriosius[b] Deo adherere censetur, obsequiis hominum religari honestate nulla sinitur.

a.

e) progenies *R* 1. f) adtemta ut *pro* adtemtant aut *R* 1; adtendant aut *R* 2. g) *ita R* 1; de indecens *E* 1; deinceps *R* 2. h) sitque *R* 1; si que *R* 2. i) ingenita *superscribendo corr.* ingenuita *R* 1. k) tantum *R* 1. l) conmissione *R* 1. m) adtollit — servitus *om. R* 1. n) siuimet *R* 1. o) adpetet *R* 1. p) libertis *R* 2. q) iuxta *R* 1. r) eisque — concusserint *des. R* 1. s) concuserint *R* 2. t) adsolvitur *R* 1. u) inpendatur *R* 1.

XVIII. a) *deest R* 1. b) gloriosus *R* 1.

1) *Cf. L. Rom. Vis. Paul. II,* 20, 6*; v. Dahn, 'Könige' VI*², *p.* 184, *n.* 1.

DE ISCELERIBUS[a] ET TORMENTIS.

LIBER SEXTUS.

I. TITULUS: DE ACCUSATIONIBUS CRIMINUM.

I. ANTIQUA[a].

Ut domino vel senioribus loci petatur servus in crimine accusatus.

Si servus in aliquo crimine accusetur, iudex prius[b] dominum, vilicum vel actorem eius loci, cuius servus fuerit accusatus, admoneat, ut eum in iudicio presentet. Quod si reum presentare noluerit, ipse dominus vel actor aut vilicus, donec reum presentet, a comite civitatis vel iudice distringatur. Certe si dominus, vel quibus commissa res est, difficulter adproximent, a iudice et tenendus et discutiendus est servus.

LIB. VI. a) SCELERIBUS *R* 2.
TIT. I. a) in cr. acc. *des.* *R* 1. b) servando *R* 2. c) culpabilis *R* 2.
I. a) *deest* *R* 2. b) primus *R* 1.

II. FLAVIUS CHINDASVINDUS REX.

Pro quibus rebus et qualiter ingenuorum persone subdende sunt questioni.

Si[1] in criminalibus causis discretionis modus amittitur, criminatorum malitia nequaquam frenatur. Ideoque, si in causa regie potestatis vel gentis aut patrie seu homicidii vel adulterii equalem sibi nobilitate[a] vel dignitate[a] palatini officii quicumque accusandum crediderit, habeat prius fiduciam conprobandi, quod obicit, et sic alienum sanguinem temtet inpetere. Quod si probare non potuerit, coram principe vel his, quos sua princeps auctoritate preceperit, trium testium suscriptione roborata inscriptio[2] fiat, et sic questionis examen incipiat; ita ut qui subditur questioni, si innox tormenta pertulerit, accusator ei confestim serviturus tradatur, ut, salva tantum anima, quod in eo exercere voluerit vel de istatu[b] eius iudicare elegerit[c], in arbitrio suo consistat. Iudex tamen hanc cautelam servare debebit, ut accusator omnem rei ordinem scriptis exponat et iudici occulte presentans, sic questionis examinatio fiat; et si eius professio, qui questioni subdendus est, conpar fuerit cum[d] verbis accusatoris, criminis reus incunctanter habendus est. Certe si aliut dictio accusatoris habuerit, aliut eius confessio, qui subditur questioni, quia dubitari non potest, quod per tormenta sibi crimen inponat, oportebit accusatorem superioris legis huius sententie subiacere. Quod si accusator, priusquam occulte iudici notitiam tradat, aut per se aut per quemlibet de re, qua accusat, per[e] ordinem instruxerit quem accusat, non liceat iudici accusatum subdere questioni; cum per accusatoris iam indicium[f] detectum constet ac publicatum esse negotium. Similis quoque et de ceteris personis ingenuis ordo servandus est. Nam si capitalia, que supra taxata sunt, accusata non fuerint, sed furtum factum dicitur vel quocumque[g] inlicitum, si trecentorum summa est solidorum vel[h] amplius, inscriptione premissa subdendus est questioni qui[i] petitur. Si autem actio minoris est quantitatis, quam trecenti sunt[k] solidi, per probationem convictus qui accusatur secun-

a. *v.* *a.* *v.*

II. a) nobilitatem vel dignitatem *R* 1. b) statu *R* 2. c) voluerit *R* 1. d) in *R* 1. e) per — accusat *des.* *R* 1. f) iudicium *R* 2. g) *ita pro* quodcumque *R* 1. 2. h) vel amplius — subdendus est *des.* *R* 2. i) petitor *pro* qui p. *R* 2. k) sint *R* 1.

1) *Cf. de hac lege Dahn, 'Westg. Stud.' p.* 282 *sqq.* 2) *Cf. infra VII,* 1. 5.

dum leges alias conponere conpellatur; aut si convinci non potuerit, sacramento[1] se expians conpositionem accipiat, que de mala petitione legibus continetur. Speciali tamen constitutione decernimus, ut persona[m] inferior nobiliorem a se vel potentiorem inscribere[n] non presumat. Sed si petendum in causa putaverit[o], et probatio fortasse convincende rei defuerit, nobilior ille vel potentior conscientiam suam sacramentis purgare non differat, quod nec admiserit[p] nec habeat penes se vel retineat rem, pro qua fuerit petitus; et reddito iuramento, ille, qui male petit, sicut alia lex continet[1], ei conponere non moretur. Verumtamen seu nobilis sive inferior seu ingenua persona, si questioni subdita fuerit, ita coram iudice vel aliis honestis viris a iudice con-
a. vocatis accusator penas inferat, ne vitam extinguat[q]. Et quia per triduum questio agitari debet, si inminenti casu qui tormentis subditur mortuus fuerit, ex[r] malitia iudicis vel alico dolo seu ab adversario accusati corruptus beneficio talia tormenta fieri non proibuit, unde mors occurreret, ipse iudex iniquitatis proximis parentibus simili vindicta puniendus tradatur. Si certe suo se[s] sacramento innocentem[t] reddiderit, et testes, qui fuerint presentes, iuraverint, quod nulla sua malitia vel dolo aut corruptione beneficii mors ipsa provenerit, nisi solo tormentorum eventu: pro eo, quod indiscretus iudex
e. superflua non proibuit, CCC solidus heredibus mortui con-
a. pellatur exolvere. Accusator autem in potestate proximorum parentum mortui traditus, eadem mortis pena multetur, qua ille multatus est, qui per eius accusationem morte damnatus interiit.

III. ANTIQUA[a].

Pro quibus rebus et qualiter servi vel[b] ancille torquendi sunt in capite dominorum.

Servus[2] seu ancilla in capite domini vel domine non propter aliut torqueantur, nisi tantum in crimine

l) sacramentum *R* 1. m) persola *R* 1. n) scribere *R* 1. o) *ita E* 1; patuerit *R* 1; potuerit *R* 2. p) amiserit *R* 1. q) extinquat *R* 1. r) nec *R* 2. s) *deest R* 2. t) *deest R* 1.
III. a) *deest R* 2. b) vel *bis scr. R* 1.

1) *V. supra II,* 2, 9, *p.* 75; *et infra VII,* 1, 5. 2) *Cf. L. Rom. Vis. Paul. I,* 12, 3: In caput domini patronive nec servus nec libertus interrogari potest. *Excipiuntur autem aliis locis eadem ex parte, quae hic excipiuntur, crimina: adulterii, laesae maiestatis, falsae monetae; l.* 1. *Cod. IX,* 41; *l.* 53. *Dig. V,* 1. *Cf. Wasserschleben, De Quaestion. p.* 86 *sqq.*

adulterii[1], aut si contra regnum, gentem vel patriam aliquid dictum vel dispositum fuerit, seu falsam monetam quisque confixerit[2], aut etiam si causam homicidii vel maleficii querendam[c] esse constiterit; ita ut servi vel ancille pro talibus criminibus torti, si conscii et occultatores sceleris dominorum repperiuntur, pariter cum dominis puniantur. Certe si sua isponte[d] indices veritatis extiterint, sufficiat eis, quod pro veritatis indagine questioni subditi tormenta pertulerint, a mortis tamen periculo[e] habeantur inmunes. Servus autem vel ancilla in tormentis positi et de se interrogati, si etiam de dominis sint confessi, et fuerit culpa mortalis hac[f] declaratis signis potuerit adprobari, eadem mortis censura multentur, quam[g] eorum domini fuerint condemnati. *a.*

IIII. FLAVIUS CHINDASVINDUS REX.

Pro quantis rebus et qualiter servus aut libertus tormenta portabunt.

Si servus in aliquo crimine accusetur, antea non torqueatur, quam ille, qui accusat, ac se condicione constringat, ut, si innocens tormenta pertulerit, pro eo, quod innocentem in tormentis tradidit, alium eiusdem meriti servum domino reformare cogatur. Si vero innocens in tormentis mortuus vel debilitatus fuerit, duos equalis meriti servos cum eodem domino reddere non moretur, et ille, qui debilitatus est, ingenuus in patrocinio domini sui permaneat; nam et iudex, qui temperamentum[a] in tormento[a] non tenuit et ita discretionem legis excessit, ut his, qui questionatus est, mortem violentam incurreret, eiusdem meriti servum domino mox reformet. Verum ut de servorum meritis omnis ambiguitas cesset contentionis, non pro[b] artificii qualitate excusatio[c] videatur haberi, sed pro servis questionandis contropatio adibeatur etatis et hutilitatis; aut si artifex fuerit, qui debilitatus est, et huius artificii servum non habuerit, qui insontem debilitabit, alterius artificii servum iuxta predictum ordinem domino cogatur exsolvere; ita ut[b], si artificem non habuerit, et alium

c) querendum *R* 1. d) sponte *R* 2. e) periculum *R* 1. f) *i. e.* ac; hec *R* 2. g) que *R* 2.

IIII. a) temperamento *pro* t. in tormento *R* 1; temperamentum in tormenta *R* 2. b) *deest* *R* 1. c) excusati *R* 1.

1) *V. supra III,* 4, 10. 2) *V. infra VII,* 6, 1.

servum ille, cuius servus questioni addicitur, pro eo accipere noluerit, tantum pretium eiusdem servi artificis, qui questioni subditur, eius domino persolvatur, quantum ipse artifex a iudice vel bonis hominibus rationabiliter valere fuerit estimatus. Ita tamen servandum est, ut nec ingenuum quisque nec servum subdere prius questioni presumat, nisi coram iudice vel eius saione[d], domino etiam servi vel actore presente, districte iuraverit, quod nullo dolo vel fraude aut malitia innocentem faciat questionem subire. Et si subditus questioni mortuus fuerit, adque ille, qui subdidit, unde conponere non habuerit, ipse subdendus est servituti, qui innocentem fecit occidi. Si autem dolo servum alienum quispiam subdendum questioni intenderit, et dominus servi, qui accusatur, per probationem eum potuerit de obiecto crimine reddere innocentem, accusator eius alium paris meriti servum accusati domino cogatur exolvere, et dispendium, quod dominus eius in adprobationem innocentis servi pertulerit, prout rationabiliter iudex reddi perpenderit, ab iniusto accusatore exactum domino servi restituatur. De rebus vero minimis culpa servi repperta dominus, si voluerit, conponendi licentiam habeat; ita ut omnis fur iuxta qualitatem culpe flagella suscipiat. Pro maiori vero noxa, si conpositionem dominus noluerit solvere, servum pro crimine non morabitur tradere. *v.* Ingenuus sane, si libertum questioni[e] putaverit addicendum, sive[f] pro capitali crimine seu pro centum quinquaginta solidorum quantitate, si innox quodcumque tormenti pertulerit, CL solidos eius petitor ei conponere conpellendus est.

V. FLAVIUS CHINDASVINDUS REX.

Qualiter ad regem accusatio deferatur.

Si quis principi contra quemlibet falsa suggesserit, ita ut dicat eum adversus regem, gentem vel patriam aliquid nequiter meditatum fuisse aut agere vel egisse, seu in autoritatibus vel preceptis regie potestatis aut eorum, qui iudiciaria ordinatione[a] funguntur, fraudulenter quippiam inmutasse, adque etiam scripturam falsam fecisse vel recitasse falsamque monetam fecisse[b], sed[c] et si[c] veneficium vel maleficium aut adulterium

d) saionē *R* 1. e) questionibus *R* 1. f) si vero *R* 2.
V. a) dignatione *R* 2. b) fesisse *R* 1. c) et *deest R* 1; sed *et* si *des. R* 2.

uxoris aliene fortasse prodiderit, horum vel similium criminum accusator, que ad capitis periculum vel rerum amissione pertinere videntur[d], si vera repperiuntur[e] que dixerit, nullam omnino calumniam sustinebit. Si certe quod opponit falsum esse constiterit, et per solam invidiam id fecisse patuerit, ut iacturam capitis aut detrimentum corporis vel rerum damna pateretur quem accusare conatus est, in potestate traditus accusati, ille hanc penam in se suisque rebus suscipiat, qui hoc alium innocentem pati voluerat. Ita ut ille, qui aliquid scire se dicit, quod ad cognitionem principis possit deduci, et in eo loco fuerit, ubi tunc regiam potestatem esse contigerit, aut per se istatim[f] suggerat omne, quod novit, aut per fidelem regis eius auditibus denuntianda[g] procuret. Quod si procul a rege eum esse provenerit, et per aliquem principi mandandum[h] crediderit, quod accusationem alterius dinoscitur pertinere, coram illo, cui hoc suggerendum committit, talem epistolam faciat, per quam evidenter quid mandet exponat. Quam etiam epistulam tres testes, quos sibi nobit[i] esse fideles, evidentibus signis aut suscriptionibus simul cum ipso firment, ut postea quod mandaverit negare non possit.

VI. FLAVIUS CHINDASVINDUS REX.

De servanda principibus pietate[a] parcendi.

Quotienscumque nobis pro his, qui in causis nostris aliquo crimine inplicati sunt, subplicatur, et suggerendi tribuimus aditum et pia miseratione delinquentibus culpas omittere nostre potestati servamus. Pro causa autem gentis et patriae huiusmodi licentiam denegamus. Quod si divina miseratio tam sceleratis personis cor principis misereri conpulerit, cum adsensu sacerdotum maiorumque[b] palatii licentiam miserandi libenter habebit.

VII. ANTIQUA[a].

Quod ille solus culpavilis[b] erit, qui culpanda conmiserit.

Omnia crimina suos sequantur autores, nec pater pro filio, nec filius pro patrem[c], nec uxor pro marito,

d) *ita R* 2; videtur *R* 1. e) repperiantur *R* 2. f) statim *R* 2. g) denuntiandam *R* 1. h) mandatum *R* 1. i) novit *R* 2.

VI. a) *ita et hic et supra in indice rubricarum R* 1, 2; potestate *alii*. b) que *deest R* 1.

VII. a) *deest R* 2. b) culpalis *R* 2. c) patre *R* 2.

nec maritus pro uxorem[d], nec frater pro fratrem[e], nec vicinus pro vicino, nec propincus pro propinco[f] nullam[g] calumniam pertimescat; sed ille solus iudicetur culpavilis, qui culpanda conmittit, et crimen cum illo, qui fecit[h], moriatur[1]. Nec successores aut heredes pro factis parentum ullum[i] periculum pertimescant.

II. TITULUS: DE MALEFICIS ET CONSULENTIBUS EOS ADQUE VENEFICIS.

I. FLAVIUS CHINDASVINDUS REX.

Si ingenuus de salute vel morte hominis vaticinatores consulat.

Qui de salute vel morte principis vel cuiuscumque hominis ariolos, aruspices vel vaticinatores consulit, una cum his, qui responderint consulentibus, ingenui siquidem flagellis cesi cum rebus omnibus fisco servituri adsocientur, aut a rege cui iusserit donati perpetuo servitio addicantur. Quod si et filii eorum tali fuerint parentibus crimine socii, simili[a] damnatione plectantur. Si vero ab iscelere parentum habeantur extranei, et dignitatem et rerum omnem possessionem, quam parentes amiserint[b], plenissime obtinebunt. Servi vero diverso genere tormentorum[c] adflicti in transmarinis partibus transferendi vendantur, ut severitas vindicte non habeat excusatos, quos proprie volumtatis excessus nefarie prevaricationis facit obnoxius[d].

L. Rom. Vis. Paul. V, 23, 3; cf. ib. C. Th. IX, 13, 2. Interpr.

II. FLAVIUS CHINDASVINDUS REX.

De veneficis.

Diversorum criminum noxii diverso sunt penarum genere feriendi. Hac primum ingenuos sive servos vene-

d) uxore *R* 2. e) fratre *R* 2. f) propinquo *R* 1. g) ullam *R* 2. h) fecerat *R* 2. i) nullum *R* 2.
TIT. II. a) qualicumque *R* 2; q. — repperiuntur *des.* *R* 1.
I. a) simile *R* 1. b) admiserint *R* 1. c) penarum *R* 2. d) obnoxios *R* 2.

1) *V. l.* 11. *Dig. XLVIII*, 4: extinguitur crimen mortalitate; *cf. l.* 20. *t.* 19.

ficos, id est, qui venena conficiunt, sta[a] protinus vindicta sequatur, ut, si venenatam potionem alicui dederint, et qui biberit mortuus exinde fuerit, illi etiam continuo subpliciis subditi, morte sunt turpissima puniendi. Si certe poculo veneni potatus ęvaserit, in eius potestate tradendus est ille, qui dedit, ut de eo facere quod voluerit sui sit incunctanter arbitrii.

III. FLAVIUS CHINDASVINDUS REX.

De maleficis et consulentibus eos.

L. Rom. Vis. C. Th. IX, 13, 1. Interpr. Malefici vel inmissores tempestatum, [qui] quibusdam incantationibus grandines in vineis messibusque inmittere peribentur, vel hii, qui per invocationem demonum mentes hominum *ib. IX, 13, 3; cf. Interpr.* turbant, seu qui nocturna sacrificia demonibus celebrant eosque per invocationes nefarias nequiter invocant, ubicumque a iudice vel actore sive procuratore loci repperti fuerint vel detecti, ducentenis flagellis publice verberentur et decalvati deformiter decem convicinas possessiones circuire cogantur inviti, ut eorum alii corrigantur exemplis. Quos tamen iudex, ne ulterius evagantum[a] talia facere permittantur, aut in[b] retrusione faciat esse, ut ibi accepta veste atque substantia ita vivant, ne viventibus nocendi aditum habeant[c], aut regie presentie dirigat, ut, quod de illis sibi placitum fuerit, evidenter statuat. Hi autem, qui tales consulisse[d] repperiuntur, in populi conventu ducentenos hictos accipiant flagellorum, ut inpuniti non maneant, quos culpe similis[e] reatus accusat.

IIII. FLAVIUS CHINDASVINDUS REX.

De his, qui in hominibus aut in animalibus vel quibuscumque rebus qualiacumque ligamenta aut quodcumque contrarium fecisse repperiuntur.

Presentis[a] legis superiori[a] sententia damnari iubemus, seu ingenuus sit, sive servus utriusque[b] sexus, qui in hominibus vel brutis animalibus omnique genere, quod mobile esse potest, seu in agris vel in vineis diversisque arboribus maleficium aut diversa ligamenta aut etiam scriptis in contrarietatem alterius excogitaverint facere

II. a) ista *R* 2.
III. a) *ita R* 1. 2. b) *deest R* 1. c) adibeant *R* 1. d) consoluisse *R* 2. e) similes *R* 1.
IIII. a) Presentibus legibus superioris *R* 1. b) utrique *R* 1.

aut expleverint, per quod alium ledere vel mortificare aut obmutescere vellint, ut damnum tam in corporibus quam etiam in universis rebus fecisse repperiuntur.

III. TITULUS: DE EXCUTIENTIBUS HOMINUM PARTUM.

I. De his, qui potionem ad avorsum dederint.
II. Si ingenuus ingenuam abortare fecerit.
III. Si ingenua mulier ingenuam abortare conpulerit.
IIII. Si ingenuus ancille partum effuderit.
V. Si servus ingenue partum excusserit.
VI. Si servus ancille partitudinem leserit.
VII. De his, qui filios suos aut natos aut in utero necant[a].

I. ANTIQUA[a].

De his, qui potionem ad aborsum dederint.

Si[1] quis mulieri pregnanti potionem ad[a] avorsum aut pro necando infante dederit, hoccidatur; et mulier, que[b] potionem ad[a] aborsum facere quesibit, si ancilla est, CC flagella suscipiat; si ingenua est, careat dignitate persone et cui iusserimus servitura tradatur.

II. ANTIQUA.

Si ingenuus ingenuam abortare fecerit.

Si[2] quis mulierem gravidam percusserit quocumque hictu aut per aliquam hoccasionem mulierem ingenuam abortare fecerit, et exinde mortua fuerit, pro homicidio puniatur. Si autem tantumodo partus excutiatur, et mulier in nullo debilitata fuerit, et ingenuus[a] ingenue hoc intulisse cognoscitur, si formatum infantem extincxit, CL solidos reddat; si vero informem, C solidos pro facto restituat.

III. ANTIQUA.

Si ingenua mulier ingenuam abortare conpulerit.

Si ingenua mulier per aliquam violentiam [aut]

TIT. III. a) negcant *R* 1.
I. a) *deest R* 2. b) qui *R* 1.
II. a) in ingenuam hoc *R* 1.

1) *Cf. L. Baiuv.* 8, 18. 2) *Cf. L. Baiuv.* 8, 19.

occasionem ingenue partum excusserit aut eam ex hoc debilitasse cognoscitur, sicut et ingenui superioris[a] damni pena multetur[b].

IIII. ANTIQUA[a].

Si ingenuus ancille partum effuderit.

Si[1] ingenuus ancille[b] aborsum fecerit pati, XX solidos domino ancille cogatur inferre.

V. ANTIQUA.

Si servus ingenue partum excusserit, CC flagellis publice verberetur et tradatur ingenue serviturus.

VI. ANTIQUA.

Si servus ancille partitudinem[a] leserit.

Si ancillam servus abortare fecerit, X solidos dominus[b] servi ancille domino dare cogatur, et ipse servus CC insuper flagella suscipiat.

VII. FLAVIUS CHINDASVINDUS REX.

De his[a], qui filios suos aut natos[b] aut in utero necant.

Nihil est eorum pravitate deterius, qui pietatis inmemores, filiorum suorum necatores existunt; quorum quia vitium per provincias regni nostri sic inolevisse narratur, ut tam viri quam femine sceleris huius auctores[c] esse repperiantur. Ideo hanc licentiam proibentes decernimus, ut, seu libera seu ancilla natum filium filiamve necaverit[d], sive adhuc in utero habens, aut potionem ad avorsum acceperit, aut alio quocumque modo extinguere partum suum presumserit, mox provincie iudex[e] aut territorii talem[f] factum reppererit, non solum operatricem[g] criminis huius publica morte condemnet, aut si vite reservare voluerit, omnem visionem oculorum eius non moretur extinguere, sed etiam si maritum eius talia iussisse vel permisisse patuerit, eundem etiam vindicte simili subdere non recuset.

III. a) superioribus *R* 1. b) multentur *R* 1.
IIII. a) *deest* *R* 2. b) ad ancillam *R* 2.
VI. a) partudinem *R* 1. b) domino *R* 1.
VII. a) his qui *des.* *R* 1. b) natus *R* 1. c) actoris *R* 1. d) necaverint *R* 1. e) dux *R* 2. f) tale *R* 2. g) uberatricem *R* 1.

1) *Cf. L. Baiuv.* 8, 22. 23.

IIII. TITULUS: DE VULNERE ET DEBILITATIONE.

I. FLAVIUS CHINDASVINDUS REX.

De cedibus ingenui adque servi.

Si ingenuus ingenuum quolibet hictu in capite percusserit, pro libore det solidos V, pro cute rupta solidos X, pro plaga[a] usque ad ossum[b] solidos XX, pro osso fracto solidos C. Quod si ingenuus hoc in servo alieno conmiserit, medietatem superioris conpositionis exolvat. Si vero servus in servo hoc fecerit, tertiam eiusdem conpositionis adinpleat et L flagella suscipiat. Si autem servus ingenuum vulneraverit, ita componat, sicut cum ingenuus servum vulneraverit alienum, et LXX flagella suscipiat. Si vero dominus noluerit pro servo conponere, servus tradatur pro crimine.

II. ANTIQUA[a].

De presumtoribus et operibus presumtorum.

Si quis evaginato gladio vel quolibet genere armorum munitus presumtivo modo in domo alienam intraverit, cupiens dominum domus hoccidere[b]: si ipse fuerit occisus, nullatenus requiratur[1]; sin autem ipse, qui in

TIT. IIII. a) talione *R* 2. b) conpensationis *R* 1. c) summa *R* 2. d) pro — talione *des.* *R* 1. e) iniuste *R* 1. f) *ita* *R* 1; continetur *E* 1; continentur *R* 2. g) *deest* *R* 1. 2. h) percusserit *R* 1.
I. a) placa *R* 1. b) osso *R* 1.
II. a) *deest* *R* 2. b) occidere *R* 2.

1) *Cf. L. Rom. Vis. C. Th. IX,* 11, 2. *Interpr.*

domum alienam intravit, hominem occiderit, continuo et ipse moriatur. Quod si non criminalem culpam admiserit, secundum legum ordinem conponere non moretur, iuxta quod damnum[c] in ea domo fecerit. Nam si ille, qui in domum alienam violenter ingressus fuerat, aliquid exinde rapuerit, undecupli satisfactione que levabit cogatur exolvere. Quod si non habuerit, unde conponat, ipse sine dubio serviturus tradatur. Et si aliquid in domo, quam ingressus fuerat, damni non fecerit[e] nec aliquid subtraxerit, pro eo, quod ingressus fuerit, decem solidus dare cogatur et C flagellis[f] publice verberetur. Quod si non habuerit, unde conponat, CC flagella suscipiat. Si vero aliqui de ingenuis cum eo in eadem domo, non ab illo iussi neque in eius obsequio vel patrocinio constituti, unanimes tamen vel consentientes presumtori[g] ingressi fuerint, unusquisque eorum simili damno et pene subiaceat[h]. Quod si non habuerint, unde conponant, CL flagella suscipiant; nam testimonium non amittant. Quod si in patrocinio vel obsequio presumtoris retenti, ab illo hoc facere iussi fuerint, vel cum eo hoc[i] eos fecisse constiterit, solus patronus ad omnem satisfactionem et pene et damni teneatur obnoxius; nam illi non erunt culpaviles, qui iussa patroni videntur esse conplentes. Si autem servus hoc domino nesciente conmiserit, CC flagella accipiat et quecumque abstulerit reddat; si vero conscio domino, ipse dominus pro eo conponat, sicut de ingenuis est superius conprehensum.

III. FLAVIUS CHINDASVINDUS REX.

De reddendo talionem[a] et conpositionis summam pro non reddendo talione.

Quorumdam seva temeritas severioribus penis est legaliter ulciscenda; ut, dum[b] metuit quisque pati quod fecerit, saltim ab inlicitis invitus abstineat. Quicumque igitur ingenuus ingenuum pertinaciter ausus decalvare aliquem aut turpibus maculis in faciem vel cetero corpore flagello, fuste seu quocumque hictu feriendo aut trahendo malitiose fedare vel maculare sive quacumque partem membrorum trucidare presumserit, aut etiam ligaverit, vel in custodiam aut in quocumque vinculo de-

c) damna *R* 2. d) fuerit *R* 2. e) fecit *R* 1. f) flagella *R* 1. g) presumtiosi *R* 2. *E* 1. h) subiaceant *R* 2. i) hoc eos *des.* *R* 1.
III. a) talione *R* 2. b) cum *R* 1.

tinuerit[c], seu ligari ab alio aut custodie vel vinculo[c] mancipari preceperit, iuxta quod alii intulit vel inferendum preceperit, correptus a iudice in se recipiat talionem; ita ut his, qui male pertulerit aut corporis contumeliam sustinuerit, si conponi sibi a presumtore voluerit, tantum conpositionis accipiat, quantum ipse taxaverit, qui lesionem noscitur pertulisse. Pro alapa vero, pugno vel calce aut percussione[d] in capite proibemus reddere talionem, ne, dum talio rependitur, aut lesio maior aut periculum ingeratur. Sed si quis haec[e] sine membrorum aliqua lesione presumtiosus intulerit, pro alapa X, pro[f] pugno vel calce XX flagella[f] suscipiat[f]; pro percussione vero in capite, si sine sanguine fuerit, ab eo, quem percusserit, XXX flagella suscipiat. Certe qui lesit vel ledendum dicitur instituisse, si non ex priori disposito, sed subito exorta lite et cede conmissa aliquo casu id convicerit se nolente perpetratum fuisse, pro evulso oculo det solidos C. Quod si contigerit, ut de eodem oculo ex parte videat qui percussus est, libram auri a percussore in conpositionem accipiat. Qui in naribus sic percussus est[g], ut nasum ex integrum perdat, C solidos percussor exsolvat. Si vero nasus ita conlisus est, ut pars turpata narium pateat, iuxta quod deturpationem iudex inspexerit, damnare non morabitur percussorem; quod etiam similiter de labiis vel auribus precipimus custodiri. Cui ponderositas facta fuerit, C solidi dentur in conpositionem. Qui manum ex toto absciderit vel etiam de quolibet hictu[h] ita percusserit, ut ad nullum opus ipse prodefaciat, C solidos percussor conponat. Pro pollicem[i] autem L, pro sequenti digito XXXX, pro tertio XXX, pro quarto XX, pro quinto X solidos conpositionis exolvat. Que iscilicet[k] summam[l] et de pedibus erit inplendum[l]. Pro singulis autem excussis dentibus duodeni solidi conponantur. Qui cassos alteri fregerit, et ex hoc, qui percussus est, debilis apparuerit, libram auri percussor conponere procurabit; et sta[m] quidem inter ingenuos[n] observanda vel adinplenda sunt. Si vero servus haec[o] ingenuo fecerit, vel etiam ingenuum decalvaverit, in eius potestate tradendus est[f], ut sui sit arbitrii de eo facere quod voluerit. Si certe ingenuus servum alterius decalvaverit vel decalvari[p] iusserit rusticanum, det eius

c) detinuerit — vinculo *om.* *R* 1. d) permissionem *R* 1. e) aut *add.* *R* 1. f) *deest* *R* 1. g) percusserit *R* 1. h) hictum *R* 1. i) police *R* 2. k) scilicet *R* 2. l) summa — inplenda *R* 2. m) ista *R* 2. n) ingenuis *R* 1. o) hoc *R* 2. p) decalvare *R* 2.

domino solidos X. Si vero idoneum, C flagella suscipiat et supra dictam summam solidorum exolvat. Quod si qualibet corporis parte servum truncaverit vel truncare iusserit alienum, CC flagellorum hictibus verberetur, et alium eiusdem facultatis et meriti[q] servum cum eodem proprio domino reddere conpellatur. Quod si de supra taxatis capitulis quodcumque libertus ingenuo facere presumserit, pro eo, quod equalem statum non habet, et quod fecerit similiter in se factum recipiat et C insuper flagellorum hictus extensus accipiat. Si servus *a.* servum inscio domino decalvare sive truncare presumserit, et quod fecerit patiatur, et C flagellis publice verberetur. Si servus domino nesciente ingenuum conprehendere vel ligare presumserit, CC publice verberetur flagellis. Quod si cum domini volumtate servus hoc fecerit, ipse dominus tantundem et penam et damna, que de ingenuis in hac tenetur lege, suscipiat. Ingenuus autem, si servum alienum ligaverit innocentem, det domino servi solidos tres. Nam si servus servum ligaverit absque volumtate domini sui, C flagellis publice verberabitur. Si certe conscio domino id servus admiserit, hisdem servi dominus tres idemque solidus reddere conpellendus est. Tamen si ingenuus servum alienum innocentem die aut[r] nocte in custodia detinuerit[s] vel ab alio fecerit detineri, pro una die tres solidus et pro nocte similiter tres solidos domino servi conponat; et si[t] per plures dies id servus innocens ab ingenuo pertulisse convincitur, eandem[u] trium solidorum summam per singulos dies hac noctes hisdem ingenuus servi domino coactus exolvat. Ingenuus sane, si servum alienum fuste aut flagello vel quolibet hictu indignans percusserit, et sanguis vel libor appareat, per singulas percussiones singulos solidos domino servi persolvat; aut si gravis percussio fortasse patuerit, per quam aut mortem aut debilitatem qui percussus est videatur incurrere, quantum pro tali re conponere debeat, iudicis estimatio conpetenter inspiciat. Si vero servus in servum talia fecerit, idemque iudex constituat, quantum vel [a] servo vel ab eius domino iuxta liboris vel plagarum qualitatem media pars de ingenuis conponi debeat. Servus tamen pro presumtione sua L flagella suscipiat[v] extensus. Omnes autem sententie

q) meritis *R* 1. r) hac *R* 1. s) tenuerit *R* 1. t) insuper *ead. m. corr.* in si per *R* 1. u) eadem *R* 1. v) extensus accipiat *R* 2.

legis huius tam in viris quam in feminis observande sunt; ita ut capitalia[1], que in hac[w] vel in aliis legibus ad arbitrium iudicis reservantur, eius instantia celeriter terminentur[x]. Quod[2] si iudex, amicitia corruptus vel premio[y], iuxta estimationem rei liberare neclexerit neque continuo ulciscendam[z] instituerit[a], iudiciaria protinus potestate privatus, ab episcopo vel iudice districtus illi, quem admonitus vindicare contemsit, secundum quod idem inspexerint, iuxta contemplacionem de facultate propria conponere conpellatur; quatenus ipse suarum[b] rerum conpulsus damna sustineat, qui voluntarius[c] defendere[d] recusabit interpellantis iniuriam.

r.

IIII. ANTIQUA[a].

Si iterantem quis retinuerit iniuriose adque nolenter.

Si in itinere positum aliquis iniuriose sine sua volumtate retinuerit, et ei in nullo debitor existat, quinque solidos pro sua iniuria consequatur ille, qui tentus est; et si non habuerit, unde conponat, ille, qui eum retinuerat, L flagella suscipiat. Quod si debitor illi fuerit et debitum reddere noluerit[b], sine iniuria hunc territorii iudici presentet, et ipse illi, quod iustum est, ordinet. Si vero servus hoc sine domini iussione conmiserit, C hictus extensus accipiat flagellorum. Sin autem domino iubente hoc fecerit, ad superiorem conpositionem dominus teneatur obnoxius.

V. FLAVIUS CHINDASVINDUS REX.

Ut qui alteri ea intulerit, que legibus non tenetur[a], illa recipiat, que fecisse convincitur.

Non minoris est noxe legum statuta nescire, quam sciendo prava conmittere. Quapropter quicumque actenus vel post hec inlicita perpetrans aut leges nescire se dixerit, aut in cuiuspiam damno vel periculo illa presumsit seu[b] presumserit[b] excogitare vel agere, que dicat legibus non contineri, adque ideo se non[c] posse[c] reatui

w) hanc *R* 1. x) terminetur *R* 1. y) premium *R* 1. z) *ita R* 1. 2. *E* 1. a) institerit *R* 2. *E* 1. b) sumarum *R* 1. c) volumtatis *R* 1. d) def. non curabit *R* 2.
IIII. a) *deest R* 2. b) nollit *R* 1. c) si *R* 2.
V. a) tenentur *R* 2. b) *deest R* 2. c) *deest R* 2.

1) *Capitale i. q. capitulum; cf. Ducange s. v. capitale* 3. 2) *Cf. G. Cohn, 'Iustizverweigerung' p.* 146.

subiacere, huius rei convictus presumtor ea continuo pericula, ingnominia, tormenta adque cruciatum vel damna sustineat, que alii intulit vel inferenda molitus est, adque insuper C publice flagellorum verberibus cesus ad perennem infamiam deformiter decalvetur.

VI. FLAVIUS CHINDASVINDUS REX.

Ne sit reus, qui percutere volentem ante percusserit.

Non est putanda resistentis inprobitas, ubi violenta conspicitur[a] presumentis audacia. Quicumque ergo incaute presumtiosus fuste vel gladio seu quocumque hictu percutere aliquem iratus voluerit vel percusserit, et tunc idem presumtor ab eo, quem percutere voluit, ita fuerit percussus, ut moriatur, talis mors pro homicidio conputari non poterit, nec calumniam[b] patietur qui presumentem percusserit; quia commodius erit irato vivens[c] resistere, quam sese post obitum ulciscendum relinquere. Ille sane, qui prior contra quemlibet iratus eduxerit gladium, quamlibet non percusserit, X tamen solidos ei, quem percutere voluit, pro presumtione sola dare cogendus est.

VII. FLAVIUS CHINDASVINDUS REX.

Si servus ingenuo fecerit contumelium.

Quamvis idoneus servus persone nobili et inlustri nullatenus indebite contumeliosus aut sediciosus presumat existere. Quod si fecerit, XXXX verberibus subiacebit. Servus autem vilior L flagellorum hictibus addicetur. Certe si eadem persona, ut sibi fieret[a] contumelium, servum prius[a] excitaverit alienum, sue necligentie deputet, quod oblitus[b] honestatis et patientie quod merebatur excepit.

VIII. ANTIQUA.

Si ingenuus ingenuum percutiat.

Si quis ingenuus ingenuo vulnus infixerit, ita ut continuo qui vulneratus fuerat moriatur, percussor pro homicidio puniatur. Et si qui percussus fuerat statim[a] non extinguatur, percussor deputetur in carcerem aut

VI. a) convincitur *R* 1. b) calumnie *R* 1. c) *ita* *R* 2. *E* 1; volens *R* 1.
VII. a) *deest* *R* 1. b) oblitatis *pro* obl. hon. *R* 1.
VIII. a) *deest* *R* 1.

certe sub fideiussore habeatur; et si evaserit vulneratus, pro sola presumtione det solidus XX, aut si non habuerit, unde conponat, CC flagella publice extensus accipiat et extra hoc conpositionem vulneris inplere cogatur, sicut a iudicibus fuerit estimatum.

VIIII. ANTIQUA[a].

Si ab ingenuo servus debilitetur alterius.

Si quis ingenuus servum alienum volens debilitaverit, alterum paris meriti servum domino eius dare non moretur. Illum vero debilem suo istudio[b] et sumtu ad curandum, donec recipiat sanitatem, retineat. Postea vero, si sanari potuerit, pro vulnere conpositio detur, ut iustum visum fuerit iudicanti[c]. Hac si postea domino servus reddatur incolomis, et suum recipiat. Insuper autem pro facti temeritate, ut cedem evadat, pro eo, quod servum alienum vulnerare presumsit, X solidos domino servi persolvat.

X. ANTIQUA[a].

Si servus ingenuum percutiat[b].

Si servus ingenuo sine domini iussione percussionem intulerit, et ille exinde continuo moriatur, percussor pro homicidio puniatur. Et si qui percussus fuerit statim non moriatur, ipse servus continuo tradatur in carcerem; et si evaserit vulneratus, ille, qui percusserat, CC flagella suscipiat. Dominus vero, si voluerit, pro servo summam conpositionis exolvat, quantum a iudicibus fuerit estimatum. Si autem noluerit, servum pro culpa tradere non moretur.

XI. ANTIQUA.

Si servus servum debilitet alienum.

Si servus in servum debilitationem intulerit, excepto vulneris conpositionem[a] C flagella suscipiat. Et si exinde debilitatus agnoscitur, quantum deterior extiterit ipse servus, iudex poterit extimare. Et si ipse dominus conpositionem accipere noluerit, similem servum aut pretium servi ab illo, cuius servus eum debilitabit, accipiat et illum debilitatum servum sibi usurpet. Hoc ipsut etiam et de ancillis precipimus custodiri.

VIIII. a) *deest R* 2. b) studio *R* 2. c) iudicantis *R* 1.
X. a) *deest R* 2. b) percuttiat *R* 1.
XI. a) conpositione *R* 2.

V. TITULUS: DE CEDE ET MORTE HOMINUM.

I. FLAVIUS GLORIOSUS RECCESSVINDUS REX.

Si quis nesciens hoccidat hominem.

Quicumque nesciens hominem hocciderit et nullum[a] contra eum odium habuerit, iuxta Domini vocem reus mortis non erit[1]. Non enim est iustum, ut illum homicide damnum aut pena percutiat, quem volumtas homicidii non cruentat.

TIT. V. a) occ. *plerumque R* 2. b) *deest R* 1. c) ingenus — ingenum *R* 1. d) trucidare *R* 1. e) homicida *R* 1. f) eclesia *R* 1.
a) nullam *R* 1.

1) *Deuter*. 19, 4. 6.

II. ANTIQUA [a].

Si [b] hominem, dum quis non videt, hocciderit.

Si quis hominem, dum eum non videt, stantem, venientem vel pretereuntem ignorando [c] occiderit, si nulla hoccasio inimicitie ante cum eo fuit, et ille [d] nolens homicidium admiserit adque ante iudicem [e] hoc potuerit adprobare, securus abscedat.

III. FLAVIUS GLORIOSUS RECCESSVINDUS REX.

Si quis inpulsus hoccidat hominem.

Si [1] quis aut casu aut re quacumque inpulsus vel precipitatus [a] in alterum conruerit hominemque [b] hocciderit, pro homicidio nec damnis nec penis damnabilis erit. Si certe homo inpulerit alium, cuius inpulsione inlisus perimat alterum, si ille, qui inpulit, absque mala volumtate hoc fecerit, auri libre damnum habebit, quare lesionem vitare neclexerit.

IIII. FLAVIUS GLORIOSUS RECCESSVINDUS REX.

Si quis alterum percutere volens alterum hoccidat hominem.

Quicumque [2] exhorta lite, dum eum, cum quo contendit, percutere querit, alterum nolens occiderit, querendum est, a quo cedes exordium habuerit; et si ab illo, quem percussor voluit percutere, exortam cedem esse constiterit, ille, qui concitabit litem [a], licet evaserit percussionem, quia tamen per ipsum constat homicidium esse conmissum, C auri solidos det. Ille vero, qui percussit, L solidos reddat, omnes [b] defuncti nihilhominus proximis profuturos. Ideo enim ambo damnum habebunt, quia ille volens aditum mortis dedit, ste [c] nolens mortem iniecit.

V. FLAVIUS GLORIOSUS RECCESSVINDUS REX.

Si homo exorta cede moriatur.

Si exorta cede ad faciendam pacem quicumque ingenuus advenerit, et eum percussione litis mori conti-

II. a) *deest R 2.* b) Si quis h. d. eum n. v. *R 2.* c) ignorandum *R 1.* d) qui *add. R 1.* e) iudice *R 1.*
III. a) precitatus *R 1.* b) hominem quem *R 1.*
IIII. a) lite *R 1*; *deest R 2.* b) homines *R 2*; hominis *E 1.* c) iste *R 2.*

1) *Cf. Wilda, 'Strafr.' p.* 583; *Frank, 'Kasuelle Tötung' p.* 28. 2) *Cf. Frank l. c.*

gerit, adque ille, qui percussit, aut suo sacramento aut testibus numero et dignitate idoneis adprobare potuerit, quod hoc ut fieret volumtatis eius non fuit, quia percussor nec percutere nec hoccidere voluit, libram tantum auri parentibus persolvat occisi. Similiter et qualemcumque vulnus tali casu fieri provenerit, tertiam partem conpositionis qui percussit exolvat, quia mors eius inulta esse non debet, qui pacis premium ut conferret advenit.

VI. ANTIQUA [a].

Si, dum levis iniuria infertur, homicidium committatur.

Si, dum quis calce [b] vel pugno aut quacumque percussione iniuriam conatur inferre, homicidii extiterit hoccasio, pro homicidio puniatur.

VII. FLAVIUS GLORIOSUS RECCESSVINDUS REX.

Si iocans aut indiscretus hoccidat hominem.

Quicumque [1] incautus et indiscretus aut iocari volens aut in multitudine cuiuscumque rei ex inproviso hictum [a] noxium mittens percussisse adque hoccidisse quempiam videatur, cum aut sacramento aut testibus convictum fuerit, quia id disposito [b] malitie aut nocendi volumtate conmissum non fuit, non quidem erit percussor vel [c] homicidio infamis vel morte damnabilis; quia mortuum volumtarie non hoccidit. Quare tamen indiscrete percussit nec vitare casum [d] studuit, libram auri proximis occisi persolvere procuravit [e] et L flagellorum hictibus vapulavit.

VIII. FLAVIUS GLORIOSUS RECCESSVINDUS REX.

Si quis per cautam disciplinam hoccidat hominem.

Quemcumque [a] discipulum vel in patrocinio aut in servitio constitutum a magistro, patrono vel domino conpetenti et discreta disciplina percussum fortasse mori de flagello contingat, cum nihil ille, qui docet aut corripit, in hunc invidie aut malitie habuerit, qui cedit [b] homi-

VI. a) *deest* *R* 2. b) calcem *R* 1.
VII. a) hictu *R* 2. b) dispositum *R* 1. c) velut homicidii *R* 1. d) casu *R* 1. e) procurabit — vapulabit *R* 2.
VIII. a) Quicumque *R* 1. b) cesit *R* 2.

1) *Cf. Wilda l. c.*

cidio nec infamari poterit nec adfligi. Quia, dicente Domini[c] sacra iscriptura: 'qui[1] disciplinam abicit, infelix erit'.

VIIII. FLAVIUS GLORIOSUS RECCESSVINDUS REX.

Si ingenuus servum casibus prescriptis occidat.

Si ingenuus servum non volumtate, sed supra scriptis casibus diversis hocciderit, medietatem[a] conpositionis, que est de ingenuis constituta, erit[b] a percussore domino servi reddenda.

X. FLAVIUS GLORIOSUS RECCESSVINDUS REX.

Si servus ingenuum casibus prescriptis occidat.

Si servus ingenuum non volumtate, sed supra scriptis casibus diversis occiderit, eam conpositionem exolvat, que de ingenuis casu hoccidentibus superior sententia taxat. Quod si dominus pro servo conponere noluerit, mox servum tradere oportebit.

XI.[a] ANTIQUA[b].

Si homo[c] volumtarię occidatur[d].

Omnis homo, si volumtate, non casu hocciderit hominem, pro homicidio puniatur.

XII.[a] FLAVIUS CHINDASVINDUS[b] REX.

Ne domini extra iudicem servos suos hoccidant, et si ingenuus occidat ingenuum.

Si[2] criminis quisque reus vel nefandi consilii socius nequaquam debet indemnis relinqui, quanto magis qui ex istudio malitie temeranter homicidium dinoscitur per-

c) Dei *R* 2.
VIIII. X. *Auctor codicis R* 1 *errore manifesto a verbo* occiderit *capitis* 9. *ad ea, quae idem verbum* occiderit *in capite* 10. *sequuntur, transiluit; quo facto verba* medietas *capitis* 9. *usque* occiderit *capitis* 10. *desunt. Caput* 10. *autem infra ad calcem codicis al. m. post additum repetitur. In codice R* 2 *capita* 9. *et* 10. *mutato ordine ita leguntur, ut caput* 10. *sub numero* VIIII *exhibeatur, caput* 9. *sub numero* X *sequatur. Caput* 9 *(codicis* X*) inscriptione auctoris caret.*
VIIII. a) *ita R* 2. *E.* b) *ita E* 1; *deest R* 2.
XI. a) X *R* 1. b) *deest R* 2. c) non *add. R* 1. d) hominis *add. R* 2.
XII. a) XI *R* 1. b) gloriosus Reccessvinthus *R* 2.

1) *Sap. Sal.* 3, 11. 2) *Cf. ad hanc et sequentem legem Dahn, 'Könige' VI*², *p.* 198.

petrasse? Ideoque, quia sepe presumtione crudelium dominorum extra discussionem[c] publicam servorum anime perimuntur, extirpari decet hanc omnino licentiam et huius legis ab omnibus perenniter adinpleri censuram; scilicet, ut nullus dominorum dominarumque servorum suorum vel ancillarum seu qualiumcumque personarum extra publicum iudicium quandoquidem occisor existat[1]. Sed si tale servus vel ancilla seu quicumque crimen admiserit, ex quo possit mortis debitam damnationem excipere, confestim dominus eius vel accusator iudici loci illius, ubi hoc exortum fuerit, aut comiti vel duci[d] publicare non differat, et agitata discussione, dum manifestum crimen patuerit, seu a iudice sive a proprio domino mortis, quam meretur, sententiam excipiat[e]. Ita tamen, ut, si[f] reum iudex occidere noluerit, mortis eius sententiam[e] scriptis decernat, et utrum interficere eum dominus eius, an vite reservare voluerit, in eius potestate consistat. Sane si servus vel ancilla, ausu[g] pestifero resultantes[h] dominis, seu gladio vel lapide sive quocumque[i] hictu dominum dominamve percusserit vel percutere conatus fuerit, et domini se cupientes defendere, statim in eo[k] furore servum aut ancillam hocciderint, nullatenus ad satisfactionem tenendi sunt homicidii; si tamen res taliter gesta probabilis fuerit, hoc est, et per testimonium vel iuramentum servorum vel ancillarum, quos interfuisse constiterit, et per sacramentum eius, qui talia gesserit. Nam si ex disposito malitie servum suum vel ancillam seu per se sive per quemlibet extra publicum examen occidere quicumque presumserit, qui talia dinoscitur perpetrasse propter arcendam[l] huius rei temeritatem redactus in exilium sub penitentia persistat, quousque advixerit, et facultas eius illis proficiat, quibus lex ad capiendam hereditatem vicinioris gradus successionis[m] indulgit. Qui vero alienum servum vel ancillam ex deliberatione[n] sue volumtatis occiderit vel occidendum preceperit, duos eiusdem meriti servos seu *v.*

c) discussione publica *R* 2. d) i u d i c i *R* 1. e) excipiat — sententiam *om.* *R* 2. f) seu *R* 1; *deest* *R* 2. g) aut sub *R* 2. h) resultans *R* 2. i) quodcumque *R* 1; cocumque *R* 2. k) eos *R* 1. l) coarcendam *R* 2. m) successione *R* 2. n) liberatione *R* 1.

1) *Cf. Conc. Epaon. (a.* 517*) c.* 34: Si quis servum proprium sine conscientia iudicis occiderit, excommunicatione biennii effusionem sanguinis expiabit.

ancillas occisorum dominus de facultate homicide consecuturus est; homicida tamen secundum superiorem hordinem perennis exilii penam indubitanter excipiat. Nam si dominus fortasse vel domina in ancilla vel servo, tam proprio quam extraneo[o], vel incitatione iniurie vel ira commotus, dum disciplinam ingerit, quocumque hictu percutiens[p] homicidium penetraverit[q], et vel testibus probare potuerit vel certe sacramento[r] suam conscientiam expiaverit, nolendo talem[s] homicidium conmisisse, ad huius legis sententiam teneri non poterit. Verumtamen si servi vel ancille instituentibus vel consentientibus dominis in conservis suis vel quibuscumque personis homicidium perpetraverint, et per exactionem tormentorum eosdem dominos suos talia sibi constituisse taxaverint, servi quidem vel ancille talia perpetrantes centenis flagellis publice verberandi sunt hac turpiter
v. decalvandi; eorum vero domini superiori sunt sententia feriendi. Quecumque autem persona ingenua propter furti rapacitatem in itinere vel in domo positum quemquam insidians occidisse detegitur, homicida continuo pro homicidio puniatur; et[t] quoniam consilio quisque[u] vel iussu homicidium faciendum insistens noxior iudicandus est quam ille, qui homicidium opere perpetravit, id specialiter constituendum oportuit, ut excepta causa servorum, de quibus supra taxatum est, si ingenuum vel ingenuam per servum aut[v] ancillam dominus dominave hoccidendum preceperit, et per arduam aput iudicem publicamque tormentorum discussionem talia de dominis
a. fuerint manifeste confessi, servus procul dubio vel ancilla tam noxia perpetrantes, ducentenis verberati flagellis, turpiter etiam decalvandi sunt. Domini vero, quibus iubentibus tale nefas admissum est, capitali se noverint supplicio perimendos. Nam si ingenui quilibet ex comuni consilio homicidium perpetrare deliberaverint, illi, qui fortasse percusserint aut quocumque[w] hictu hominem interfecerint, morte damnandi sunt. Illi vero, qui cum eis consilium habuisse repperiuntur, quamvis non percusserint, propter inimicum[x] tamen consilium ducentorum flagellorum hictus publice[y] extensi et decalvationis feditate passuri sunt; adque insuper proximis occisi parentibus quinquagenos solidos conponere conpellantur,

o) externo *R* 2. p) percuttiens *R* 1. q) *ita* *R* 1. 2; perpetraverit *E.*
r) sacramentum *R* 1. s) tale *R* 2. t) *deest* *R* 1. u) quique *R* 1. v) vel *R* 2.
w) quodcumque *R* 1. x) *corr.* inicum *R* 2. y) puplice *R* 1.

aut si non habuerint, unde conponant, perenniter servituri tradantur.

XIII.[a] FLAVIUS GLORIOSUS RECCESSVINDUS REX.

Ne liceat quemcumque servum vel ancillam quacumque[b] corporis parte truncare.

Superiori[1] lege dominorum indiscreta[c] sevitia[c] a[d] servorum[d] occisione[e] privabimus. Nec etiam imaginis[f] Dei plasmationem adulterent, dum in subditis crudelitates suas exercent, debilitationem corporum prohibendam oportuit. Ideo decernimus, ut quicumque dominus dominavę absque iudicis examinatione et manifesto[g] scelere servo suo vel ancille manum[h], nasum[h], labium, linguam, aurem etiam vel pedem absciderit, aut oculum evulserit, seu quacumque parte corporis detruncaverit aut detruncari vel extirpari preceperit, trium annorum exilio sub penitentia religetur aput episcopum, in cuius territorio aut ipse[i] manere aut factum scelus esse videtur. Omnem vero facultatem ipsius, si filios habuerit, qui tamen non sunt[k] sceleris[l] eius participes, tueantur adque gubernent, reddituri, cum redierit, rei domino rationem. Si certe filii legitimi defuerint, aliis parentibus ita iudex facultatis eius custodiam[m] committat, qualiter, cum redierit, de rebus suis ratio illi[n] reddatur. Sin autem nullus de proximis fuerit, iudex ipse curam habebit, qualiter et[o] cuncta gubernet adque conservet et de eisdem postea rationem reddat.

XIIII.[a] FLAVIUS CHINDASVINDUS REX.

Ut homicidas[b] cunctis liceat accusare.

Si homicidam nullus accuset, iudex, mox facti crimen agnoverit, licentiam habeat corripere criminosum,

XIII. a) XII *R* 1. b) quecumque *R* 1. c) i. servitia *R* 1; indiscretam siuitia *R* 2. d) ad servorum *R* 2; *des.* *R* 1. e) accasione *R* 1. f) in magnis *R* 1; imagines *R* 2. g) manifestato *R* 2. h) manu, nasu *R* 1. i) se *R* 1. k) sint *R* 2. l) sceleri eius *R* 2. m) custodiendam *R* 2. n) illis *R* 2. o) *deest* *R* 1.
XIIII. a) XIII *R* 1. b) homicida *R* 2.

1) *Recte monuit Dahn, 'Könige' VI², p.* 198, *n.* 7, *ad hanc legem referenda esse verba, quae exstant in Conc. Emerit. (a.* 666*) c.* 15: Si regalis pietas pro salute hominum suarum legum dignata est ponere decreta *etc.* Ideoque placuit huic sancto concilio, ut omnis potestas episcopalis modum suae ponat irae nec pro quolibet excessu cuilibet ex familia ecclesiae aliquod corporis membrorum sua ordinatione praesumat extirpare aut auferre.

ut penam reus accipiat, quam meretur. Nec enim propter accusatoris absentiam aut aliquod fortasse conludium sceleris debet vindicta differri[c], sed tam uxor mortem mariti, vel si quid noxium ab alio forte pertulerit, quam etiam maritus, [si] simile aliquid uxorem pati contigerit, licitum habebit inquirere, et iuxta qualitatem criminis legaliter ulciscendum insistere; ita ut, si manente adversus reum tali intentione maritus et uxor vitam finierint et inperfectam causam reliquerint, eorum filii seu propinqui, quibus ad capiendam hereditatem legitima successio conpetit, accusare reum vel homicidam hac, sicut parentes facere potuerant, instanter prosequi habeant potestatem. Nec enim dignum est parentum aut propinquorum habere facultatem, si non reus vel homicida debitam[d] sententiam condemnationis excipiat. Quod si[e] iudex admonitus huius rei vindex esse destiterit, et dilatans accusantes ad regiam cognitionem ex hoc querela pervenerit, sciat se pro mortuo, quem vindicare noluit, medietatem homicidii, hoc est CL[f] solidos petenti esse daturum[1]. Facultates sane eius, qui pro suo est scelere puniendus, non antea cuiquam husurpare conceditur, nisi per iudicium ultionis ex lege sententia detur.

XV. FLAVIUS CHINDASVINDUS REX.

Quod et proximis et extraneis homicida conceditur accusare.

Cum ceterorum criminum reos pena[s] semper oporteat[a] excipere, quas merentur, nefas esse putandum est, homicidas umquam indemnes relinquere, quos[b] severiori magis condecet[c] atrocitate puniri. Ne ergo possit evadere homicida, quod fecit aut aliquis scelus eius presumat forsitan excusando celare, primo proximis hoccisi datur licentia accusandi; quod si iidem proximi ad querendam defuncti mortem aut tepidi fuerint aut forte distulerint, tunc accusandi homicidam tam omnibus generaliter aliis parentibus quam exteris aditum pandimus; ita ut, qui homicidam fraudulenter excusare conatus fuerit vel defendere, commodum, quod propterea

c) differre *R* 1. d) debitum s. *R* 1; debita sententia *R* 2. e) *deest* *R* 1. f) *ita* *R* 1; centum quinquaginta *R* 2.

XV. a) oportet *R* 1. b) quod *R* 1. c) quam decet *R* 1.

1) *Cf. G. Cohn, 'Justizverweigerung' p.* 147 *sqq.*

fuerit consecutus, in duplum conpellatur accusatori persolvere. Nam homicidii reus numquam potest[d] esse securus, cum contra eum accusationem deferre nulli penitus licentia denegetur.

XVI. FLAVIUS CHINDASVINDUS REX.

Si homicida ad ęclesiam confugiat.

Non[1] sumus inmemores, de homicidis[a] actenus adque maleficis diversas[b] quidem legum sententias precessisse et iuxta qualitatem[c] isceleris penas esse prepositas, quas unusquisque eorum merebatur excipere. Tamen, quia nequitie huius autores, quanto in malis amplius promti sunt, tanto ad evadendum supplicium hoccasiones sepe pretendunt ac se plerumque basilicarum Dei defensione conmittunt, qui contra divinum preceptum scelera perpetrare non metuunt. Ideo, quia numquam debet hoc scelus inultum relinqui, quod et vitam perimit et quorundam mentes ad deterius frequenter inpellit, hoc omne[d] per evum mansurum damus edictum: ut, quemcumque homicidam seu maleficum lex puniri precipit, et preterea, qui ex suo disposito vel male volumtatis adsensu[e] tale nefas committit, nulla hunc occasio nullaque umquam ab hac[f] sententia potestas excuset; sed etiam, si contigerit eum ad altare sanctum fortasse confugere, non quidem presumat eum absque consultu[g] sacerdotis persecutor eius abstrahere; consulto tamen sacerdote ac reddito sacramento, ne eundem sceleratum publica mortis pena[h] condemnet, sacerdos eum sua intentione ab altario[i] repellat et extra corum proiciat, et sic ille, qui eum persequitur, conprehendat; cui[k] ab eclesia eiecto non alias mortales inferat penas, nisi omnem oculorum eius visionem extinguat et sic ad aliorum[l] terrorem infeliciter victurum dimittat; quatenus, dum malorum pravitas conspicit constituta sibi supplicia preterire non posse, vel metu saltim territus a malis abstineat, que male volumtatis intentio ad inlicitum facinus sponte sepe[m] precipitat. *v.*

d) potes *R* 1.

XVI. a) homicidiis *R* 1. b) diversa *R* 1. c) qualitate *R* 1. d) omnem *R* 1. e) adsensum *R* 1. f) hanc *R* 1. g) consultum *R* 1. h) penam *R* 1. i) altari *R* 2. k) qui *R* 1. l) alterum *R* 1. m) se *R* 1.

1) *Cf. infra IX, 3; Dahn, 'Könige' VI*², *p.* 375 *sq.*

XVII. FLAVIUS CHINDASVINDUS REX.

De parricidis[a] et eorum rebus.

Cum nullum homicidium volumtate conmissum nostris legibus relinquatur inultum, et illum magis oporteat mortem excipere, qui consanguinitatis[b] proximum presumsit occidere; proinde hoc omne per evum promulgamus edictum, ut, quicumque parricidium fecerit, hoc est patrem aut matrem seu fratrem aut sororem vel quemcumque sibi propincum proposito vel intentione prave volumtatis occiderit, confestim conprehensus a iudice eadem morte puniatur, qua ipse alium punire presumsit. Ita ut, seu vir sive mulier sit, qui parricidii crimen admiserit, si filios[c] non habuerit, omnis parricide hereditas ad heredes propinquos occisi pertineat. Si vero filios de alio coniugio habuerit, medietas facultatis eius filiis occisi proficiat et medietas filiis parricide; si tamen in iscelere patris aut matris conscii non fuerint adprobati. Nam si conscios eos scelus parentum habuerit, omnis parricide hereditas filiis occisi proficiat. Quod si neque parricida neque occisus filios reliquerint[d], tunc omnem facultatem parricide parentes occisi aut propinqui sibimet in omnibus vindicabunt, vel proximi, qui mortem eius ulciscendam institerint[e], iuri suo adplicare non dubitent.

XVIII. ANTIQUA[a].

De his, qui proximos sanguinis[b] sui occiderint.

Si patrem filius aut pater filium seu maritus uxorem aut uxor maritum aut mater filiam aut filia matrem aut frater fratrem aut soror sororem aut[c] socerum gener aut socer generum vel nurus socrum[d] aut socrus nurum vel quemcumque consanguinitate sibi[e] proximum aut suo generi copulatum occiderit, morte damnetur. Quod si propter hoc homicida ad ecclesiam vel ad altaria sacra *v.* concurrens pietate principum vel iudicum fuerit reservatus ad vitam[1], perpetuo maneat persona eius exilio mancipata. Omnem vero substantiam suam heredibus occisi iuxta legis superioris ordinem iubemus addici, aut

XVII. a) parracid. *semper* *R* 2. b) consanguininitatem *R* 2. c) lios *R* 1. d) reliquerit *R* 1. e) instituerint *R* 1.
XVIII. a) *deest* *R* 2. b) sanguis *R* 1. c) vel *R* 1. d) socerum *R* 1. e) sive *R* 1.

1) *Cf. supra* c. 16. *et p.* 200, *n.* 1.

etiam fisco, si heredes[f] proximos occisus non reliquerit, sociari. Nam homicida[g] nec[h] facultatibus suis liberatus utetur, etiam si[i] penam mortis evadere mereatur.

XVIIII. ANTIQUA[a].

Si a[b] proximo sanguinis casu proximus occidatur.

Si pater filium aut mater filiam aut filius patrem aut frater fratrem aut quemlibet sibi propinquum[c] gravibus coactus iniuriis, aut dum repugnat, occiderit, et hoc idoneis testibus, quibus merito fides possit adhiberi, aput iudicem potuerit adprobare, quod parracidium, dum propriam vitam tuetur, admiserit, securus abscedat, nec ullum vite periculum aut dispendia facultatum vel tormenta formidet, illa discretione servata, que in cunctis casibus est de homicidiis constituta.

XX. FLAVIUS GLORIOSUS RECCESSVINDUS REX.

Si servus servum casibus prescriptis hoccidat.

Si cunctis supra scriptis casibus servus servum hoccidisse detegitur, omnem conpositionis summam, que de casu tali[a] est hoccasione taxata, servi dominus ex medietate domino servi persolvat. Quod si pro eo satisfacere contemnat, servum sine dubio tradat.

f) heres *R* 1. g) homicide *R* 1. h) ne *R* 1. i) *deest R* 1.
XVIIII. a) *deest R* 2. b) *deest R* 1. c) propinquo *R* 1.
XX. a) alio *R* 1.

DE FURTIS ET FALSARIIS[a].

LIBER SEPTIMUS.

I. TITULUS: DE INDICIBUS FURTI.

I. ANTIQUA[a].

De indice et hec, que indicari[b] dicuntur.

Iudex reum, qui accusatur, antea non torqueat, quam ille, qui accusat, si indice[c] presentare noluerit, se per placitum trium testium roboratione firmatum, ea condicione constringat, ut, si his, qui accusatus est, manifestis indiciis innocens conprobatur, ipse penam, quam illi intendit, excipiat; et tamen, postquam innocentia patuerit accusati, accusator a iudice distringatur, ut pro[d] agnoscendam[e] rei veritate indice[f] presentet invitus; quem si presentare nequiverit, saltim qui sit ex nomine manifestet, ut districtus a[g] iudice[g] vera convincat esse que indicabit[h]. Quod si eum nec ipse iudex per alicuius potentis defensionem aut patrocinio[i] seu metu[i] regie potestatis discussioni sue presentare non potuerit, ad regiam id cognitionem, si prope est, deferre procuret;

LIB. VII. a) fallacihis *R* 2.
TIT. I. a) indicare *R* 1. b) testimonium *R* 1. c) mercedem *R* 1. d) quacumque *R* 1. e) acc. ab indice *des.* *R* 1.
I. a) *deest* *R* 2. b) indicare *R* 1. c) *ita* *R* 1. 2. d) *deest* *R* 1. e) ignoscenda *R* 2. f) indicem *R* 2. g) a iud. *des.* *R* 1. h) indicavit *R* 2. i) patrocinium seu metum *R* 2.

etiam fisco, si heredes[f] proximos occisus non reliquerit, sociari. Nam homicida[g] nec[h] facultatibus suis liberatus utetur, etiam si[i] penam mortis evadere mereatur.

XVIIII. ANTIQUA[a].

Si a[b] proximo sanguinis casu proximus occidatur.

Si pater filium aut mater filiam aut filius patrem aut frater fratrem aut quemlibet sibi propinquum[c] gravibus coactus iniuriis, aut dum repugnat, occiderit, et hoc idoneis testibus, quibus merito fides possit adhiberi, aput iudicem potuerit adprobare, quod parracidium, dum propriam vitam tuetur, admiserit, securus abscedat, nec ullum vite periculum aut dispendia facultatum vel tormenta formidet, illa discretione servata, que in cunctis casibus est de homicidiis constituta.

XX. FLAVIUS GLORIOSUS RECCESSVINDUS REX.

Si servus servum casibus prescriptis hoccidat.

Si cunctis supra scriptis casibus servus servum hoccidisse detegitur, omnem conpositionis summam, que de casu tali[a] est hoccasione taxata, servi dominus ex medietate domino servi persolvat. Quod si pro eo satisfacere contemnat, servum sine dubio tradat.

f) heres *R* 1. g) homicide *R* 1. h) ne *R* 1. i) *deest* *R* 1.
XVIIII. a) *deest* *R* 2. b) *deest* *R* 1. c) propinquo *R* 1.
XX. a) alio *R* 1.

DE FURTIS ET FALSARIIS[a].

LIBER SEPTIMUS.

I. TITULUS: DE INDICIBUS FURTI.

I. ANTIQUA[a].

De indice et hec, que indicari[b] dicuntur.

Iudex reum, qui accusatur, antea non torqueat, quam ille, qui accusat, si indice[c] presentare noluerit, se per placitum trium testium roboratione firmatum, ea condicione constringat, ut, si his, qui accusatus est, manifestis indiciis innocens conprobatur, ipse penam, quam illi intendit, excipiat; et tamen, postquam innocentia patuerit accusati, accusator a iudice distringatur, ut pro[d] agnoscendam[e] rei veritate indice[f] presentet invitus; quem si presentare nequiverit, saltim qui sit ex nomine manifestet, ut districtus a[g] iudice[g] vera convincat esse que indicabit[h]. Quod si eum nec ipse iudex per alicuius potentis defensionem aut patrocinio[i] seu metu[i] regie potestatis discussioni sue presentare non potuerit, ad regiam id cognitionem, si prope est, deferre procuret;

LIB. VII. a) fallacihis *R* 2.
TIT. I. a) indicare *R* 1. b) testimonium *R* 1. c) mercedem *R* 1. d) quacumque *R* 1. e) acc. ab indice *des.* *R* 1.
I. a) *deest* *R* 2. b) indicare *R* 1. c) *ita* *R* 1. 2. d) *deest* *R* 1. e) ignoscenda *R* 2. f) indicem *R* 2. g) a iud. *des.* *R* 1. h) indicavit *R* 2. i) patrocinium seu metum *R* 2.

si autem longe est, episcopo vel iudici[k.1] denuntiet[l], ut eorum maiora[m] autoritas hunc iudicio[n] faciat presentari. Quod si neclexerit nuntiare, de propria iudicis facultate omne, quod periit, iussu principis vel episcopi adque iudicis querellanti restituatur. Index[o] autem, si non potuerit probare quod indicabit[p], pro omni satisfactione teneatur obnoxius. Quod si rerum causa est et ingenuus est, cum infamio novecuplam, servus vero sexcuplam conpositionem exolvat, et C insuper flagella idem servus suscipiat. Quod si isdem ingenuus unde conponere non habuerit, et ei, quem infamare temtavit, et ei, cui mentitus est, pariter serviturus tradatur. Servus vero si conpositionem pro se exolvere non potuerit, aut si noluerit pro eo satisfacere dominus, servum pro reatum[q] tradere non moretur.

II. ANTIQUA[a].

Non credendum indicanti servo, nisi cum domini testimonio.

Si servus sine conscientiam[b] domini sui aliquid indicaverit, aliter ei[c] non credatur, nisi dominus pro persona servi testimonio suo dixerit esse credendum, de honestate mentis eius proferens testimonium verum.

III. ANTIQUA.

Si index furti sit conscius.

Si delator furti conscius probatur[a], nullam penam incurrat et damnum solutionis evadat; mercedem vero pro indicio non requirat, cui sufficere debet, ut securus abscedat. Qui[b] si forsitam rem[c], que furtim ablata est, cum furti ipsius consorte diviserit, que in portione percepit et aput se retinuit, simplum[d] tantum restituat.

IIII. ANTIQUA[a].

De mercedem[b] indicis.

Si[2] quis furem prodiderit, si tamen furti ipsius conscius[c] non est, non plus pro indicio accipiat, nisi

k) *ita* *R* 1. 2. *E* 1. *V* 5; duci *alii*. l) *ita* *R* 1. *E* 2. *V* 5; renuntiet *R* 2. *E* 1. m) *ita* *R* 1. 2. n) iudicium *R* 1. o) iudex *R* 1. p) indicavit *R* 2. q) reatu *R* 2.
II. a) *deest* *R* 2. b) constientiam *R* 1; consentia *R* 2. c) *deest* *R* 1.
III. a) conprobatur *R* 2. b) Quis *pro* qui si *R* 1; quodsi *R* 2. c) irem *R* 2. d) simpla *R* 2.
IIII. a) *deest* *R* 2. b) mercede *R* 2. c) constius *R* 1.

1) *Hic est iudex superior, non eiusdem ordinis atque supra memoratus.*
2) *Cf. Dahn, 'Westg. Stud.' p.* 262.

quantum res valuerit, que furto[d] ablata est; si tamen domino rei conpositio fuerit exsoluta. Si autem talis sit fortasse condicio, ut necesse sit illum, qui fur probatur, occidi, et nihil de eius facultatibus inveniatur, aut[e] si servus fuerit, et dominus servi substantiam eius sue vindicet potestati, et in conpositionem qui perdiderat res suas nihil fuerit consecutus, tunc tertiam partem de re repperta pro mercedem[b] indicii consequatur, et delator nihil amplius iam requirat.

V. ANTIQUA[a].

Si innocens in quocumque crimine accusetur ab[b] indice[b].

Quicumque[1] accusatur in crimine, id est veneficio, maleficio, furto aut quibuscumque factis inlicitis, adcusator eius concurrat ad comitem civitatis vel iudicem, in cuius est territorio constitutus, ut ipsi secundum leges causam discutiant[c]. Et[d] cum agnoverint crimen admissum, reum comes[d] aut iudex conprehendat; et si capitalia non admiserit, tunc ei, cui reus est, aut conponere conpellatur, aut, si non habuerit, unde conponat, serviturus ei tradatur; si vero innocens adprobatur, de iudicio securus abscedat. Illę vero, qui accusabit[e], et penam et damnum suscipiat, quod debuit percipi[f] accusatus, si de crimine fuisset convictus. Comes tamen aut iudex nullum discutere solus presumat, ne aliquod possit esse conludium, ut innocens fortasse tormenta sustineat. Prius tamen pene non subiaceat, quam aut sub presentia iudicum manifestis probationibus arguatur, aut certe, sicut in aliis legibus continetur[2], eum accusator inscribat; et sic in presentia iudicum superius nominatorum questionis agitetur examen.

II. TITULUS: DE FURIBUS ET FURTIS.

I. Ut exponat, quid querit, qui rem furtivam se querere dicit.

d) furtu *R* 2. e) ut *R* 1.
V. a) *deest R* 2. b) ab indice *des. R* 1. c) discuttiant *R* 1. d) Et — comes *des. R* 1. e) accusavit *R* 2. f) *ita R* 1. *E* 1; perferri *R* 2.

1) *Haec lex ex parte in Legem Baiuv.* 9, 18. *recepta est.* 2) *Cf. supra VI,* 1, 2; *L. Rom. Vis. C. Th. IX,* 1, 6. 8. 9. 11.

I. ANTIQUA[a].

Ut exponat, quid querit, qui rem furtivam se querere[b] dicit.

Qui rem furtivam requirit, quid querat iudici occulte debet exponere, ut ostendat per manifesta signa, quid perdidit; ne veritas ignoretur, si non evidentia signa monstraverit.

TIT. II. a) data *R* 1. b) ingenuus *corr.* d. *R* 2. c) suadeat *R* 1; suadatur *R* 2. d) regiis *R* 2. e) mulinis *R* 1. f) *deest* *R* 1. g) exolvantur *R* 2. h) furto *R* 1. i) furti, *post quod verbum locus rasus existit* *R* 1; furtivel *corr.* furtive *R* 2.
I. a) *deest* *R* 2. b) requirere *corr.* se quirere *R* 2.

II. ANTIQUA[a].

Si servus ante datam[b] seu post datam libertatem faciat furtum.

Si quis in servitio constitutus furtum admiserit et postea a domino suo fuerit manumissus, illa, que antea conmiserat, ad damnum domini non pertineant, sed ipse sicut servus[c] penam[d] vel damnum legibus suscipiat constitutum, qui inlicita perpetrasse dinoscitur. Quod si post datam libertatem hoc fecerit, ita ut servus et conpositionem et flagella sustineat. Quod si tale factum non fuerit, propter quod servituti tradatur, in libertate accepta nihilhominus permaneat.

III. ANTIQUA[a].

Si servus ad alium dominum transiens quodcumque conmittat inlicitum.

Si servus, dum ad alium dominum transit, aliquid de rebus prioris domini involaverit aut abstulerit seu quodcumque damnosum alicui intulerit, dum pro crimine cupiditatis cupit addici, discutiatur[b] a iudice. Et si id crimen admisisse convincitur, posterior dominus, si voluerit, pro servo damnum conpositionis exolvat. Certe, si noluerit, servus secundum criminis qualitatem tradatur ad penam.

IIII. ANTIQUA[a].

Si dominus cum servo alieno faciat furtum.

Si quis ingenuus cum servo alieno in aliquo crimine inventus fuerit, ut furtum forsitam faciant vel aliquid rapiant aut inlicita quecumque committant, secundum superiorem legem[1] medietatem eiusdem conpositionis exolvant, ita ut ambo publice fustigentur. Et si noluerit dominus pro servo satisfacere, ipsum servum pro conpositione[b] tradere non moretur. Quod si capitalia forte conmiserint, simul servus cum ingenuo morte damnentur.

V. ANTIQUA[a].

Si dominus cum servo suo faciat furtum.

Si[2] dominus cum servo suo ad furtum faciendum[b]

II. a) *deest R* 2. b) data *R* 1. c) superius *R* 1. d) pena *R* 1.
III. a) *deest R* 2. b) discuttiatur *R* 1.
IIII. a) *deest R* 2. b) conpositionē *R* 1.
V. a) *deest R* 2. b) *bis scr. R* 1.

1) *V. supra c.* 2. 2) *Cf. infra VIII,* 1, 1; *L. Fris.* 1, 14; *L. Sax.* 50; *Ed. Roth.* 249 *i. f.; Brunner, 'D. RG.' II, p.* 569.

ierit[c], hanc conpositionem non servum, sed dominum implere iubemus; ita tamen, ut dominus[d] iuxta leges C flagellis publice fustigetur[e]. Servus autem ideo erit indemnis, quia domini iubentis obedibit[f] inperiis.

VI. ANTIQUA[a].

Si servus alienus suadatur[b] ad inlicita facienda.

Si[1] quis servum alienum ad furtum faciendum aut alias quascumque res inlicitas conmittendas vel etiam adversus se ipsum fortasse persuaserit, ut domino eius perditionem exibeat, quod facilius eum per malam et iniquam persuasionem ad suum servitium fraudulenter addicat, et fraus ipsa iudicis fuerit investigatione detecta: dominus servi nec servum perdat nec ullam calumniam pertimescat; sed ipse, cuius conludio vel suasione servus crimen admiserat, ut eum sibi per aliquam hoccasionem[c] ad servitium potuisset addicere, ipse eius servi domino, quantum ille involaverit, aut quantum culpavilem[d] rem admiserit, septuplo[e] conpositionem inplere cogatur. Ipse autem servus in conventu publice C flagella suscipiat pro eo, quod dominum suum dispiciens insidianti consenserat; et sic postmodum domino suo reddatur.

VII. ANTIQUA[a].

De his, qui cum furibus conscii fuerint.

Non[2] solum ille, qui furtum fecerit, sed etiam et[b] quicumque conscius fuerit vel furti ablata sciens susceperit, in numero furantium habeatur[c] et simili vindicta subiaceat[c].

VIII. FLAVIUS GLORIOSUS RECCESSVINDUS REX.

Si de fure quis nesciens conparaverit.

Universam[3] rem nulli ingenuo liceat de incognito homine conparare, nisi certe fideiussorem adhibeat, cui

c) ierint *R* 1. d) dominum *R* 1. e) fustigentur *R* 1. f) obedivit *R* 2.
VI. a) *deest* *R* 2. b) *ita* *R* 1; uadatur *R* 2. c) occupationem *R* 2. d) culpabilem *R* 2. e) septuplum *R* 2.
VII. a) *deest* *R* 2. b) qui cum eo *pro* et q. *R* 2. c) habeantur — subiaceant *R* 1.

1) *Haec lex in Legem Baiuv.* 9, 6. *recepta est. Cf. Brunner l. c.* 2) *Cf. L. Baiuv.* 9, 15; *Brunner l. c. p.* 579. 3) *Haec lex recepta est in Legem Baiuv.* 9, 7; *cf. ibid.* 9, 13.

credi possit, ut excusatio ignorantie auferatur. Quod si aliter fecerit qui conparaverit a iudice districtus[a] autorem presentet infra tempus sufficienter a iudice constitutum. Quem si non potuerit invenire, adprobet se aut sacramento aut testibus innocentem, quod eum furem nescierit, et quod aput eum agnoscitur, accepta pretii medietate, restituat, adque ambo datis invicem[b] sacramentis promittant, quod furem fideliter querant. Quod si omnino fur[c] invenire[d] nequiverit, rem tantum, que emta est, domino rei emtor ex integritate reformet. Si vero dominus rei furem noverit et eum publicare noluerit, rem ex toto amittat, quam emtor quiete possideat. Haec[e] et de servis forma servabitur.

VIIII. ANTIQUA[a].

Si de fure quis cognitus conparaverit.

Si[1] quis rem furtivam sciens a fure conparaverit, ille, qui emit, suum representet autorem et postea tamquam fur conponere non moretur. Si vero furem non invenerit, duplam conpositionem, que a[b] furibus debetur, exolvat; quia apparet illum[c] furi[d] esse similem, qui rem furtivam sciens conparasse cognoscitur. Quod si servus hoc fecerit, aut medietatem conpositionis de ingenuis persolvat, aut hunc serviturum dominus tradat.

X. ANTIQUA[a].

De pecunia et regis rebus furto sublatis.

Si[2] quis de tesauris[b] publicis pecuniam aut aliquid rerum involaverit vel uso[c] suo transtulerit, in novecuplum eam restituat.

VIII. a) districtus — iudice *om. R* 1, *ubi eadem manu supra lineam addita sunt:* fure inquirat; constrictus *manu ipsius scriptoris in textu R 2 scriptum legitur, ubi tamen* autorem — iudicem *omissa sunt. Alia autem manu haud multo recentiore addita sunt supra lineam:* iudice districtus autorem *etc.* — iudice. b) indicem *R* 1. c) furem *R* 2. d) *ita pro* inveniri *R* 1. 2. e) Hac *R* 1.
VIIII. a) *deest R* 2. b) de *R* 2. c) *deest R* 1. d) furis *R* 2.
X. a) *deest R* 2. b) thesauris *R* 2. c) ausu *R* 2.

1) *Cf. L. Baiuv.* 9, 14. 2) *Haec lex ad exemplum L. Rom. Vis. Paul. V,* 29. *scripta est:* Si quis fiscalem pecuniam . . . subripuerit seu in suos usos converterit, in quadruplum eius pecuniae . . . condamnetur.

XI. ANTIQUA [a].

De tintinabulis furatis.

Si [1] quis tintinabulum involaverit de iumento vel bove, solidum reddat; de vacca tremisses duos, de verbicibus vel quibuscumque pecoribus tremisses singulos cogatur exolvere.

XII. ANTIQUA [a].

De instrumentis mulini furatis.

Si [2] quis de mulinis aliquid involaverit, quod [b] furatum est [c] restituat, insuper et conponat, sicut de aliis furtis lege tenetur, et extra hoc C flagella suscipiat.

XIII. FLAVIUS [a] CHINDASVINDUS REX [a].

De damno furis.

Cuiuslibet rei furtum et quantalibet pretii extimatione taxatum ab ingenuo novies, a servo vero sexies ei, qui perdidit, sarciatur [b], et uterque reus C flagellorum verberibus coerceatur [c]. Quod si aut ingenuo desit, unde conponat, aut dominus conponere pro servo non adnuat, persona, que se furti contagio sordidavit, servitura rei domino perenniter subiacebit.

XIIII. ANTIQUA [a].

Ut fur captus perducatur ad iudicem. *a.*

Fur, si captus fuerit, perducatur ad iudicem, ut ingenuus in novecuplo sublata restituat, et extensus publice coram iudicem [b] C flagella accipiat [c]. Quod si non habuerit, unde conponat, careat libertatem, illi serviturus, cui furtum fecerit. Servus autem sexcupli compositionem cogatur exolvere et C flagella ante iudicem extensus accipiat. Ipse vero in custodia a iudice teneatur, quousque dominus eius pro eo admoneatur, ut pro servo suo conponere non moretur; aut si certe distulerit, eum pro crimine cui malum fecit tradere non moretur. Id denique in hac lege servandum est, ut, si servus et ingenuus seu servi et ingenui unum animal aut quam-

XI. XII. a) *deest R* 2. b) quodquod *R* 1. c) *deest R* 1.
XIII. a) *ita R* 1. 2; *inscriptio deest E* 1; Fl. Recds rex *E* 2; Antiqua *V* 5; Antiqua noviter *V* 7. b) sarcietur *R* 2. c) coercetur *R* 1.
XIIII. a) *deest R* 2. b) iudice *R* 2. c) suscipiat *R* 2.

1) *Haec lex recepta est in Legem Baiuv.* 9, 11; *similiter etiam L. Burg.* 4, 5; *L. Sal.* 27, 1. 2; *Ed. Roth.* 289. *Cf. Brunner, 'D. RG.' I, p.* 301 *n.* 2) *Cf. L. Sal.* 22. *et infra VIII,* 4, 30.

cumque unam rem pari consensu[d] furaverint, unam conpositionem exolvant, id est, ingenuus medietatem novecupli, et servus idemque medietatem sexcupli, flagella tamen secundum superiorem ordinem[e. 1] accepturi. Nam et de maiori[f] summa furti, a servo et ingenuo vel[g] a servis et ingenuis facta, predicta forma servabitur; et quemadmodum superius constitutum est, ante iudice flagellandi sunt.

XV. ANTIQUA[a].

Si fur se gladio vindicans occidatur.

Fur[2], qui per[b] diem gladio se defensare voluerit, si fuerit occisus, mors eius nullatenus requiratur.

XVI. ANTIQUA[a].

Si fur nocturnus, dum capitur, occidatur.

Fur[3] nocturnus captus in furtum, dum res furtivas secum portare conatur, si fuerit occisus, mors eius nullo modo vindicetur.

XVII. ANTIQUA[a].

De male tractatis et indebite contractis rebus, et ut tantum de illa re conpositio fiat, que[b] fuerit[b] ablata.

Si quis res[c] aut vestimenta aliena male tractaverit aut in itinere constitutum in aliquid contigerit vel furtim ei quodcumque tulerit, non pro omni sarcina[d] solutionem inplere cogatur, sed de hoc, quod furtim abstulit vel male tractavit, secundum leges conponere non moretur.

XVIII. ANTIQUA[a].

De his, que a diversis[b] naufragiis rapiuntur.

Quidquid[4] ex incendio, ruina vel naufragium[c] raptum fuerit, et aliquis ex hoc quidquam ab aliquo[d] susceperit sive celaverit, in quadruplum reformare cogatur.

L. Rom. Vis. Paul. V, 3, 2.

d) consensum *R* 1. e) ordine *R* 1. f) maioris *R* 1. g) unam *pro* vel a *R* 1.
XV. a) *deest R* 2. b) p. d. *des. R* 2.
XVI. a) *deest R* 2.
XVII. a) *deest R* 2. b) quem furti *R* 1; quem fuit *R* 2. c) rem *R* 1. d) sartina *R* 1.
XVIII. a) *deest R* 2. b) adversis *pro* a. d. *R* 1. 2 c) naufragio captum *R* 2. d) alio *R* 2.

1) *Supra c.* 13. 2) *Cf. Leges XII tabul.* 8, 13 *(Bruns, Fontes*[5] *p.* 30*)*; *l.* 4. *Dig. IX,* 2. 3) *Cf. Leges XII tabul.* 8, 12*; l. c. Dig. Haec lex in L. Baiuv.* 9, 5. *recepta est. Cf. L. Burg.* 27, 8*; L. Sax.* 32*; Brunner, 'D. RG.' II, p.* 483*; infra VIII,* 1, 13. 4) *Cf. supra V,* 5, 3, *p.* 161.

XVIIII. ANTIQUA[a].

De hereditate et successoribus[b] furis.

Si[1] quis furi mortuo in hereditate aut ex testamento aut ex sanguinis propinquitate successerit, quia crimen cum fure defecit[2], penam quidem non sustineat, sed damnum satisfactionis exolvat, quod fur, si vixisset, fuerat soluturus[c]. Si autem maius est damnum quam hereditas, faciat cessionem.

XX. ANTIQUA[a].

De his, qui[b] fures aut reos captos excusserint.

Si quis furem captum aut reum alicui excusserit[c], si maioris loci persona est, extensus coram iudicem pro[d] sola presumtionem C flagella suscipiat et quem excussit representare cogatur. Quod si alter eum prendiderit[e], cuius causa non est, de ea conpositione, quam fur facere poterat[f], pro labore suo quartam partem accipiat. Si autem fur inventus non fuerit, iam tunc et penam furis qui hunc excussit perferat et tantum de suo ipse conponat, quantum fur, quem excusserat, convictus satisfacere potuerat. Si certe minor persona fuerit et furem *a.* representaverit[g], pro presumtione sola et ipse C flagella suscipiat. Si autem fur invenire[h] non potuerit, et penam furis et damna ipse sustineat. Nam si preter furem alterius criminis quicumque reum excusserit, similiter C flagella extensus accipiat; et si eum invenire vel presentare nequiverit, eidem continuo vindicte subiaceat, quam reum[i] illum, qui excussus est, legalis sanctio[k] pati demonstrat. Si vero servus domino nesciente ista conmiserit, pro presumtione CC flagella suscipiat et quem excussit representet. Quem si non presentaverit, dominus eius, si voluerit, pro eo summam conpositionis exolvat; quod si conponere noluerit, iuxta crimen admissi[l] servum aut pro damno aut pro supplicio tradat.

XVIIII. a) *deest* *R* 2. b) successionibus *R* 1. c) solviturus *R* 2. *E* 1.
XX. a) *deest* *R* 2. b) quicum *R* 1. c) excusserint *R* 1. d) pro s. pres. *des.* *R* 2. e) *ita* *E* 1. 2; prediderit *R* 1. 2. f) potuerit *R* 2. *E* 2. g) presentaverit *R* 2. *E* 2. h) inveniri *R* 2. *E* 1. i) rem *R* 1. k) sancio *R* 1. l) *ita* *R* 1. *E* 2; admisi *E* 1; admisisse *R* 2.

1) *Cf. supra V*, 6, 6*; O. Stobbe in Bekker et Muther, 'Jahrbuch' V, p.* 297 *sq.* 326 *sqq.; Lewis, 'Succession des Erben in die Obligationen des Erblassers' p.* 156 *sqq.* 2) *Cf. supra VI*, 1, 7, *p.* 181, *n.* 1.

XXI. ANTIQUA[a].

Si servus domino vel conservo fecerit furtum.

Si servus domino suo vel conservo aliquid involaverit, in domini potestate consistat, quid de eo facere vellit; nec iudex se in hac rem[b] admisceat, nisi dominus servi fortasse voluerit.

XXII. ANTIQUA.

Infra quod tempus fur captus iudici presentare iubetur.

Si quis furem aut quemcumque reum conprehenderit, statim perducat ad iudicem. Ceterum sue domui amplius quam una die aut nocte[a] eum retinere non audeat. Si quis contra hoc fecerit, quinque solidos pro sola presumtione iudici cogatur exolvere. Et si servus hoc sine domini[b] conscientia fecerit, C flagella suscipiat. Si vero servus cum domini volumtate id conmiserit, conpositio redundet ad dominum. Ita ut[c], si honestioris[d] loci persona est, X solidos iudici cogatur exolvere, ex quibus medietatem sibi iudex usurpet, et aliam[e] medietate illi det, qui damnum noscitur pertulisse.

XXIII. FLAVIUS GLORIOSUS RECCESSVINDUS REX.

Si furtive alienus quadrupes occidatur.

Si quis caballum alienum aut bovem vel quodlibet animalium genus nocte aut occulte occidisse convincitur, novecupli conpositionem dare cogatur[1]. Quod si convinci non potuerit, quod talia fecerit, sacramenta[a] evidentissime davit[b]. Si vero hoc servus inmittente domino conmiserit et ex hoc manifestis indiciis invenitur, dominus servi tamquam fur novecupli conpositione[c] inplere cogatur[c]. Quod si servus non convincitur, inscribatur, et cum inventus fuerit talia conmisisse, aut sexcupli[d] reddat, aut cui damnum fecit ipse[e] serviturus subiaceat. Quod si innoxius[f] fuerit inventus, iuxta quod aliis legibus est decretum, satisfaciat petitor domino servi.

XXI. a) *deest* *R* 2. b) re *R* 2.
XXII. a) noctē *R* 1. b) c. d. *R* 2. c) *deest* *R* 1. d) hostestior *al. man. corr.* honestior *R* 1. e) alia medietatem *R* 2.
XXIII. a) sacramenti se *R* 1. b) dabit *R* 2. c) conpositionem exsolvat *R* 2. d) sexcuplo *R* 2. e) *deest* *R* 1. f) innox *R* 2.

1) *Haec constitutio a Reccessvindo rege ex lege antiqua repetita esse videtur, unde etiam in Legem Baiuv.* 9, 9. *recepta est.*

III. TITULUS: DE USURPATORIBUS ET PLAGIATORIBUS MANCIPIORUM.

I. FLAVIUS GLORIOSUS RECCESSVINDUS REX.

Si quis mancipium alienum usurpet.

Quicumque ingenuus mancipium usurpaverit alienum, eiusdem meriti mancipium alterum cum eo conpellatur domino reformare. Si vero servus hoc fecerit, ipsum mancipium domino reddat et C flagella suscipiat. Quod si usurpatum mancipium prestum non fuerit, dominus servi eiusdem meriti mancipium illi domino det, qui mancipium amisit[a], donec qui ablatus est restituatur; et sic ille, qui pro eo datus fuerat, serviturus domino reformetur.

II. FLAVIUS CHINDASVINDUS REX.

Si servum vel ancillam ingenuus plagiasse detegitur.

Si quis ingenuus servum alienum vel ancillam plagiaverit, quattuor servos aut ancillas domino vel domine reformare cogatur et C flagellis publice verberetur. Quod si non habuerit, unde conponat, ipse subiaceat servituti.

III. ANTIQUA[a].

De ingenuorum filiis plagiatis.

Qui[1] filium aut filiam alicuius ingenui vel ingenue plagiaverit aut sollicitaverit et in populo nostro vel in alias regiones transferri fecerit, huius isceleris[b] autor

TIT. III. a) aliunum *R* 1. b) detegitur *R* 2. c) alienus *R* 1. d) sciente *R* 1.
I. a) admisit *R* 1.
III. a) *ita R* 1. *E; deest R* 2. b) sceleris auctor *R* 2.

1) *Cf. L. Rom. Vis. C. Th. IX,* 14.

patri aut matri fratribusque, si fuerint, sive proximis parentibus in potestate tradatur[c]; ut illi occidendi aut vendendi eum habeant potestatem, aut, si voluerint[d], conpositionem homicidii ab ipso plagiatore consequantur[e. 1], id est solidos CCC[2], quia[f] parentibus venditi aut plagiati non levius esse potest, quam si homicidium fuisset admissum. Quod si eum ex peregrinis ad propria potuerit[g] revocare, plagiator CL solidos, hoc est medietatem homicidii exolvat, aut si non habuerit, unde conponat, ipse subiaceat servituti.

IIII. ANTIQUA[a].

Si servus alienum plagiaverit servum.

Si servus servum plagiaverit alienum domino nesciente, servus, qui hoc fecerit, CL flagella coram iudice extensus accipiat, et sic etiam postmodum qui plagiatus est domino reformetur. Ille vero, cuius[b] servus plagiatus fuerat, mercedem capture a plagiatoris domino non requirat; ita tamen, ut, si fortasse qui plagiatus est tarde repperiatur, plagiatoris dominus alium eiusdem meriti mancipium aut etiam eundem plagiatorem ei, cuius servus[c] vel ancilla plagiata est, dare conpellatur, tamdiu sibi serviturum, quamdiu suus servus aut ancilla ei restituatur; et ille ita postmodum domino reformetur.

V. ANTIQUA[a].

Si servus ingenuum plagiaverit domino inperante.

Si servus ingenuum plagiaverit[b] ex domini iussionem[c], ipse dominus conpositionem, que est de ingenuis constituta, conpellatur inplere; ita ut dominus C publice flagella suscipiat, et servum iussa domini conplentem[d] molestia non contingat.

c) tradantur *R* 1. d) non habuerint *R* 1. e) *ita E;* conse || *in fine paginae R* 1; consequatur *R* 2. f) qua *R* 1. g) *deest R* 1.
IIII. a) *ita R* 1. *E; deest R* 2. b) qui *pro* c. s. *R* 1. c) servum *R* 1.
V. a) *ita R* 1. *E; deest R* 2. b) alienum domino nesciente servus ingenuum plagiaverit *per errorem add. R* 1. c) iussione *R* 2. d) conpellentem *R* 1.

1) *Cf. Dahn, 'Westg. Stud.' p.* 205. 2) *Ita semper antiquissimae Legis Visigothorum formae de quantitate compositionis referunt; perperam nonnulla de hac re viri docti disseruerunt, editionibus inferiorem formam praebentibus fulti; cf. ex. gr. Wilda, 'Strafrecht' p.* 427 *sqq.; Dahn l. c. p.* 174 *sq.*

VI. ANTIQUA[a].

Si servus ingenuum plagiaverit domino nesciente.

Si servus sine domini[b] conscientia ingenuum plagiaverit, parentibus plagiati sine aliqua dilatione tradatur, ut quod de eo facere voluerint in eorum consistat arbitrium[c]. Quod si qui plagiatus est reduci potuerit, et dominus pro servo conponere vellit, libram auri pro iniuriam ingenui dabit.

IIII. TITULUS: DE CUSTODIA ET SENTENTIAM[a] DAMNATORUM.

I. FLAVIUS GLORIOSUS RECCESSVINDUS REX.

Si iudex pro crimine interpellatus postea contemnatur[a].

Si quis pro furtum[b] interpellaverit iudicem et eum contemnens postea sine conscientiam[c] eius aliquid[d] a reo in conpositionem acceperit, pro presumtione sua V solidos iudici invitus exolvat. Quod si hoc servus sine domini[e] conscientia fecerit, C flagella suscipiat, et dominus servi nullam molestia pertimescat. Nam si cum domini hoc fecerit volumtate, ipse dominus conpositionem superius conprehensam conpellatur exolvere.

VI. a) *ita R* 1. *E; deest R* 2. b) c. d. sui *R* 2. c) arbitrio *R* 2.
TIT. IIII. a) SENTENTIA *R* 2. b) interpellatur *R* 2, *ubi reliqua rubricae pars deest.* c) condemnatur *R* 1. d) in cr. acc. *des. R* 2. e) *ita R* 1. 2. f) *deest R* 1. g) fabens *R* 2. h) absconse *R* 1. i) *deest R* 2.
I. a) condemnetur *R* 1. b) furto *R* 2. c) constientiam *R* 1; conscientia *R* 2. d) adliquid *R* 1. e) c. d. *R* 2.

II. ANTIQUA[a].

Ut comes iudici auxilium prebeat pro conprehendendis in crimine accusatis.

Quotiens Gotus seu quilibet in crimine, aut in furtum[b] aut in aliquo iscelere[c], accusatur, ad corripiendum eum[c] iudex[c] insequatur. Quod si forte ipse iudex solus eum conprehendere vel distringere non potest, a comite civitatis querat auxilium, cum sibi solus sufficere non possit. Ipse tamen comes illi auxilium dare non moretur, ut criminis reus insultare non possit.

III. ANTIQUA[a].

Si carcerem quis frangat aut custodi persuadeat.

Si[1] quis carcerem fregerit aut custodi persuaserit, vel ipse carcerarius aut custus[b] eos, quos compeditus[c] habuit, sine iudicis iussionem aliqua fraude laxare presumserit, eandem penam vel damnum, quod ipsi rei fuerant excepturi, sustineat.

IIII. ANTIQUA[a].

De tollendis commodis ab his, qui in custodia retinentur.

Iudex, si aliquos in custodia tenuerit[b], vel qui reos capiunt aut[c] custodiendos accipiunt[c], ab his, quos in custodia miserint innocentes, catinati[d] nomine nihil requirant nec pro absolutione[e] eorum aliquid beneficii consequantur. Quos vero culpaviles[f] in custodia tenuerint, per singulos, quos capiunt, singulos tremisses sibi presumere non vetentur. Si vero talis sit fortasse conditio, ut ille, qui captus fuerat, ad exolvendam conpositionem relaxetur[g], ipse iudex eandem conpositionem[g] *v.* conpellat inpleri. Que[h] cum ad eum, cui debetur, ad integrum ipso insistente[i] pervenerit[i], pro labore suo decimum consequatur. Si quis amplius, quam nos statuimus, accipere fortasse presumserit, ei, cui abstulit, reddat in duplum.

II. a) *deest* *R* 2. b) furto *R* 2. c) scelere *R* 2. d) iudex solus eum *R* 2.
III. a) *deest* *R* 2. b) custos *R* 2. c) *ita* *R* 1; compeditos *E* 1. 2; conpetitor *R* 2.
IIII. a) *deest* *R* 2. b) detinuerit *R* 2. c) aut c. acc. *des.* *R* 1. d) catenacii *R* 2. e) solutione *R* 1; absolutionem *R* 2. f) culpabiles *R* 2. g) relax. — conpositionem *des.* *R* 1. h) Quem *R* 1. i) insistentem venerit *al. man.* *R* 1.

1) *Haec lex ex iure Romano recepta est; cf. L. Rom. Vis. C. Th. IX,* 2, 2. *Interpr.*

V. ANTIQUA[a].

Si iudex criminibus favens[b] criminosum absolvat.

Si iudex quolibet beneficio corruptus aliquem innocentem occiderit, simili morte damnetur. Si vero eum, qui morti dignus est[c], criminosum absolverit, septuplo quantum pro eius absolutione acceperat illi, cui erat culpavilis[d], cogatur exolvere et de iudiciaria potestate repulsus, infamis[c] a sibi successore iudice distringatur, ut eum, quem relaxavit, presentet in iudicio, qualiter de crimine convictus poenam excipiat, quam meretur.

VI. FLAVIUS GLORIOSUS RECCESSVINDUS REX.

De damno iudicis criminosum indebite absolventis.

Iudex criminosum[a] non parcat pro patrocinio aut amicitia alicuius. Nam si favens criminibus non vindicaverit innocentem et absolverit criminosum, non quidem moriatur aut debilitationem corporis patiatur, sed tam pro homicidio quam[b] pro omni negotio summam conpositionis exolvat[c].

VII. ANTIQUA[a].

Ut reus non in absconso, sed publice percipiat sententiam legis.

Iudex[1], quotiens occisurus est reum, non in secretis aut in absconsis locis, sed in conventu[b] publice exerceat disciplinam.

V. TITULUS: DE FALSARIIS[a] SCRIPTURARUM.

V. a) *deest R* 2. b) fabens *R* 2. c) *deest R* 1. d) culpabilis *R* 2.
VI. a) criminoso *R* 2. b) tam *pro* q. pro *R* 1. c) persolvat *R* 2.
VII. a) *deest R* 2. b) conventū *R* 1.
TIT. V. a) FALSALSARIIS *R* 1. b) *reliqua rubricae pars deest R* 2. c) ficxerint *R* 1.

1) *Cf. Dahn, 'Westg. Stud.' p.* 205.

IIII. De his, qui testamentum contra viventis volumtatem[d] aperuerint.
V. De his, qui volumtatem defuncti celare vel falsare[d] pertemtant.
VI. Si quisque[e] sibi nomen falsum inponat aut parentes[d] vel genus mutet.
VII. De callide et fraudulenter[f] anterioribus[d] scripturis confectis.
VIII. De callide et fraudulenter posterioribus[d] scripturis [confectis[g]].

I. ANTIQUA[a].

De[1] his, qui regias autoritates et preceptiones falsare presumserint.

Hi, qui in autoritatibus nostris vel preceptionibus aliquid mutaverint, diluerint, subtraxerint[b] aut interposuerint, vel tempus aut diem mutaverint sive designaverint, et qui signum adulterinum sculpserint vel inpresserint: honestior persona[a] mediam partem suarum facultatum amittat, fisci[c] commodis profuturam; minor vero persona manum perdat, per quam tantum crimen admisit[2]. Quod si contingat illos auditores vel iudices mori, ad[d] quos audientia vel iussio destinata fuerat, aut episcopo loci aut alio episcopo vel iudicibus vicinis territorii illius, ubi iussum fuerat, negotium terminare liceat et datam preceptionem offerre et eosdem[e] iudices[e] negotium legaliter hac iustissime ordinare.

L. Rom. Vis. Paul. V, 27, 1.

II. FLAVIUS CHINDASVINDUS REX.

De his, qui scripturas falsas fecerint vel falsare temtaverint.

Si quis scripturam falsam fecerit aut recitaverit vel subposuerit sciens vel in iudicio protulerit, et qui veram[a]

ib.

d) *reliqua rubricae pars deest R* 2. e) quisquis *R* 1. f) fraudulentes *R* 1. g) *deest etiam R* 1.
I. a) *deest R* 2. b) *deest R* 1. c) fisco modis omnibus *R* 2. *E* 1. d) aut *R* 1. e) *ita R* 1. 2. *E* 1.
II. a) veras *R* 1.

1) *V. de hac lege et sequentibus Dahn, 'Westg. Stud.'* p. 216 *sqq.; cf. Wilda, 'Strafrecht'* p. 937 *sq.* 2) *Eadem poena falsariis instrumentorum statuitur L. Burg.* 6, 10; *Ed. Roth.* 243; *Cap. Kar. M. a.* 803—815, *c.* 2, *LL. Cap. I, p.* 143.

subpresserit[b], subtraxerit, disruperit vel designaverit aut diluerit, quique signum adulterinum sculpserit, fecerit vel inpresserit: talium scelerum rei eorumque conscii[c], dum fuerint publicati, si potentiores sunt, quartam partem facultatum suarum amittant. Si vero alieno iure debitam scripturam subtraxerint aut vitiaverint, eandem[d] scripturam subtraxisse vel viciasse[e] coram iudicem suam professionem depromant; que professio, testibus roborata, perdite vel viciate[f] scripture robor obtineat. Quod si evidentissime, quid scriptura continuit, recordare[g] non potuerit, tunc ille, cuius scriptura fuit, habeat licentiam conprobare per sacramentum suum adque per testem, quid ipsa iscriptura[h] continuit evidenter, et[i] ita datum veredice[k] testimonium scripture reparet veritatem. Si vero minor extiterit facultas eorum, quam quod aliis facere conati sunt damnum, ipsi procul dubio cum his, que habere videntur, eius servituti subiciantur[l], cui fraudem fecisse dinoscuntur[m]. De quarta vero parte, quam dari precipimus, principe hordinante vel iudice tres portiones ille accipiat, qui damnum[n] pertulit vel pati potuerat; quarta vero[o] regie potestati reservetur[p], ut, quid exinde fieri debeat, in arbitrio eius consistat. Humiliores sane vilioresque persone, que talia detecti fuerint conmisisse, et iuxta superiorem hordinem conscribere debebunt professionem, et perpetuo cui fraudem fecerint addicantur[q] ad servitutem; insuper autem, tam humiles quam potentes persone centenis flagellorum erunt verberibus coercende[r]. Quod si servi hoc fecerint, et eos alieni iuris esse patuerit, illis consignentur perenniter servituri, quibus scripturam[s] subtraxisse aut[t] celasse[t] vel lesisse fuerint adprobati. Quod si iubentibus dominis suis talia fecerint, omne damnum redundet[u] ad dominum. Ita etiam et de[v] eis precipimus observari, qui lucro suo istudentes[w] aliena testamenta vel alias scripturas subpresserint aut vitiaverint, ut his, quibus conpetit, inpedire aliquid possint. Et hii[x] similiter tamquam falsarii teneantur et iuxta[y] qualitatem persone superiori damno multentur. *a.*

b) vel *add.* *R* 1. c) socii *R* 1. d) eadem *R* 1. e) vitiasse *R* 2. f) vitiate *R* 2. g) recordari *R* 1. h) scriptura *R* 2. i) *ita E;* reddita *pro* et ita *R* 1; ita *deest* *R* 2. k) veridice *R* 2. l) subiaceantur *R* 2. m) cognoscentur *R* 2. n) num *deest* *R* 1. o) parte *add.* *R* 1. p) servetur *R* 2. q) addicantur *bis scr.* *R* 1. r) coercendi *R* 2. s) scriptura *R* 1. t) *deest* *R* 1. u) reddundet *R* 1. v) dare *pro* de eis *R* 2. w) studentes *R* 2. x) his *R* 2. y) iuxtam *R* 1.

III. ANTIQUA [a].

De his, qui sub nomine regis aut iudicis commonitoria falsa sive fincxerint [b] sive detulerint [b].

Qui falsa commonitoria sub nomine regis sive iudicis nesciens protulerit, non incurrat falsitatis invidiam, sed eum, qui commonitorium dederit, non moretur ostendere. Quod si eum noluerit nominare, aut quod ab eo commonitorium acceperit, noluerit adprobare, pro qualitate persone ipse reatum falsitatis incurrat, sicut superius continetur de his, qui falsas scripturas confecerint. Quod si ambo falsitatis conscii habeantur, ambo falsarii teneantur.

IIII. ANTIQUA [a].

De his, qui testamentum contra viventis volumtatem aperuerint.

Qui [1] viventis testamentum aut ordinationis eius quamcumque scripturam contra ipsius falsaverit [b] vel [c] aperuerit [c] volumtatem, ut falsarius iudicetur.

V. ANTIQUA [a].

De [b] his, qui volumtatem defuncti celare vel falsare pertemtant.

Qui defuncti celaverit volumtatem aut in eadem aliquid falsitatis intulerit, lucrum, quod forsitam iudicio testatoris per ipsam scripturam fuerat habiturus, amittat, illis, quibus fraudem facere conatus est, profuturum [c]; et insuper pro falsitate ferat infamium. Nam si parvam aut nullam rem exinde consequi potuisset, ut falsarius condemnetur.

VI. ANTIQUA [a].

Si quis [b] sibi nomen falsum inponat [c] aut parentes vel [d] genus mutet.

Qui [e]. [2] sibi nomen falsum imponit [f] vel genus mutat aut parentes finxerit [g] aut aliquam inposturam fecerit, reus falsitatis habeatur. *L. Rom. Vis. Paul. V, 27, 10.*

III. a) *deest R* 2. b) fixerint sive tulerint *R* 1.
IIII. a) *deest R* 2. b) falsaverint *R* 1. c) vel aperuerint *R* 1; *des. R* 2.
V. a) *deest R* 2. b) De his *deest R* 1. c) proturum *R* 1.
VI. a) *deest R* 2. b) quisque *R* 2. c) inponet *R* 1. d) aut *R* 1. e) Si qui *R* 1. f) ponit *R* 1; inponat *R* 2. g) fixerit *R* 1; dixerit *R* 2.

1) *Ad exemplum Legis Rom. Vis. Paul. V, 27, 6. haec lex scripta est.*
2) *Ex iure Romano haec lex recepta est; cf. l. in marg. cit.*

VII. FLAVIUS CHINDASVINDUS REX.

De callide et fraudulenter anterioribus scripturis confectis.

Quorundam sepe calliditas exegit[a], ut nove sanctionis constituamus edictum, dum eorum nova et aborrenda fraudis molimina in aliorum deceptione concinnata cognoscimus[b]. Proinde quia sunt plerique tanto alios circumveniendi istudio[c] dediti, ut sub unius cause nomine in multis capitulis per iscripture[d] seriem interdum aliquos obligent, huius perpetim valiture legis constitutione decernimus, ut, quicumque cum alio de negotio speciali definiens generalem scriptis[e] constitutionem subintroduxerit adque ita circumvenerit aliquem, ut, dum de una causa fit convenientia, callide per scripturam intexeat, unde omnem de aliis negotiis alterius vocem extinguat vel etiam fortasse proveniat, ut non quidem per scripturam, sed sub aliis verbis aliut simulans quicumque aliquem dolose aut fraudulenter in quocumque decipiat[f], huius rei presumtor et publica notetur infamia, et ei, quem circumvenerat, manens obnoxius, eamdem, que de falsariis lata est, censuram[g] legis incurrat. Simili quoque damno vel pena multandi sunt, qui propter evacuandam fraudulenter posteriorem scripturam, per anterioris scripture seriem res easdem, quas posterior scriptura continet, in alterius nomine callide obligasse repperiuntur, ita ut tam ille, qui sub hac fraude talem scripturam fecisse detegitur, quam ille, in cuius nomine facta fuisse constiterit, si conscius fraudis huius agnoscitur, eadem, qua supra taxatum est, et in rebus et in corpore iactura damnetur; et evacuata prior[h] scriptura, firma nihilhominus posterior habeatur.

VIII. FLAVIUS CHINDASVINDUS REX.

De callide et fraudulenter posterioribus scripturis confectis.

Non inmerito cogitur debitum heredis exolvere, qui successor hereditatis noscitur[a] extitisse. Quia ergo nullis fraudem necesse est occasionibus excusare, huius perpetim valiture legis sanctione censemus, ut, quicumque cuilibet per cuiuscumque scripture contractum res quas-

VII. a) exigit *R* 2. b) cognoscimur *R* 1. c) studio *R* 2. d) scripture *R* 2. e) in scriptis *R* 2. f) et *add.* *R* 1. g) censura *R* 1. h) *ita* *R* 1. *E* 1; prioris *R* 2.
VIII. a) noscuntur *R* 1.

cumque dederit, que tamen repperiantur quandoquidem aut non eius iuris fuisse, qui dedit, aut id, quod dedisse videtur, per priorem scripturam aut quamcumque definitionem in cuiuscumque prius nomine obligasse et sub quodam argumento id postmodum alteri dedisse, quod aut suum non erat, aut iam prius alteri dederat, dum fraudis huius conmentum manifeste patuerit: ipse quidem, qui fecit, si suprestis est, et promissionem et penam, quam hab[b] eo ędita[b] scriptura testatur, subplere cogendus est. Si vero post eius obitum eadem, que predicta est, fraus inveniri potuerit, id, quod autor spopondit, heres eius aut heredes cum pena etiam scripture conpellendi sunt petenti persolvere; aut si fortasse maior est autoris sponsio vel pena per scripturam[c] taxata, quam esse constat eius hereditas, si noluerint heredes satisfacere pro autorem, de id saltim, quod ex rebus eius possident, cogendi sunt causidico facere cessionem. Quod si heredes non sint, ab[d] his, quibus res ipsa vel facultas, que relicta est, possessa fuerit, universa reddi iuxta presentem sententiam oportebit; eandem[e] etiam in causis talibus ratione servata, ut[f], si reppertum fuerit conscio illo eandem fraudem intercessisse, in cuius nomine prior scriptura conscripta dinoscitur, tam ille, qui fecit, quam ste[g], qui conscius[h] extitit, ad satisfactionem promissionis vel pene, quam posterior scriptura continet, secundum superiorem ordinem equaliter teneantur adque etiam iuxta tenorem superioris legis: De his, qui falsas scripturas confecerint[1], et in corporibus et in rebus damna pariter sortiantur.

a.

VI. TITULUS: DE FALSARIIS METALLORUM.

I. De torquendis servis in dominorum capite pro corruptione[a] monete et eorum mercedem, qui hoc visi extiterint revelasse.

II. De his, qui solidos et moneta[b] adulteraverint.

III. De his, qui acceptum aurum alterius metalli[a] permixtione corruperint.

b) ab eo editas *R* 2. c) scriptura *R* 2. d) ab his *des.* *R* 1. e) Eadem *R* 2. f) et *R* 1. g) iste *R* 2. h) constius *R* 1.
TIT. VI. a) *reliqua rubricae pars deest* *R* 2. b) monetam *R* 2. c) non *R* 1.

1) *V. supra c.* 2.

IIII. Si quorumcumque metallorum fabri de rebus creditis[d] repperiantur aliquid subtraxisse.
V. Ut solidum integri ponderis nemo[e] recuset.

I.[a]

De[1] torquendis servis in dominorum capite pro corruptione monete et eorum mercedem, qui hoc visi extiterint revelasse.

Servos[2] torqueri pro falsa moneta in capite domini domineve non vetamus, ut ex eorum[b] tormentis veritas possit facilius inveniri; ita ut, si servus alienus hoc prodiderit, et quod prodidit verum extiterit, si dominus eius voluerit, manumittatur, et domino eius a fisco pretium detur; si autem noluerit, eidem servo a fisco tres auri untie[c] dentur; si vero ingenuus fuerit[d], sex untias[e] auri pro revelata veritate merebitur.

II. FLAVIUS GLORIOSUS RECCESSVINDUS REX.

De his, qui solidus[a] aut monetam[a] adulteraverint.

L. Rom. Vis. C. Th. IX, 18. Interpr.; Paul. V, 27, 1.

Qui[3] solidus[b] adulteraverit, circumciderit[c] sive raserit, ubi primum hoc iudex agnoverit[c], statim eum conprehendat, et si servus fuerit, eidem dextera[d] manu abscidat[4]. Quod si postea in talibus causis fuerit inventus, regis presentie destinetur, ut eius arbitrio super eum sententia depromatur. Quod si hoc iudex facere distulerit, ipse de rerum suarum bonis quartam partem amittat, que omnismodis fisco proficiat. Quod si ingenuus sit qui[e] hoc faciat[e], bona eius ex medietate fiscus adquirat; humilior vero istatum[f] libertatis sue perdat, cui rex iusserit servitio deputandus. Qui autem falsam monetam isculpserit[g] sive formaverit, quecumque persona[h] sit, simili pene sententie subiacebit.

d) *reliqua rubricae pars deest R 2.* e) non *R* 1.
I. a) *E* 1. *V* 5. *Lind. add.* Antiqua. b) orum *R* 1. c) unce *R* 2. d) ubi primum hoc iudex agnoverit *add. R* 1. e) uncie *R* 2.
II. a) solid̄ et monetam *R* 2. b) solidū *R* 2. c) circumc. — agnoverit *des. R* 2. d) *ita R* 1. *E* 1; dextra manum *R* 2. e) qui hoc faciat *des. R;* qui haec f. *E.* f) statum *R* 2. g) sculpserit *R* 2. h) persone *R* 1.

1) *De hoc capite et sequentibus cf. Dahn, 'Könige' VI², p.* 267 *sq.* 2) *Cf. L. Rom. Vis. C. Th. IX,* 17. *et supra VI,* 1, 3, *p.* 177 *sq.* 3) *Cf. L. Rom. Vis. C. Th. IX,* 17. 18*; Paul. V,* 27, 1. 4) *Eadem poena etiam ingenuis monetarum falsariis statuitur Ed. Roth.* 242*; Cap. legibus add. a.* 818. 819, *c.* 19*; LL. Cap. I, p.* 285*; cf. Wilda, 'Strafrecht' p.* 938.

III. ANTIQUA [a].

De his, qui acceptum aurum alterius metalli permixtione corruperint [b].

Qui aurum ad facienda ornamenta susceperit et adulteraverit, sive heris [c] vel cuiuscumque vilioris metalli permixtione corruperit, pro fure teneatur.

IIII. ANTIQUA [a].

Si quorumcumque metallorum fabri de rebus creditis repperiantur aliquid [b] subtraxsisse [c].

Aurifices aut argentarii vel quicumque artifices, si de rebus sivi [d] conmissis aut traditis aliquid subtraxerint, pro fure teneantur.

V. ANTIQUA [a].

Ut solidum integri ponderis nemo recuset.

Solidum [b. 1] aureum integri ponderis, cuiuscumque monete sit, si adulterinus non fuerit, nullus ausus sit recusare nec pro eius [c] aliquid moneta [d] requirere preter hoc, quod minus forte pensaverit. Qui contra hoc fecerit et solidum aureum sine ulla fraude pensantem accipere noluerit aut petierit pro eius conmutationem mercedem, districtus a iudice, ei, cuius [e] solidum recusaverit, tres solidus [f] cogatur exolvere. Ita quoque erit et de tremisse [g] servandum.

III. a) *deest R* 2. b) corruperit *R* 1. 2. c) *i. e.* aeris.
IIII. a) *deest R* 2. b) aliquo *R* 1. c) subtraxisse *R* 2. d) sibi *R* 2.
V. a) *deest R* 2. b) Ut solidum *R* 2. c) *ita R* 1. 2. *E* 1. 2; commutatione *add. edd.* d) *ita R* 1. 2. *E* 1. e) *ita R* 1. *E* 1. 2; cui *R* 2. f) solid̄ *R* 2. g) *ita E* 1. 2; tremisses *R* 2; premisse *R* 1.

1) *Secundum ius Romanum reprobatio verae et integrae monetae eisdem poenis vindicabatur atque crimen falsae monetae; cf. L. Rom. Vis. Paul. V*, 27, 1. *et Cod. Th. IX*, 18.

DE INLATIS VIOLENTIIS ET[a] DAMNIS.

LIBER OCTABUS[b].

I. TITULUS: DE INVASIONIBUS ET DIREPTIONIBUS.

LIB. VIII. a) ET DAMNIS *des.* R 2. b) OCTAVUS R 2.
TIT. I. a) *reliqua rubricae pars des.* R 2. b) absentem R 2. c) *deest* R 1. d) in itinere R 2.

I. FLAVIUS GLORIOSUS RECCESSVINDUS REX.

Ut solus patronus vel dominus culpaviles[a] habeantur, si eisdem iubentibus ingenuus vel servus inlicita operentur.

Hoc principaliter generali sanctione censetur, ut omnis ingenuus adque etiam libertus aut servus, si quodcumque inlicitum iubente patrono vel domino suo fecisse cognoscitur, ad omnem satisfactionem conpositionum patronus vel dominus obnoxii teneantur[1]. Nam qui eius iussionibus[b] obedientiam detulerunt, culpaviles[a] haberi non poterunt, quare non suo excessu, sed maioris imperio id conmisisse probantur.

II. ANTIQUA[a].

Si possessor per violentiam expellatur.

Quicumque[2] violenter expulerit possidentem, priusquam pro ipso iudicis sententia[b] procedat, si causam meliorem habuerit, ipsam causam, de qua agitur, perdat. Ille vero, qui violentiam pertulit, universa in istatu[c], quo fuerant, recipiat quod possedit et securus teneat. Si vero illud invasit, quod per iudicium obtinere non potuit, et causam amittat et aliut tantum, quantum invasit, reddat expulso.

III. ANTIQUA[a].

Si ad faciendam cedem turba coadunetur.

Qui[3] ad faciendam cedem turbas[b] congregaverit, aut qui seditionem alteri, unde contumelium corporis sentiat, fecerit vel faciendam incitaverit aut preceperit, mox iudex facti crimen agnoverit, eum conprehendere non moretur; ita ut caput huius[c] sceleris, infamia notatus, extensus publice coram iudice L flagella suscipiat, et omnes, qui cum eo venerint vel qui[d] fecerint, nominare cogatur, ut, si in eius patrocinio non sunt, unus-

I. a) culpabiles *R* 2. b) *deest R* 1.
II. a) *deest R* 2. b) sententiam *R* 1. c) statum *R* 2.
III. a) *deest R* 2. b) turba *R* 1. c) *deest R* 1. d) quid *R* 2.

1) *Cf. supra VII, 2, 5 et n.* 2, *p.* 207. 2) *Lex ex iure Romano recepta est; cf. L. Rom. Vis. C. Th. II,* 26*; IV,* 20, 3*; IX,* 7, 2. 3) *Cf. L. Rom. Vis. Paul. V,* 3, 1. *De facinoribus cum adiutoribus vel contubernio commissis, ad quae haec et sequentes leges spectant, cf. Wilda, 'Strafrecht' p.* 612 *sqq.; Brunner, 'D. RG.' II, p.* 570 *sqq.*

quisque ingenuorum L flagella suscipiat. Servi autem huius criminis socii, si alterius domini sunt, singuli in conventu publico ad aliorum terrorem extensi coram iudice CC hictus accipiant flagellorum[e].

IIII. FLAVIUS CHINDASVINDUS REX.

Si intra domum vel ianuam suam violenter aliquis includatur.

Quicumque dominum vel dominam intra domum vel curtis sue ianuam violenter incluserit eisque aditum ęgressionis negaverit sive, ut[a] id fieret, aliis preceperit, pro ausi[b] temeritate autor sceleris det domino vel domine auri solidos numero XXX et preter hoc C flagella suscipiat. Hii vero, qui malis volumtatibus eius consenserint ausiliumve, ut hoc fieret, prestiterint, si in eius patrocinio non sunt, singuli ingenuorum quindecenos solidos illis, quibus violentiam intulerunt, cogantur inferre et pro admissi[c] presumtione centena flagella suscipiant. Servi autem, si id domino vel domina non iubente conmiserint, CC hictus accipiant flagellorum. Si vero ita dominus vel domina a violento vel presumtorem[d] extra suam domum vel ianua[e] excludantur, ut[f] continuo, quod est gravius, potestas eis ab ea domo vel familia ceterisque rebus auferatur, conmissor sceleris damnum invasionis incurrat adque etiam C hictus accipiat flagellorum. Ingenui autem huius criminis socii, si in eius patrocinio non sunt, centena flagella suscipiant et singuli trecenos solidus cogantur exolvere, illis procul dubio profuturos, quibus hanc iniuriam intulisse noscuntur. Quod si hoc servi ignorantibus dominis sua sponte conmiserint, servi penam sustineant superius conprehensam; domini vero nihil iniurie vel detrimenti perferant. Id ipsut etiam patiantur, qui domum alienam sua autoritate sine regis vel iudicis iussione adprehendere, discribere aut obsignare presumserint.

V. FLAVIUS CHINDASVINDUS REX.

Ut nulla res ab alio possessa absque iudicio usurpetur.

Nullus comes, vicarius, vilicus, prepositus, actor aut procurator seu quilibet ingenuus adque etiam servus

e) finit *add.* *R* 2.
IIII. a) *deest* *R* 1. b) *ita* *R* 2. *E* 1; facti *R* 1. c) amisi *R* 1. d) presumtore *R* 2. e) ianuam *R* 2. f) et *R* 1.

rem[a], que ab alio possidetur, post nomen[b] regie potestatis vel dominorum suorum aut suum usurpare presumat ante iudicium. Quod si non expectata discussione id, quod ab alio possidetur aut iuris alterius esse dinoscitur, invaserit, omne[c], quod abstulit vel presumtiosus invasit, in duplum ei restituat, de cuius iure visus est abstulisse, hac singulorum annorum fruges, quas inde fideliter colligisse[d] iuraverit, petitori conpellatur exolvere. Et tamen, si servus absque domini volumtate hoc fecerit, CC insuper extensus publice flagella suscipiat; ita ut, si dominus pro rei duplacione noluerit satisfacere, rem, que ablata est, in eo istatu[e] cum frugibus restituat et eundem servum pro facti temeritate insistente iudice ei, cuius res invasit vel abstulit, serviturum tradere non desistat. Omnismodis tamen erit sollicite perquirendum, ne qualibet suasione vel fraudis alicuius conmento idem servus cum illius domini volumtate hoc fecerit, cuius rem ablata esse constiterit; et si ita reppertum fuerit, iuxta aliam legem[1] dominus, qui suasit vel malum fieri fraudulenter permisit, quantum servus tulerat, septuplum dominus rei domino servi persolvat, et servum suum dominus eius securus possideat.

a.

VI. ANTIQUA[a].

Si ad diripiendum quisque alios invitare repperiatur.

Si quis ad diripiendum alios invitaverit, ut, cuiuscumque rem evertat aut pecora vel animalia quecumque diripiat, illi, cuius res direpta est, in undecuplum que sunt sublata restituat. Hii vero, qui cum ipso fuerint, si ingenui sunt[b], quinos solidos conponere conpellantur, aut si non habuerint, unde conponant, quinquagena flagella suscipiant. Si vero servi hoc sine domini volumtate conmiserint, centenis quinquagenis flagellis verberentur, et ab eis res omnis in istatu[c] reddatur.

VII. ANTIQUA[a].

Ne absente domino vel in expeditione publica constituto cuiusquam[b] domus inquietetur.

Nullus domum inquietet absentis nec in expeditione

V. a) res *R* 1. b) nomine *R* 1. c) omnem *R* 1. d) collegisse *R* 2. e) statu *R* 2.
VI. a) *deest* *R* 2. b) sint *R* 1. c) statu *R* 2.
VII. a) *deest* *R* 2. b) *ita* *E* 1. 2; cuiuscumquam *R* 1; cuiuscumque *R* 2.

1) *Supra VII, 2, 6, p. 208.*

publica[c] constituti; et si, quod per iudicium[d] recipere potuisset, absente eo, quem[e] fuerat conventurus, invaserit, reddat[f] in duplum. Si vero illut invaserit[f], quod ei[g] nullo iudicio debebatur, reddat in triplum. Si quis autem, antequam in expeditionem proficiscatur, ad negotium dicendum iudicis fuerit admonitione conventus, aut per se causam dicere non moretur, aut per mandati iscriptura[h] persona eligat, qui adversario suo iudice presente respondeat. Qui si nec mandatum dederit nec respondere voluerit et sic in expeditione profectus causam non dixerit, postquam conventus[i] fuerit a iudice, iudex adversario suo que repetebat iubeat reformari[1]. Illi tamen, dum reversus fuerit, actio reservetur.

VIII. FLAVIUS GLORIOSUS RECCESSVINDUS REX.

Si aliquid inlicitum faciant servi eius, qui in expeditione est publica constitutus.

Si illius servi, qui in publica expeditione est constitutus, in aliquo crimine aut inlicito facto perventi[a] extiterint vel detecti, a iudice corripiantur et secundum legem iuxta qualitatem culpe cedantur. Quod si res ad conponendum vel ad eosdem servos tradendos fuerit, in custodiam[b] teneantur a iudice, donec dominus veniens aut conpositionem, si voluerit, adinpleat, aut, si noluerit, eos evidentius tradat. Si vero iniuste servus occisus fuerit aut subditus questioni, contra iudice dominus servi, cum reversus fuerit, causam dicere non vetetur. *a.*

VIIII. ANTIQUA[a].

De his, qui in expeditione euntes aliquid auferre vel depredare presumunt.

Qui in expeditionem vadunt, que abstulerint quadrupli satisfactione restituant. Quod si non habuerint, unde conponant, rem simplam reddant et CL flagella suscipiant. Quod si nolentibus dominis servi hoc fecerint, rem ablata in istatu[b] reformient et CC flagella extensi sustineant[c]. Cuius rei exactionem provinciarum

c) pubica *R* 1. d) iudicio accipere non p. *R* 1. e) *ita E;* quam *R* 1; que *R* 2. f) reddat — invaserit *des. R* 2. g) in *pro* ei *R* 2. h) scripturam personam *R* 2. i) fuerit reversus conventus *R* 2.
VIII. a) *ita R* 1. 2. b) custodia *R* 2.
VIIII. a) *deest R* 2. b) statu *R* 2. c) sustentent *R* 2.

1) *Cf. Dahn, 'Westg. Stud.' p.* 250.

comites vel iudices aut vilici istudio[d] suo non morentur inpendere[e], quia provincias nostras non volumus hostili predatione vastari.

X. ANTIQUA[a].

Ut socios suos[b] nominet, aput quem pars rapine inventa[a] cognoscitur.

Aput quem scelus aut pars rapine fuerit inventa, istatim[c] socios suos nominare cogatur. Qui, si nominare noluerit, teneatur ad vindictam. Quod si honestior persona est, aut pro iscelere[d] rationem reddat aut que ablata vel ęversa fuerint[e] undecupli conpositione restituat et C publice flagella suscipiat. Si certe aput servum rapine pars repperiatur, CC flagella publice extensus accipiat et socios suos nominare non differat.

XI. ANTIQUA[a].

De his, qui diripienda indicare repperiuntur.

Quicumque ingenuus vel servus aliqua diripienda indicaverit[b], vel[c] ut cuiuscumque res ęvertatur[d] aut pecora vel iumenta diripiantur, et ex hoc certis probationibus publice convictus inveniatur, pro eo, quod indicaverit, C flagella publice extensus accipiat[e].

XII. ANTIQUA[a].

De his, qui itineranti vel in opere rustico constituto aliquid abstulerint vel molestiam inferre presumserint.

Qui in itinere vel in opere rustico constituto aliquid violenter intulerit vel abstulerit, ubi ex hoc iudici fuerit interpellatum, ille, qui abstulerit, quadruplum restituat, aut si aliut aliquid cedis vel damni fecerit, legaliter satisfaciat. Quod si hoc servus domino nesciente conmiserit, et C flagella suscipiat, et dominus pro servo conpositionem exolvat. Nam si dominus conponere noluerit, servum tradere non recuset[b].

d) studio *R* 2. e) inplere *R* 1.
X. a) *deest* *R* 2. b) *deest* *R* 1. c) statim *R* 2. d) scelere *R* 2. e) fierant *R* 2.
XI. a) *deest* *R* 2. b) indicaverint *R* 1. c) *deest* *R* 1. d) aevertatur *R* 2. e) finit *add.* *R* 2.
XII. a) *deest* *R* 2. b) recusetur *R* 1.

XIII. ANTIQUA [a].

Si ille, qui diripuit, in ipsa direptione morte necetur.

Qui [1] aliena pervasit, si [b] in ipsa direptione percussus [c] aut occisus fuerit, ille, qui percussit [c], nullam calumniam patiatur.

II. TITULUS: DE INCENDIIS ET INCENSORIBUS.

I. ANTIQUA [a].

De [2] his, qui in civitate seu extra civitatem domibus inmiserint [b] ignem.

Qui [3] in alienam domum in civitatem ignem supposuerit, correptus a iudice ignibus deputetur, et de bonis eius domino domus, si tamen aliquid damni pertulerit, conponatur hac pretium domus reddatur incense. Sed ille, cuius domus incensa est, coram testibus, quantos statuerit sententia iudicantis, prebeat sacramentum, se fideliter quod in domo sua habuit profiteri nec plus, quam illi [c] conditum fuerat, postulare nec domus sue pretium amplius taxare, quam valuit; et si post datum sacramentum aliquid fefellisse convincitur, in duplum que sunt supra modum debite conpositionis exacta illi cogatur inferre, qui conpositionem exolverat. Quod si in domum, sicut superius diximus [d], ignis inmissus ad proximas domos forte transierit, iuxta damni modum inter eos etiam, qui domos vel res suas incendio perdiderant, eius substantia dividatur, si tamen post con-

XIII. a) *deest R* 2. b) *ita R* 1. *E* 1. *V* 5; et *R* 2. c) percussus — percussit *bis scr. R* 1.
TIT. II. a) seu *R* 2. b) domibus inm. ignem *des. R* 2. c) silvam *R* 2. d) dilabetur *R* 2.
I. a) *deest R* 2. b) inmiserit *R* 1. 2. c) *ita R* 1. 2; *exspectaveris:* illic, *quod praebet E* 1. *V* 6. d) *deest R* 1.

1) *Cf. supra VII,* 2, 6. 2) *Cf. ad hanc et sequentes leges Wilda, 'Strafrecht' p.* 940 *sqq.; Brunner, 'D. RG.' II, p.* 654 *sqq.* 3) *Cf. L. Rom. Vis. Paul. V,* 3, 6*; praecipue autem l.* 28, § 12. *Dig. XLVIII,* 19: Incendiarii capite puniuntur, qui ob inimicitias vel praedae causa incenderint intra oppidum, et plerumque vivi exuruntur; qui vero casam aut villam, aliquo lenius.

positionem illius, in cuius domum ignem misit, inpletam, aliquid de facultatibus eius cognoscitur residuum esse; ita ut simili modo coram testibus sacramenta dependant, se non amplius repetere, quam incendio perdiderunt. Et si post datum sacramentum periurasse cognoscuntur[e], hec, que amplius exegerint, in duplum ei, quem fraudulenta ambitione damnare voluerant, cogantur exolvere. Qui vero extra civitatem[1] in domum mittit incendium, omnia, que sunt in domo incensa, restituat et pretium domino domus reddere non moretur; sed his, cuius domus incensa est, coram testibus iurisiurandi interpositione confirmet, se non amplius postulare, quam perdiderat. Et[f] si post datum sacramentum amplius, quam perdiderat[f], exigisse[g] dinoscitur, in duplum ei, qui damna sustinuit, coactus exolvat. Quod si etiam vicine domus ex eo, quod inmissum[h] est incendium, forte consumte sunt, si de bonis eius superfuerit, unde his[i] etiam conponatur, hii[k] quoque amissa recipiant. Prius tamen cum sacramento coram testibus profiteantur[l], se non amplius quam perdiderant[m] postulare. Et si periurasse cognoscuntur aut amplius exegisse, in duplum ei, quem tali fraude damnaverant[n], male exacta restituant; ita ut pro correptione qui domum incenderat C flagella suscipiat. Et quicumque tale damnum admittens non habuerit, unde conponat, servituti subiaceat. Si certe cuiuscumque servus sive in civitate sive extra civitate[o] incendium intulisse cognoscitur, dominus, si servum tam nocentis admissi voluerit liberare a supplicio, pro eius crimine conponere non moretur; ita ut servus publice CC hictus accipiat flagellorum. Sed ille, cuius domus incensa est, iurare cogatur, se amplius non repetere, quam in eius domo flamma consumsit. Et si conponere pro servo noluerit, tradatur servus ad penam, ut supplicio capitali admissa persolvat.

II. ANTIQUA[a].

Si[b] ignis inmittatur in silva[c].

Si quis qualemcumque silvam incenderit alienam sive piceas arbores vel caricas, hoc est ficos[d], aut cuius-

e) noscuntur *R* 2. f) Et — perdiderat *des.* *R* 2. g) exegisse *R* 2. h) missum *R* 1; inmissus *R* 2. i) eis *R* 2. k) *ita* *R* 2; hic *R* 1. l) profiteatur *R* 1. m) perdiderat *R* 1. n) damnaverint *R* 2. o) civitatem *R* 2.
II. a) *deest* *R* 2. b) Quod si *R* 1. c) silvam *R* 2. d) ficus *R* 2.

1) *Cf. Dig. l. c. in f.*

libet generis arbores igne cremaverit, a iudice correptus C flagella suscipiat et pro damno satisfaciat, sicut ab his, qui inspexerint, fuerit estimatum. Quod si servus hoc domino nesciente conmiserit, CL verberibus addicatur. Et si pro eo dominus conponere noluerit, cum duplum vel triplum damni fecerit, quam quod eundem servum valere constiterit, ipso[e] servo[e] pro facto tradere non retardet[f].

III. ANTIQUA[a].

Si, dum iter agitur, ignis longius dilavetur[b].

Qui[1] in itinere constitutus in cuiuscumque forsitam campo adplicaverit[c] et ad quoquendum civum[d] aut frigoris necessitate conpulsus ignem fecerit, cautus sit, ne ignis longius dilavetur[b], aut si in ispinis[e] sive in pavulis[f] siccis, in quibus plerumque flamma nutritur, incendium convalescat, ignem, cum crescit, extinguat[g]. Quod si se longius flamma extenderit, et messis aut area vel vinea aut domus sive pomarium incendio concrematur[h]; tantum, quantum flamma consumsit[i], reddere vel conponere conpellatur, qui ignem, quem fecerat, neclexit extinguere[k].

III. TITULUS: DE DAMNIS ARBORUM, ORTORUM ET[a] FRUGUM QUARUMCUMQUE.

e) ipsum servum *R* 2. f) retardent *R* 2.
III. a) *deest R* 2. b) dilabetur *R* 2. c) adpliverit *R* 2. d) cibum *R* 2. e) spinis *R* 2. f) pabulis *R* 2. g) extiguat *R* 1. h) concremetur *R* 2. i) consumtum sit *R* 1. k) finit *add. R* 2.
TIT. III. a) *deest R* 2. b) sibe *R* 2. c) adque — usurpatis *des. R* 2. d) veiculo *R* 2.

1) *Cf. L. Burg.* 41; *Ed. Roth.* 148; *Brunner, 'D. RG.' II, p.* 658.

I. ANTIQUA[a] EMENDATA[a].

De conpositione arborum incisarum.

Si[1] quis iniscio[b] domino alienam arborem inciderit: si pomifera est, det solidos III; si oliva, det solidos V; si glandifera maior est, duos solidos det; si minor, det solidum unum; si vero alterius generis sunt et maiores adque prolixiores sunt, binos solidos reddat; quia, licet non habeat fructum, ad multa tamen conmoda hutilitatis preparant usum. Et hec quidem conpositio erit, si tantundem abscise fuerint; nam si presumtive[c] incise alicubi ferantur, aut similes arbores cum illis incisis dabuntur, aut predictum pretium duplo solvetur.

II. ANTIQUA[a].

Si ortum quis vastaverit alienum.

Si[2] quis alienum ortum vastaverit, statim iuxta damni estimationem a iudice coactus domino orti cogatur exolvere; ita ut, si servus hoc fecerit, super conpositionem ipsius damni L flagella extensus accipiat.

e) *deest R* 2. f) *ita R* 2; volumtari *R* 1. g) *deest R* 1. h) vel — tollat *des. R* 2. i) *ita E* 1; clausa *R* 1. k) *deest R* 1. 2.
I. a) *deest R* 2. b) inscio *R* 2. c) vel *add. R* 1.
II. a) *deest R* 2. b) Qui *pro* Si q. *R* 2.

1) *Cf. ad hanc legem et sequentes Dahn, 'Westg. Stud.' p.* 211 *sq.* 2) *Cf. L. Sal.* 27, 6; *L. Burg.* 25, 1; *L. Baiuv.* 9, 12; *Ed. Roth.* 284; *Brunner, 'D. RG.' I, p.* 301, *n.*

III. ANTIQUA[a].

Si de incise arboris ruina debilitatio vel homicidium perpetretur.

Si[1] quis arborem inciderit, et aliquid damni fecerit aut si, dum cadit, arbor aliquem occiderit, damnum qui incidit exolvat. Quod si in circuitu arboris homines fuerint, priusquam cadat arbor, admoneat[2]; et si de ramis arboris conruentis postea, quam conmonuerit, aliquis debilitatus aut mortuus fuerit, nullam ille, qui arborem incidit, calumniam pertimescat. Ceterum si aut senem aut debilem aut dormientem, aut qui sibi cabere non potuit, aut pecudem fortasse ruina huius arboris debilitaverit vel occiderit, pro quadrupe[b] uno domino alium[c] eiusdem meriti mox reformet et pro hocciso[d] homine tamquam homicida teneatur; pro debilitato vero iuxta formam legum satisfacere conpellatur. Et si aliquis alienam arborem inciderit, pro violentia conponere non moretur. Quod si dominus harboris incisore[e] fuerit contestatus, et postmodum incisor fuerit, dum incidit, hoccisus[d], mors eius nullatenus requiratur.

IIII. ANTIQUA[a].

Si arbor ex parte incisa sive conbusta damna[b] concutiat[b].

Si[3] arbor ex parte incisa sit aut ex aliqua parte igne conbusta, et illo, qui inciderat vel incendere ceperat, *a.* absente arbor[c] ceciderit, nulla ei pro damno, quod per ruina[d] arboris factum est, calumnia moveatur.

V. ANTIQUA[a] EMENDATA[a].

De vinea incisa vel evulsa sive concremata adque de fructibus[b] usurpatis[b].

Qui vineam inciderit, eradicaverit vel incenderit alienam aut in desertum perduxerit, duas equales meriti

III. a) *deest R* 2. b) *ita R* 1; quadrupem *R* 2; quadrupede *E.* c) *deest R* 1. d) occ- *pro* hocc- *R* 2. e) incisorem *R* 2, *quod est intelligendum.*
IIII. a) *deest R* 2. b) damno concuttiat *R* 1. c) arbo *R* 1. d) summa *R* 2.
V. a) *deest R* 2. b) frugibus occupatis *R* 2.

1) *Cf. Dahn, 'Westg. Stud.' p.* 145; *M. Frank, 'Kasuelle Tötung' p.* 33 *sq.; Brunner, 'Absichtslose Missethat' in 'SB. d. Berl. Acad.' XXXV,* 1890, *p.* 818. 2) *Cf. Conc. Tribur. a.* 895, *c.* 37, *LL. Cap. II, p.* 234 *sq.* 3) *Cf. L. Sax.* 55; *Ed. Roth.* 138; *Frank l. c. p.* 34 *sq.; A. B. Schmidt, 'Grundsätze über den Schadensersatz in den Volksrechten' p.* 35.

vineas domino eius vinee reformare cogatur, et preterea dominus vinee illius deserte hanc ad ius suum revocare non dubitet. Si vero per violentiam fruges collegerit, et fruges[c] in duplo restituat et quidquid everterit redintegrare procuret; ita tamen, ut cum sacramentum[d] colligentium per tempus vindemiarum duplam ipsius frugis conpositionem[e] restituat. Servi vero sine[f] dominorum iussu talia facientes per singulas vites decena[g] flagella extensi percipiant et[h] fruges omnino restituant[h], aut[i] si dominus conponere voluerit, per sex vites solidum solvat[k]. Quod si maius damnum creverit et conponere dominus noluerit, servum tradere festinavit[l].

VI. ANTIQUA[a].

Si sepis incidatur vel incendatur.

Si[1] quis per aliquod spatium sepes inciderit vel incenderit alienas, si maioris loci persona est, et sepem reparet et pro damno satisfaciat. Si quid tamen damni domino de fructibus accidisse cognoscitur, et damnum solvat, sicut inspectio habuerit estimantium, et preterea X solidos reddat. Sed et de eo campo, qui fructos[b] habeat vel habuit[b], et de prato sive de concluso V solidos conpellatur exolvere; de eo vero campo, in quo nulli[c] fructus sepibus claudebantur, sepem tantummodo reparare cogatur. Si vero hoc persona inferior fecerit, solvat damnum de estimatis fructibus ac sepem reparet et L flagella publice suscipiat. Quod si servus hoc nesciente domino fecerit, et damnum solvat et sepem reparet et C flagella suscipiat. Quod si casu factum fuerit, sepem tantummodo reparet, que conlisa est; quia crimen videri non potest, quod non est ex volumtate conmissum.

VII. ANTIQUA[a].

Si pali de sepibus incidantur.

Qui[2] de sepibus palos inciderit vel incenderit alienos, cum campus ille fructos[b] ullos[c] eo tempore non

c) frugem *R* 2. d) *ita R* 1; sacramento colligentia *R* 2. e) conpositione *R* 1. f) si sine *R* 1. g) *ita E* 1; decem *E* 2; centena *R* 1; ducentena *R* 2. h) et — restituant *des. R* 1. i) ut *R* 1. k) *ita R* 1. *E* 1; reddat *R* 2. l) *ita R* 1 *pro* festinabit, *quod praebet R* 2.

VI. a) *deest R* 2. b) fructus abet vel abuit *R* 2. c) nullus fructus claudebatur *R* 2.

VII. a) *deest R* 2. b) fructus *R* 2. c) ullo *R* 1; nullos *R* 2.

1) *Cum hac et sequenti lege cf. L. Burg.* 27, 1. 2. 2) *V. supra n.* 1; *cf. Brunner, 'D. RG.' I, p.* 339.

habuerit, in quadruplum reformare cogatur. Si autem fructus[d] aliquid de[e] his sepibus claudebatur, per singulos palos singulos tremisses conpellatur exolvere; ita ut, si ex fructibus aliquid perierit, ex integro reformetur. Eadem et de ortis sepe conclusis precipimus custodire[f].

VIII. ANTIQUA[a].

Si in alienam silvam quis[b] cum vehiculo capiatur.

Si quis aliquem conprehenderit, dum de silva sua cum vehiculo vadit et circulos ad cupas aut quecumque ligna sine domini permissionem asportare[c] presumat, et boves et vehiculum aliene silve presumtor amittat, et que dominus cum fure aut violento conprehenderit, indubitanter obtineat.

VIIII. ANTIQUA[a].

Si loca fructifera vel pascuosa nimia congustia coartentur.

Si quis cum fructibus[b] vineam, pratum vel pascua habere cognoscitur et fossas per circuitum[c] pro solo terrore constituat, ut non nisi per vineam aut messem transitus esse possit, damnum, quod viator intulerit, ad viatoris culpam redundare non convenit. Campos autem vacantes si quis fossis concinxerit[d], iter agentes non hec signa deterreant, nec aliquis eos de his pascuis presumat expellere.

X. ANTIQUA[a].

De animalibus volumtarie in messe vel vineis missis.

Qui[1] iumenta vel boves aut quecumque pecora volumtarie in vineam vel messem miserit alienam[b], damnum, quod fuerit estimatum[c], cogatur exolvere. Et si maior persona est, pro caballis aut bubus per singula capita singulos solidos reddat; per minora vero capita

d) fructos *R* 1. e) *ita R* 1; aliquid eis *R* 2. f) custodiri *R* 2.
VIII. a) *deest R* 2. b) quicumque *R* 2. c) adsportare *R* 1.
VIIII. a) *deest R* 2. b) frugibus *R* 2. c) circuitu *R* 1. d) cincxerit *R* 2.
X. a) *deest R* 2. b) aliena *R* 1. c) extimatum *R* 2.

1) *Cf. L. Sal.* 9, 8, *cod.* 2; *L. Burg.* 27, 4. 5; *Ed. Roth.* 344; *Brunner l. c. p.* 301, *n.*

singulos tremisses ei, cui damnum factum est, conpellatur exolvere. Certe si inferior est fortasse[d] persona, et damnum ex integro reddat et conpositionem ex medietate restituat adque XL[e] flagella publice extensus accipiat. Si vero servus hoc sine iussione[f] domini fecerit, omne damnum aut ipse aut eius dominus reddat, et ipse servus LX flagella suscipiat.

XI. ANTIQUA[a].

Si quelibet animalia in fructibus[b] damna concutiant[c].

Si cuiuslibet qualiacumque animalia vineam vel messem everterint alienam[d], ille, cuius animalia damnum intulerint, tantum vinee vel agri cum frugibus eius meriti domino de suo restituere non moretur, quantum exterminatum esse cognoscitur; ita ut collectis frugibus ille recipiat, qui dedisse videtur. Et si non habuerit agrum aut vineam unde conponat, tantum frugis reddat, quantum in equali parte agri vel vinee fuerit estimatum.

XII. ANTIQUA[a].

Si pratum defensum a pecoribus naufragetur.

Qui in pratum eo tempore, quo defenditur, pecora miserit, ut postmodum ad secandum non possit erba[b] succrescere: si servus est qui hoc fecerit[c], XL hictus[d] accipiat flagellorum, et fenum reddatur a[e] domino eius, quantum fuerit estimatum; si liber et inferioris loci persona sit[a], per duo capita tremissem uno[f] reddat, et[g] fenum nihilhominus iuxta estimatione[h] ei, qui damnum pertulit, redditurus; si maior vero persona sit, per duo capita unum solidum reddat et fenum habita estimatione restituat.

XIII. ANTIQUA[a].

Si fructifera loca ab animalibus extiterint dissipata.

Si[1] quis caballum aut pecus alienum in vinea, messe, prato vel orto invenerit, non expellat iratus, ne,

d) *ita R 2; deest R* 1. e) *ita R* 1; X *R* 2. f) iusso *R* 1.
XI. a) *deest R* 2. b) frugibus *R* 2. c) concuttiant *R* 1; concutiat *R* 2. d) aliena *R* 1.
XII. a) *deest R* 2. b) herba *R* 2. c) fecit *R* 1. d) hictos *R* 2. e) ad *R* 2. f) unum *R* 2. g) *deest R* 1. h) estimationem *R* 2.
XIII. a) *deest R* 2.

1) *Cf. leges sequentes, praeterea L. Sal.* 9, 1—3; *L. Burg.* 23, 2; *Brunner l. c.*

dum de damnum[b] expellit, evertat; sed ad domum suam inclusurus adducat et domino[c] caballorum vel pecorum faciat certiorem, ut presentibus his aut vicinis eorum damnum, quod inlatum fuerit, estimetur[d], et ad campum utreque partes conveniant, et[e] postquam damnum inspexerint, pars campi vel vinee sive prati aut messis, que defracta fuerat[f], mensuretur; et[g] donec fructos[h] colligantur, expectetur, ut tantum[i] de inpasto loco ei, cui damnum intulerit, facta ispatii[k] exequatione[k] tradatur, et presentibus testibus et de eo loco, qui eversus est, et de eo, qui est[g] intiger[l], fructos[h] colligantur, ut quidquid minus in his locis, que a pecoribus eversa fuerint, repperitur, ille, cuius pecora fuerint, reformare cogatur. Pecora vero, postquam ipsorum locorum spatia mensuraverint, sicut est in legibus constitutum[1], domino reformentur. Et si pecora, dum per iracundia inmoderationis expellit, everterit, domino pecorum damnum simplam[m] tantummodo satisfactione restituat et sibi que debilitabit aut occidit usurpet; sic tamen, ut que ęverterit ante persolvat. Quod si pecora per casum, non culpa expellentis debilitentur aut pereant aut in sudes sive in palos, dum expelluntur, inciderint, damnum solvatur ex medio, ut que superioribus legibus sunt[n] statuta[o] permaneant.

XIIII. ANTIQUA[a].

Si expellentibus de fructibus[b] pecora quisquam[c] excutiat vel de clausura[d] furto[e] aut violentia tollat.

Si[2] quis expellenti de fructibus pecora excusserit, si honestior est forte persona, det solidus V et duplum damnum, quod fuerit estimatum, exolvere cogatur; si certe humilioris loci persona fuerit et non habuerit, unde conponat, L flagella suscipiat et duplum damnum reddere conpellatur. Si vero servus hoc fecerit, ante iudicem C hictos flagellorum suscipiat, et domino eius

b) damna *R* 2. c) dominum *R* 2. d) aextimetur *R* 2. e) ut *R* 1. f) fuerint *R* 1. g) *deest* *R* 2. h) fructus *R* 2. i) tantumdem *pro* t. de *R* 1. k) spatii estimationem *R* 2. l) *ita* *R* 1. 2. m) simpla *R* 2. n) *deest* *R* 1. o) instituta *R* 2.
XIIII. a) *deest* *R* 2. b) frugibus *R* 2. c) quicumque *R* 1. d) clusura *R* 1; clausam *R* 2. e) furtum *R* 2.

1) *V. supra c.* 11. *et infra c.* 15. 2) *Cum hac lege et duabus, quae sequuntur, cf. L. Sal.* 9; *L. Burg.* 23, 1—3; *Ed. Roth.* 346; *Brunner l. c.*

nulla calumnia moveatur. Quod si de domum[f] aut clausura[g] involaverit aut per violentia[h] tulerit[i], octo solidos qui iniuriam pertulit consequatur, et preterea duplum damnum ille, qui abstulit, reddere conpellatur. Si vero servus hoc fecerit, C flagella suscipiat, et dominus eius nihil damni sustineat.

XV. ANTIQUA[a].

De animalibus in vinea, messe vel prato perventis[b].

Si[1] quis in vineam suam, messe, prato[b] vel orto iumenta vel pecora invenerit aut[c] prenderit, statim domino pecodum ipsa aut altera die nuntiaturus includat. Quod si dominus pecorum[a] mittere vel venire noluerit, damnum a vicinis, quod factum est, extimetur, et ad satisfactionem ille, cuius pecora fuerint, iudicis executione venire cogatur et damnum exolvat. Si tamen probaverit[d] aut certe iuraverit ille, qui prendidit, damnum ipsum ab ipsis animalibus factum fuisse, ille vero, cuius pecora sunt, si ad extimationem[e] damni aut pecora recipienda non venerit, adaquentur tantummodo[2] ac triduo teneantur inclusa[f]; et pro retentis triduo pecoribus nullam calumniam inferre poterit qui ad extimationem[e] damni[a] venire neclexerit. Post triduum autem animalia dimittantur, et dimissis animalibus, si dominus eorum venire contemserit, pro contemto[g] ipso, quia inspicere noluit, iuxta estimationem testium in duplum cogatur exolvere. Quod si ille, cuius pecora sunt, ad eum, cui damnum factum est, venerit, rogans eum, ut ad extimationem damni adcedat[h], ut pecora relaxentur, et ille non adquiescat, volens pecora eius interficere: si hoc ita fecisse convincitur, per singula capita maiora singulos solidos reddat, per minora capita singulos tremisses. Similiter hec lex continet et de illis, qui ante triduum pecora clausa non publicaverint[i]. Si[k] autem hoc servus fecerit sine domini volumtate, C flagella suscipiat et dominus eius nihil damni sustineat.

f) domo *R* 2. g) clausa *R* 2. h) violentiam *R* 2. i) tulerint *R* 1.
XV. a) *deest* *R* 2. b) perventis — prato *des.* *R* 1; perventi *R* 2. c) aut pr. *des.* *R* 2. d) probaberit *R* 2. e) estimationem *R* 2. f) inclausa *R* 2. g) contento *R* 1. h) accedat *R* 1. i) publicaverit *R* 1. k) Sin *R* 2.

1) *Cf. supra p.* 240, *n.* 2. *De ipsa re, quae statuitur, cf. Wilda in 'Z. f. D. R.' I, p.* 229 *sqq.; Dahn, 'Westg. Stud.' p.* 84 *sqq.; Brunner, 'D. RG.' II, p.* 531. 2) *Ed. Roth.* 346: aqua tantum ei dit (= det); *cf. Wilda l. c. p.* 238; *Gierke, 'Humor im D. Recht' p.* 52.

XVI. ANTIQUA [a].

Si, priusquam expellantur, animalia de frugibus exierint.

Si iumenta vel pecora de frugibus [b], priusquam expellantur, exierint, ea non liceat conprehendi, quia utrum ipsa damnum fecerint nescitur. Nam si eam ipse, cuius sunt, aut quicumque vicinus expellerit [c], dominus iumentorum vel pecorum extimationem [d] damni inplere cogatur.

XVII. ANTIQUA [a].

Si in fructibus animalia perventa quacumque aliquis detruncationem [b] turpaverit.

Si labia [c] pecoribus vel [c] aures qui in fructibus suis conprehenderit inciderit, illa, que deformavit, obtineat et domino pecorum alia sana restituere non moretur. *a.*

IIII. TITULUS: DE DAMNIS ANIMALIUM VEL DIVERSORUM [a] RERUM.

I. Si caballus vel animal alienum aut de legamine [b] tollatur [c] aut extra [d] volumtate domini in aliquo fatigetur.
II. Si prestitum animal contra definitionem et volumtatem [c] domini fatigetur.
III. Si caballi aut cuiuscumque [e] animalis coma vel cauda turpetur.
IIII. Si alienum animal testiculis [f] desecetur.
V. Si iumenti partus excutiatur.
VI. Si cuiuscumque animalis [g] partus excutiatur.
VII. Si qualiacumque [h] animalia ab invice ҫvertantur.
VIII. Si damnum vel iniuriam inpellente [i] aut [i] sine damnum [c] alienum animal occidatur.
VIIII. Si bus [k] alienus sine domini [l] volumtatem [m] operibus subiugetur.

XVI. a) *deest* R 2. b) fructibus R 2. c) expulerit R 2. d) estimationem R 2.
XVII. a) *deest* R 2. b) detruncatione R 2. c) labium pecorum aut R 2.
TIT. IIII. a) *ita* R 1. 2. b) ligamen tollat R 2. c) *reliqua rubricae pars deest* R 2. d) ex R 1. e) qualiscumque R 1. f) testiculos R 2. g) animal R 1. h) qualienumque R 1; qualicumque R 2. i) inpellunt ut ea R 1; inpellente an R 2. k) bos R 2. l) *deest* R 1. m) voluntate R 2.

X. Si qualiacumque animalia trituris aree fatigentur.
XI. Si pecus absque damno in clusuram mittatur.
XII. Si animal cuicumque faciat quodcumque damnosum.
XIII. Si quodcumque animal quacumque percussione debilitetur.
XIIII. Si pecus alienum sciente an ignorante domino gregi[n] alterius[o] misceatur.
XV. Si animali quodcumque pavidum inlegetur[p], per quod[q] ruptum[q] aut debilitetur [aut[r] moriatur].
XVI. Si vitiosum animal, cum aput dominum est, cuiuscumque[s] etatis[s] hominem[r] occidisse videatur[r].
XVII. Si animal vitiosum quis a se habiciat vel[s] non[s] abiectum[s] [retineat[r]].
XVIII. Sue[t] habendum culpe, si irritatum animal noceat[o] irritantem.
XVIIII. Si iuste an iniuste concitatus canis quempiam debilitasse [vel[r] occidisse probatur[r]].
XX. De cane damnosum[u].
XXI. De lesione vestis.
XXII. Si fraudulenter quis ambulans in[s] laqueos[s] [feris[r] preparatos incidat[r]].
XXIII. Ut, qui laqueos feris ponit, et[v] loca discernat, [in[r] quibus ponat, et vicinos admoneat[r]].
XXIIII. De damnis iter publicum concludentium.
XXV. De reservandum[w] ispatium[x] iuxta vias publicas.
XXVI. Si de campis vacantibus iter agentium animalia [expellantur[r]].
XXVII. Ne iter agentibus pascua non conclusa vetentur.
XXVIII. Ut, qui in transitum fluminis culturam facit, [laborem[r] sepe circumdet[r]].
XXVIIII. De discretione concludendorum fluminum.
XXX. De confringentibus mulina[y] et conclusiones aquarum.
XXXI. De furantibus aquas ex decursibus alienis.

n) in grege *R* 1. o) *reliqua rubricae pars deest R* 2. p) inlicitetur *R* 2. q) quod rup *R* 1; corruptum *R* 2. r) *deest R* 1. 2. s) *deest R* 1. t) Siue *R* 1. u) damnoso *R* 2. v) et l. d. *des. R* 1. w) *ita R* 1; reservando *E* 1; servando *R* 2. x) spatio *R* 2. y) molina *R* 2.

I. ANTIQUA[a].

Si caballus vel animal alienum aut de ligamine tollatur aut extra volumtate domini in aliquo fatigetur.

Si[1] quis caballum alienum vel alium[b] animal de pedica sive de ligamine tulerit sine conscientia domini sui, unum solidum ei det. Et si per hanc occasionem perierit, alium eiusdem meriti caballum vel animal restituat. Quod si eum alibi ambulare cogerit[c] vel laborare[d] fecerit domino nesciente, alium equalis meriti cum eo dare cogatur; si[e] tamen aut[f] ipsa aut altera dię eum dominus suus invenerit. Quod si tertia die animal inventum non fuerit, ille, qui animal alienum presumserat, pro fure teneatur.

II. FLAVIUS GLORIOSUS RECCESSVINDUS REX.

Si prestitum animal contra definitionem et volumtatem domini fatigetur.

Quicumque[2] contra volumtatem eius, qui prestitit, animal supra definitionem cursu, honeribus vel itinere fatigaverit, per decem milia det solidum unum. Quod si minus quam decem milia fuerit, estimato[a] itinere vel labore, extimetur et conpositio damni. Nam[3] si debilitatus aut mortuus fuerit: debilem sibi habeat et similem reddat; pro mortuo vero vivum talem sine excusatione restituat.

III. ANTIQUA[a].

Si caballi aut cuiuscumque animalis coma vel cauda turpetur.

Si[4] quis alieni caballi coma turpaverit aut caudam curtaverit[b], eiusdem meriti alium cum eo sine dilatione domino restituat. Si vero alterum qualemcumque animal curtaverit, per singula capita singulos triantes reddere conpellatur.

I. a) *deest R* 2. b) aliut *R* 2. c) coegerit *R* 2. d) labore *R* 1. e) tamen si *R* 2. f) ut si *R* 1.
II. a) extimato in it. *R* 2.
III. a) *deest R* 2. b) turpaverit *R* 1.

1) *Cf. L. Burg.* 4, 6; *L. Sal.* 27, 3. 4; *Brunner, 'D. RG.' II, p.* 638.
2) *Cf. l.* 40. *Dig. XLVII,* 2. 3) *Cf. Ed. Roth.* 337. 339. 4) *Cf. L. Sal.* 38, 8; *L. Burg.* 73, 3; *Ed. Roth.* 338. 341.

IIII. ANTIQUA[a].

Si alienum animal testiculis desecetur.

Qui[1] alienum animal aut quemcumque quadrupedem, qui ad istadium[b] fortasse servatur, invito domino vel nesciente castraverit, vel bovem aut que non castrantur secaberit[c], domino in duplum cogatur exolvere, cui propter invidiam hoc videtur intulisse dispendium.

V. ANTIQUA[a].

Si iumenti partus excutiatur[b].

Si[c. 2] quis quocumque pacto partum eque pregnantis excusserit, pulletrum anniculum illi, cuius fuerat, mox reformet.

VI. ANTIQUA[a].

Si cuiuscumque animalis partus excutiatur.

Si[3] quis vaccam prignantem[b] abortare fecerit aliena[c], talem aliam cum vitulo domino reformare cogatur et illa, cui partum excussit, ipse accipiat. Hec et de aliis quadrupedibus forma servetur.

VII. ANTIQUA[a].

Si qualicumque[b] animalia ab invicem evertantur[c].

Si[4] cuiuslibet iumenta aut armenta vel alia pecora se[d] invicem forte conliserint, dominus iumenti vel aliorum animalium, alium[a] eiusdem meriti eius[a] domino reddat et illum[e] debilitatum aut[a] occisum[a] sibi obtineat.

VIII. ANTIQUA[a].

Si damno vel iniuria inpellente aut sine damnum[b] alienum animal occidatur.

Si quis alienum animal occidisse aut vulnerasse convincitur, non damno qualemcumque[c] conpulsus, alium eiusdem meriti domino reformare cogatur et, si servus

IIII. a) *deest R* 2. b) studio *R* 2. c) *ita R* 1; secaverit *E* 1; castraverit *R* 2.
V. a) *deest R* 2. b) excuttiatur *R* 1. c) Quicumque *pro* Si quis quoc. *R* 2.
VI. a) *deest R* 2. b) pregnantem *R* 2. c) alienam *R* 2.
VII. a) *deest R* 2. b) qualibetcumque *R* 2. c) se ev. *R* 2. d) *deest R* 1. e) illud *R* 2.
VIII. a) *deest R* 2. b) damno *R* 2. c) qualicumque *R* 2.

1) *Cf. L. Sal.* 38, 12, *codd.* 5. 6. 2) *Cf. Ed. Roth.* 333; *L. Sal.* 38, 9, *codd.* 5. 6. 3) *Cf. Ed. Roth.* 332; *L. Sal. l. c.* 4) *Cf. Ed. Roth.* 328.

est, L flagella publice suscipiat; ingenuus vero quinque solidos det. Nam si eundem damni commovit[d] iniuria, ut eum occideret aut debilitaret, pretium pecodis aut[e] animalis reddat hoccisi[f] vel debilitati et nihil patiatur iniurie.

VIIII. ANTIQUA[a].

Si bos alienus sine domini volumtate operibus subiugetur.

Si[1] quis bovem alienum iuncxerit sine conscientiam[b] domini eius ad aliquid carricandum sive pro volumtate sua retinendo[c], eiusdem meriti cum eo alium domino reddat.

X. ANTIQUA[a].

Si qualiacumque animalia trituris aree fatigentur.

Si quis caballum aut aliut quodcumque alienum animal in area miserit, per singula capita singulos solidos reddat. Et si per hanc occasionem animal mortuum fuerit, et solidum reddat et eiusdem meriti animal domino cogatur exsolvere.

XI. ANTIQUA[a].

Si pecus absque damno in clusuram mittatur[b].

Qui absque aliquo damno incluso[c] pecus detinuerit alienum, si servus hoc nescio domino fecerit, tantummodo XXXX hictos[d] accipiat flagellorum. Si ingenuus fuerit, per duo capita tremisse[e] uno[e] ei, cuius[f] pecus conclusum est, cogatur exolvere. Quod si ex ipsis pecoribus aliquid debilitatum aut mortuum fuerit, iuxta superiorem legem conpositio fiat.

XII. ANTIQUA[a].

Si animal cuicumque faciat quodcumque damnosum.

Si[b.2] cuiuscumque quadrupes aliquid fecerit fortasse damnosum, in domini potestate[b] consistat, utrum qua-

d) commonuit *R* 1. e) *deest* *R* 1. f) occisi *R* 2.
VIIII. a) *deest* *R* 2. b) conscientia *R* 2. c) retinendum *R* 2.
X. XI. a) *deest* *R* 2. b) *bis scr.* *R* 1. c) inclusum, *quod intelligendum est,* *R* 2. d) hictus *R* 2. e) tremissem unum *R* 2. f) cui *R* 1.
XII. a) *deest* *R* 2. b) Si — potestate *des.* *R* 2.

1) *Cf. L. Burg.* 4, 8. 2) *V. infra c.* 20. *et Brunner,* ‘*Absichtslose*

drupem[c] noxium tradat, an ei, qui damnum pertulit vel aliquid excepit adversi, iuxta iudicis extimationem conponat.

XIII. ANTIQUA[a].

Si quodcumque animal quacumque percussione debilitetur vel occidatur.

Si quis alienum iumentum percusserit, ita ut debile efficiatur aut de ipsa fortasse percussione mortuum fuerit, ille, qui percussit, alium eiusdem meriti domino reformare cogatur et illum[b] debilem sue vindicet potestati. Quod si iumentum non habuerit, pretium iuste estimationis domino iumenti restituat. Et similis hordo tam de caballum[c] quam de bobe[d] vel reliquis animalibus ab omnibus observetur.

XIIII. ANTIQUA[a].

Si pecus alienum sciente an ignorante domino gregi alterius misceatur[b].

Si cuiuslibet pecora cum alicuius se miscuerint, et hoc ipse prospexerit[c], et sic de ipsius grege habierint, ut nullam ex hoc conscientiam habeat, dominus pecorum sacramentum[d] ab eodem accipiat, quod non ipsius fraude vel culpa exinde abscesserint, et nec sibi ea presumsit nec alicui tradidit, et nihil cogatur exolvere. Quod si ad domum suam adduxerit, et iudicem non monuerit vel in conventu publice infra octabum[e] diem non contestaverit, duplum satisfaciat.

XV. ANTIQUA[a].

Si[b] animali quodcumque pavidum inligetur, per quod ruptum aut debilitetur aut moriatur.

Si[1] quis caput mortui pecoris aut ossa vel[c] aliquid, unde animal terreatur, ad caudam caballi credi-

c) quadrupedem *R* 2.
XIII. a) *deest* *R* 2. b) illut debile *R* 2. c) caballo *R* 2. d) bovem et rel. *R* 2.
XIIII. a) *deest* *R* 2. b) misceat *R* 1. c) prespexerit *R* 2. d) *ita* *R* 2; sacramento *R* 1. e) hoctava die *R* 2.
XV. a) *deest* *R* 2. b) quis *add.* *R* 1. c) aut *R* 1.

Missethat' p. 834 *sqq. Lex recepta est ex iure Romano; cf. L. Rom. Vis. Paul. I,* 15, 1. *Interpr.:* Si alienum animal cuicumque damnum intulerit aut alicuius fructus laeserit, dominus eius aut aestimationem damni reddat aut ipsum animal tradat. Quod etiam de cane similiter est statutum. 1) *Cf. L. Burg.* 73. *et L. Rom. Burg.* 29: De caballis, quibus os aut scindola ad caudam ligata fuerint.

derit adligandum[d], et per hoc currendo ruptus probetur aut mortuus, alium sanum caballum domino reformare non moretur, quia legum statuta transcendit. Quod si caballus nihil debilitatis[e] incurrerit, L hictus[f] accipiat flagellorum. Si servus hoc fecerit, C verberibus addicatur.

XVI. ANTIQUA[a].

Si vitiosum animal, cum aput dominum est, cuiuscumque etatis hoccidisse hominem videatur.

Si[1] quis bovem aut taurum vel quemcumque quadrupedem noxium habuerit aut vitiosum, eum[b], antequam alium[c] noceat, non moretur occidere. Quod si de vitio quatrupedis[d] ex vicinorum[e] contestatione cognoverit et postea eum reservaverit aut paverit vel distulerit occidere, hac postea alicui mortem aut debilitatem sive vulnus intulerit, iuxta leges conponere non moretur, sicut est de homicidis, id est viris ac mulieribus, infantibus, servis vel ancillis conpositio constituta; ita ut[b], si iugulaverit aliquem ipse quatrupes[d] in[f] annis XX, CCC solidos[g] conponatur, et ab hoc usque ad eum, qui annos L habuerit, unam conpositionem iubemus stare. A quinquaginta annis usque ad illum, qui habet LX et V[h], CC solidi conponantur. Qui vero super hoc habuerit, C solidi conponantur. Qui quindecim annos habuerit, CL solidi conponantur. Si in[i] quattuordecim annos fuerit, CXXXX[k] solidi conponantur. Si in tridecim, CXXX solidos[l] det. Si in duodicim, CXX solidos[l] det. Si in[m] undecim, CX[n] solidos solvat. Si decem, C. Si vero novem aut octo vel septem, LXXXX[o] solidi conponantur. Et si sex vel quinque aut quattuor annorum fuerit, LXXX solidi conponantur. Si certe trium vel[p] duorum annorum fuerit, LXX solidos[g] reddat. Nam si unius anni[q], LX solidi conponantur. Et si filiam alicuius aut uxorem iugulaverit, a quinto decimo anno usque ad quadragensimum[r] CCL solidi conponantur,

v. a.

d) alligandum *R* 2. e) debilitatus *R* 1. f) hictos *R* 2.
XVI. a) *deest* *R* 2. b) *deest* *R* 1. c) *ita* *R* 1; aliquem *R* 2. d) quadrup. *R* 2. e) vitinorum *R* 1. f) si de annis *R* 2. g) solidi conponantur *R* 2. h) LXXV *pro* LX et V *R* 2. i) infra *R* 2. k) CLX *R* 2. l) solidi dentur *pro* solidos det *R* 2. m) infra *R* 2. n) centum solid exsolvat *R* 2. o) LX *R* 2. p) aut *R* 2. q) fuerit *add.* *R* 2. r) quadragesimum *R* 2.

1) *Cf. de hac lege Wilda, 'Strafrecht' p.* 427; *Dahn, 'Westg. Stud.' p.* 173; *Brunner l. c. p.* 818.

et[s] a quadragensimo usque ad sexagensimo CC solidi conponantur[s]. Quod si superior annorum numerus fuerit, C solidi conponantur. Et[t] a quinto decimo vero anno aut inferius, sicut et[t] de pueris est superius conprehensum, medietatem conpositionis eius secundum etatem vel sexus ordinem reddere conpellatur.

XVII. ANTIQUA[a].

Si animal vitiosum quis a se habiciat[b] vel non abiectum retineat.

Si quis bobem[c] aut alium animal nocivum vel vitiosum habuerit, eum occidere non moretur vel a se proicere, ita ut vicinis omnibus notum faciat, quia eum *a.* a se proiecit. Quod si eum non occiderit, sed reservaverit, quidquid damni fecerit[d], ille conponat, qui eum aput se reservare cognoscitur.

XVIII. ANTIQUA[a].

Sue habendum culpe, si irritatum animal noceat irritantem.

Si[1] quis vitiosum bobem[b] aut canem vel alium[c] animal contra se in ira[d] concitaverit, quidquid passus fuerit, culpe eius, qui hoc pertulerit[e], oportet adscribi.

XVIIII. ANTIQUA[a].

Si iuste an iniuste concitatus canis quempiam debilitasse vel occidisse probetur.

Si aliquem canis momorderit alicuius, et de morsum[b] illius aliquis debilitatus probetur aut mortuus, domino canis nihil calumnie moveatur; si tamen eum[c] canem, ut morderet, non inritasse cognoscitur. Quod si canem suum, ut furem aut quemcumque criminosum conprehenderet, inritavit[d], et ita momorderit fugientem, si de morso ipso[e] fuerit debilitatus aut mortuus, nihil ex eo causationis exsistat. Nam si eum ad innocentem forsitam iniuriandum incitavit, tamquam si ipse vulnus intulerit, iuxta legem[f] conponere non moretur.

s) et — conponantur *des. R* 1. t) *deest R* 2.
XVII. a) *deest R* 2. b) abiciat *R* 2. c) bovem aut aliut *R* 2. d) admiserit *R* 2. *E.*
XVIII. a) *deest R* 2. b) bovem *R* 2. c) aliut *R* 2. d) ire *R* 1. e) pertulit *R* 2.
XVIIII. a) *deest R* 2. b) morso *R* 2. c) eneum *R* 2. d) irritaverit *R* 2. e) ipsius *R* 2. f) lege *R* 2.

1) *Lex ex iure Romano sumpta est; cf. L. Rom. Vis. Paul. I,* 15, 3. *Interpr.*

XX. ANTIQUA[a].

De cane damnoso.

Si[1] cuiuslibet canis damnosus fuerit, ut devastet berbices[b] aut alia pecora forte ęvertere ceperit, et deprehensus fuerit, ipse dominus canis, ubi ex hoc fuerit conmonitus, eum illi tradat, cui damnum constat fuisse[c] inlatum, ut eum occidat. Quod si eum occidere noluerit vel illi tradere, cui damnum primitus[a] constat fuisse inlatum, quidquid postmodum canis damni admiserit, dominus canis duplam conpositionem reddere non moretur.

XXI. FLAVIUS CHINDASVINDUS REX.

De lesione vestis.

Si quis qualibet occasionem[a] vestem absciderit vel ruperit alienam adque sordibus maculaverit, et talis macula in veste patuerit, ut extra feditatem tolli minime possit, pro facti crimine obnoxius maneat, ita ut similem vestem integram restituat. Quod si talem vestem non habuerit, huius vestis[b] pretium, quantum integra illa, que rupta aut[c] incisa adque maculata est, valere potuit, dare conpellatur. Vestem vero, que rupta aut[c] maculata est, ille accipiat, qui hanc conpositionem exolverit. Si vero servus hoc fecerit, et dominus pro eo[d] conponere noluerit[e], servum pro qualitatem[f] criminis tradere non moretur.

XXII. ANTIQUA[a].

Si fraudulenter quis ambulans in[b] laqueos feris[b] preparatos incidat.

Si quis sudes in vinea posuerit sive in campo propter feras, et ibi aliquis, dum furtum facere temtat, inciderit, culpe eius oportet adscribi, qui vulnus excepit, quod in rem alienam fraudulenter ingressus est.

XXIII. ANTIQUA[a].

Ut, qui laqueos feris ponit, et loca discernat, in quibus ponat, et vicinos admoneat.

Si quis in terris suis foveas fecerit, ut feras in eisdem foveis conprehendat, aut laqueos vel arcos pro-

XX. a) *deest* *R* 2. b) verbices *R* 2. c) fuisset *R* 1.
XXI. a) occasione *R* 2. b) vestim *R* 1. c) vel *R* 2. d) *deest* *R* 1. e) nolerit *R* 1. f) qualitate *R* 2.
XXII. a) *deest* *R* 2. b) furi *pro* in l. f. *R* 1.
XXIII. a) *deest* *R* 2.

1) *V. supra* c. 12.

tenderit seu ballistas in locis secretis vel desertis, ubi via nulla est, que non consueverat frequentari, nec ubi pecodum possit esse accessus; si alicuius animal per hanc occassionem, que ad feras adparatur, extinguatur aut occidatur, pecus, quod periit, incautus venator exolvat; quia quadrupes sibi eam[b] cabere non potuit. Homines vero proximos vel vicinos venator ante[c] conmoneat; et si post monitionem[d] quisquam in[e] hec incautus inruerit, nihil ex hoc calumnie venatori oportet opponi, quia se ille periculo, qui conmonitione[f] audire neclexit, obiecit. Si quis vero de locis longinquioribus veniens, qui non fuerat ante conmonitus, ignorans inciderit et fuerit debilitatus aut mortuus, his[g], qui feris insidias vel laqueos preparavit, tertiam partem conpositionis exolvat, que fuerat hactenus debilitatis[h] hominibus vel[i] occisis[k] in legibus conprehensa[l]; quia in itinere hominum[m] hoc periculum nescientibus apparare non debuit.

XXIIII. ANTIQUA[a].

De damnis iter publicum claudentium[b].

Si[1] iter publicum clausum sit, rumpentibus[c] sepem aut vallum nulla calumnia moveatur. Ille vero, qui viam clauserat, que consueverat frequentari, si servus est, a iudice perducatur ad sepem, et C flagella suscipiat et per districtionem iudicis priorem viam aperire cogatur, etiam si messes[d] ibidem esse videantur[e]. Si vero id fuerit a potentiore[f] conmissum, exigantur ei solidi XX. Relique autem persone talia conmittentes X[g] solidos exolvere conpellantur; ita ut homnis huius rei conpositio fisci viribus inferatur.

b) ea *R* 2. c) antea *R* 2. d) admonitionem *R* 2. e) *deest* *R* 1. f) conmonitionem *R* 2. g) *deest* *R* 2. h) debilitatus *R* 2. *E* 1. i) vel — itinere hominum *des.* *R* 1. k) occisi *R* 2. l) conpreensa *R* 2. m) *ita* *E* 1. 2; omnium *R* 2; *deest* *R* 1.
XXIIII. a) *deest* *R* 2. b) concludentium *R* 2. c) rupentibus *R* 1; rumpendi *R* 2; rumpenti *E* 1. 2. d) *ita* *R* 1. *E* 1; messe *R* 2. e) *ita* *R* 1. *E* 1; videatur *R* 2. f) petitore *R* 1. g) decenos *R* 2. *E* 1.

1) *Hanc legem, licet 'antiquam', tamen prorsus aliter verbis conceptam fuisse in Codice Eurici patet ex Lege Baiuv. cum Lege Burg. collata, quae utraque illa Codicis Eurici lege niti videtur. Cf. L. Burg.* 27, 3: . . . quicumque viam publicam aut vicinalem clauserit, XII sol. se multae nomine noverit inlaturum, ita ut sepis illa impune a transitoribus deponatur, et messis, quantum viae spatium continere putatur, conteratur; *ib.* 27, 5: Si servus hoc fecerit, C fustium ictus accipiat. . . . *L. Baiuv.* 10, 19: Si quis via publica . . . clauserit . . ., cum XII sol. conponat et illam sepem tollat; *ib.* 20: De via convicinale . . ., qui eam . . . clauserit cum VI sol. conponat et aperiat.

XXV. ANTIQUA[a].

De servando[b] spatio iuxta vias publicas.

Viam, per quam ad civitatem sive ad provincias nostras ire consuevimus[1], nullus precepti nostri temerator exsistat, ut eam excludat, sed utroque[c] medietas aripennis[d] libera servetur[b. 2], ut iter agentibus adplicandi ispatium[e] non vetetur. Si quis autem huius legis predicta[f] precepta transcenderit, si maioris[g] loci persona est, det solidos XV. Inferiores vero persone hoctonos[h] solidos solvant fisco profuturos. Qui certe iuxta huiusmodi viam messes[i] aut vineam vel pratum sive conclusum habere cognoscitur, sepem[k] utrumque[l] concludat; quod si propter paupertatis angustias[m] campum sepibus non possit ambire, fossatum protendere non moretur.

XXVI. ANTIQUA[a].

Si de campis vacantibus iter agentium animalia expellantur.

Si aliquis[3] de apertorum et vacantium camporum pascuis, licet eos quisque fossis precinxerit, caballos aut boves vel cetera animalia generis cuiuscumque iter agentium ad domum suam inclusurus adduxerit, per duo[b] capita tremisse[c] cogatur exolvere; si vero, ut non pascantur, expulerit, per quattuor capita tremisse[c] accipiat qui excepit iniuriam. Quod et[a] si hec et que[d] superius dicta sunt servus domino nesciente conmiserit, a comite civitatis vel iudice C flagellorum hictibus verberetur, et dominus servi nullam calumniam aut detrimentum sustineat.

XXV. a) *deest R* 2. b) reserv- *pro* serv- *R* 2. c) *ita R* 1; in utrumque *R* 2. *E* 1; utrumque *E* 2. d) arepennis *R* 2. e) spatium *R* 2. f) *ita R* 1; *deest R* 2. *E*. g) *ita R* 1; maior *pro* maioris loci *R* 2. *E*. h) octonos *R* 2. i) messem *R* 2. k) *ita R* 1. *E* 1; sepe *R* 2. *E* 2. l) utruque *R* 1. m) *ita R* 1. *E* 1; angustiam *R* 2.
XXVI. a) *deest R* 2. b) dua *R* 1. c) tremissem *R* 2. d) quod *R* 1.

1) *Id est via publica vel regia. Cf. L. Baiuv.* 10, 19: via publica, ubi [rex vel] dux egreditur. 2) *In utroque viae publicae latere medietatem aripennis, id est spatium* 60 *pedum, liberam remanere lex praecipit. Hoc loco vox 'aripennis' significat non ut plerumque (cf. infra X,* 1, 14*) modum agri quadrati in quoque latere* 120 *pedes habentis, sed mensuram, quae per longitudinem agitur, habentem, ut videtur,* 120 *pedes. Eodem modo Gregorius Turonensis hac voce usus ait Hist. Franc. I,* 6, *p.* 37: Unus stadius habet agripennes quinque. *Quod efficit, cum stadium* 625 *pedes Romanos, Graecos tamen* 600 *tantum habeat, Romanos pedes* 125, *Graecos* 120. 3) *Ex hac lege et sequenti auctor edicti Rothari regis caput* 358. *formasse videtur.*

XXVII. ANTIQUA[a].

Ne iter agentibus pascua non conclusa vetentur.

Iter[1] agentibus in pascuis, que conclusa non sunt, deponere sarcina et iumenta vel boves pascere non vetentur; ita ut non uno loco plus quam biduo, nisi hoc ab eo, cuius pascua sunt, obtinuerint, conmorentur, nec arbores maiores vel glandiferas, nisi prestiterit silve dominus, a radice succedant[b], ramos autem ad pascendos bobes[c] non proibeantur conpetenter incidere[d].

XXVIII.[a]

Ut, qui in transitu fluminis culturam facit, laborem sepem[b] circundet[c].

Qui[2] in eo loco, ubi transitus fluminis est, culturam fecerit vel preruptum ripe, aut ubi pecora transeunt, potuerit excludere et fecerit fortasse culturas, sepem etiam facere non moretur. Quod si non fecerit et aliquid damni fuerit per hanc neclegentie[d] sue inhutilitatem[e] perpessus, nihil conpositionis ab alio[f] accipiat, quia neclegentiam illius ad alterius[g] damnum redundare non convenit.

XXVIIII. ANTIQUA[a].

De discretione concludendorum fluminum[b].

Flumina[3] maiora, id est, per que isoces aut alii pisces maritimi subricuntur[c] vel forsitam recia[d] aut quecumque conmercia veniunt navium, nullus ad integrum contra multorum conmunem[e] commodum sue tantumodo hutilitati consulturus excludat; sed usque ad medium alveum, ubi maximus fluminis ipsius concursus[f] est, sepem ducere non vetetur, ut alia medietas diversorum usibus libera relinquatur. Si quis contra hoc fecerit, exclusa ipsius a comite civitatis vel a iudice sine aliqua excusatione rumpatur, et si honestioris loci persona est,

XXVII. a) *deest* *R* 2. b) *ita pro* succidant *R* 1. 2. c) boves *R* 2. d) *ita E;* incidant *R* 1; incideri *R* 2.
XXVIII. a) ANTIQUA *add.* *E* 1. 2. b) sepibus *R* 2. c) circumdet *R* 2. d) neclegentia *R* 1. e) inutilitate *R* 2. f) *ita* *R* 2; hec *R* 1. g) *ita* *R* 2. *E;* alterius *al. m. post add.* *R* 1.
XXVIIII. a) *deest* *R* 2. b) *deest* *R* 1. c) *R* 1. *E* 1; subriguntur *R* 2. d) retiam *R* 2. e) conmune *R* 2. f) conclusus *R* 1.

1) *Cf. c.* 25. 26*; p.* 252*, n.* 3. 2) *Cf. Dahn, 'Westg. Stud.' p.* 96.
3) *V. ibid. et 'Z. f. Handelsrecht' XVI, p.* 393.

X solidos det illis, quibus inpedire conatus est; si vero inferior[g] persona fuerit, V solidos det et L flagella suscipiat. Quod si ab utraque parte huius fluminis duo manserint, non liceat ad integrum flumen excludere, ut dicat unusquisque eorum[h], quod medietatem sue[h] partis excluserit; sed alter superius, alter inferius clusuram[i] facere ex medietatem fluminis non proibeatur. Si vero locus[k] non fuerit nisi tantumodo in uno transitu, sic excludatur, ut et[l] naves et recia per medium discurrere possint. Quod si comes civitatis aut aliquis cuiuscumque[m] clusura[n] contra hanc ordinationem nostram evertere presumat, X solidos domino clusure dare[o] debeat[o]. Certe si minor persona hoc fecerit, V solidos clusure domino cogatur exolvere et L flagella a iudice eius loci accipiat. Si servus hoc fecerit, C verberibus subiacebit.

XXX. ANTIQUA[a].

De confringentibus mulina[b] et conclusiones aquarum.

Si quis molina[c] violenter effregerit, quod fregit infra XX[d] dies reparare cogatur et insuper XX[d] solidos conpellatur exolvere. Quod si intra istatutum[e] tempus non reparaverit, alios XX solidos inplere cogatur et C flagella[f] insuper[f] suscipiat. Eadem et de istagnis[g], que sunt circa mulina, et conclusiones aquarum precipimus custodiri. Quod si servus talia presumserit, et dirupta reparet et C verbera portet.

XXXI. FLAVIUS GLORIOSUS[a] RECCESSVINDUS REX.

De furantibus aquas ex decursibus alienis.

Multarum terrarum situs, que[b] indiget pluviis, foveri aquis studetur inriguis, cuius terra[c] ita experimentum tenetur, ut, si defecerit aquarum solitus usus[d], disperetur confisus ex fruge proventus. Proinde, ubi maiores aque sunt, si quis furtive aut malitiose aquam decursibus subtraxerit alienis, per quattuor orarum spatium det solidum unum. Ubi autem minorum[e] sunt

g) inferioris loci *R* 2. h) eorum quod medietatis sue eorum quod medietatem sue *R* 1. i) *ita R* 1. *E* 1; clausuram *R* 2. *E* 2. k) locis *R* 1. l) *deest R* 2. m) *deest R* 1. n) clausuram *R* 2. o) reddat *R* 2.

XXX. a) *deest R* 2. b) molina *R* 2. c) mulina *R* 2. d) XXX *R* 2. e) statutum *R* 2. f) i. fl. *R* 2. *E*. g) stagnis *R* 2.

XXXI. a) *deest R* 2. b) *ita R* 2; qua *R* 1. c) *ita R* 1. *E* 1; terrae *R* 2. d) huius *R* 1. e) maiorum *R* 2.

dirivationes aquarum, per quattuor oras exolvat tremissem unum. Aqua vero quantis oris alivi[f] dilapsa convincitur, tantis ad inrigandum conpetenti tempore domino reformetur. Servus si sua isponte[g] sta[h] presumens[i], pro maioribus aquis C flagella suscipiat, pro minoribus vero L verberum cesioni[k] subcumbat[k].

V. TITULUS: DE PASCENDIS PORCIS ET ANIMALIBUS DENUNTIANDIS ERRANTIBUS.

I. ANTIQUA[a].

De porcis in glande presumtive hac[b] placite missis.

Qui[1] porcos in silva sua tempore glandis invenerit, primum custodi aliquid velut pigneris tollat indicium[2] et[c] domino pastoris vel parentibus mandet; ut, si convenerit, usque ad tempus decimarum porcos in silva sua[a] permittat et pignus, quod pastori tollerat[d], reformare

f) alibi *R* 2. g) sponte *R* 2. h) *ita R* 2; ista *R* 1. i) *ita R* 1. 2. k) censionis succumbat *R* 2.
TIT. V. a) an *R* 2. *E* 1; ante *E* 2. b) *reliqua rubricae pars deest R* 2. c) *ita R* 2; de *R* 1. d) sil *R* 1. e) iumentis *R* 1. f) *deest etiam R* 1.
I. a) *deest R* 2. b) an *R* 2. c) ut *R* 1. d) tulerat *R* 2.

1) *Cf. Ed. Roth.* 349; *L. Burg.* 23, 4. 5; *ibid. const. extrav.* 18; *Dahn, 'Westg. Stud.' p.* 85 *sq.* 2) *Cf. Dahn l. c.; Wilda, 'Pfändungsrecht' in 'Z. f. D. R.' I, p.* 246; *Brunner, 'D. RG.' II, p.* 535.

procuret. Quod si noluerit porcos illius in silva sua intromittere decimandos, et ille eos alia vice in silva sua invenerit, etiam si porci[e] pauci fuerint, unum exinde qui silvam suam devendit[f] occidat. Si autem plures[1] porci fuerint, duos tollat et presumat occidere et nullam calumniam pertimescat; et nihilhominus tertia vice eum, cuius porcos invenit, admoneat, ut porcos suos in silvam eius, si voluerit, introducat, et decimum iuxta consuetudinem solvat. Quod si nec tunc voluerit de dandis[g] decimis definire, et ille eos tertia vice in silva sua qui interdixit invenerit, decimum ex omnibus pro suo iure presumat. Si vero aliquis sub pactione decimarum porcos in silva intromittit aliena, et usque ad brumas porci in silva alterius paverint, decimas[h] sine ulla contradictione[i] persolvat. Nam[2] si post brume tempus porcos suos in silva, quam conduxerat, noluerit retinere, vicensimum caput, sicut est consuetudo, domino silve cogatur exolvere.

II. ANTIQUA[a].

De porcis inter consortes ad glandem in communi[b] fructu susceptis.

Si inter consortes de glandibus fuerit orta contentio pro eo, quod unus ab[c] alio[c] plures porcos habeat, tunc qui minus habuerit liceat ei secundum quod terram dividit porcos ad glandem in porcione sua suscipere, dummodo equalis[3] numerus ab utraque parte ponatur, et postmodum decimas dividant, sicut et terras diviserunt.

III. ANTIQUA[a].

Si porci ad pasto[b] in glande suscepti ante datas decimas furto leventur.

Si quis ad glandem sub placito decimarum porcos in silva intromittat aliena et eos occulte, priusquam

e) porti *R* 1. f) *ita R* 1. 2. g) damnis *R* 1. h) decimum *R* 2. i) contractione *R* 1; contradictionem *R* 2.
II. a) *deest R* 2. b) comuni *R* 1. c) ab alio *des. R* 1.
III. a) *deest R* 2. b) pastum *R* 2.

1) *Supplendum est forte: 'quam viginti'; cf. Ed. Roth.* 349. *Viginti quinque porci pro grege habentur in L. Sal.* 2, 14. *Cf. etiam cum nostra lege L. Burg.* 23, 4; 89, 2. 2) *De hoc loco minus claro cf. Dahn, 'Westg. Stud.' p.* 106. 3) *Sc. pro portione terrae. Minus recte de hoc loco, ut mihi videtur claro, Dahn, 'Könige' VI*², *p.* 59, *et 'Westg. Stud.' p.* 106, *n.* 4.

decimentur, amoverit, pro fure teneatur et decimam adiecta furti conpositione restituat. Si vero hoc servus domino nesciente conmiserit, servus C hictus accipiat flagellorum, et dominus nullum damnum aut detrimentum sustineat, sed reddat decimas, quas debet. Si autem hoc domino iubente conmissum est, ipse, qui iussit, furti conpositionem[c] cogatur exolvere.

IIII. ANTIQUA[a].

De porcis errantibus in silva perventis[b].

Qui porcos errantes in silva sua invenerit, aut contestare[c] vicinis debet aut claudere. Et si dominus porcorum non adfuerit, unum porcum prima vice presumat et iudici, qui fuerit in proximo constitutus[d], nuntiet aput se porcos, qui vacabantur, inclusos. Deinde, si dominus porcorum vel pecorum non inveniatur, custodiat tamquam suos et pro glandibus decimam consequatur; et cum dominus adfuerit, mercedem custodie, facta presentibus iudicibus ratione, de temporis spatio percipiat.

V. ANTIQUA[a].

Si quorumcumque animalium grex in pascuis intraverit alienis[b].

Si in pascua grex alienus intraverit, seu ovium[c] sive vaccarum, hoc, quod de porcis constitutum est, precipimus custodiri. Consortes vero vel ospites[d] nulli calumnie subiaceant, quia illis usum erbarum[e], que concluse non fuerant, constat esse communem. Qui vero sortem suam totam forte concluserit et aliena pascua absente domino invadit, sine pascuario non presumat, nisi forsitan dominus pascue voluerit.

VI. FLAVIUS GLORIOSUS RECCESSVINDUS REX.

Ut[a] pro inventis animalibus erroneis publice denuntietur.

Caballus[b] vel animalia errantia liceat occupare, ita ut qui invenerit denuntiet aut sacerdoti[c] aut[a] comiti[a]

c) conpositione *R* 1.
IIII. a) *deest* *R* 2. b) *ita* *R* 2; perventi *R* 1. c) contestari *R* 2. d) constitus *R* 1.
V. a) *deest* *R* 2. b) alienus *R* 2. c) bovum *R* 2; seu bovum sive vaccarum seu ovium *V* 5. d) hospites *R* 2. e) herbarum *R* 2.
VI. a) *deest* *R* 1. b) kaball- *pro* caball- *saepius* *R* 2. c) *ita* *R* 1. *V* 5; episcopo *R* 2. *E*.

aut iudici aut senioribus loci aut etiam in conventu publico vicinorum. Quod si non denuntiaverit, furis damnum habebit. Similis et de aliis rebus ordo manebit.

VII. ANTIQUA[a].

Ut errantia animalia hoccupata[b] qui invenit diligenter habeat et conservet.

Qui errantia animalia et sine custodia[c] invenerit, ita diligenter occupet, ut non evertat; sed sicut suum[a] proprium diligat adque custodiat. Quod si dominus, qui perdidit, caballum suum vel animal non[d] ęversum invenerit, per singula capita maiora quaternas seliquas ille, qui invenit, accipiat. Ceterum si everterit, duplum animal domino cogatur exolvere. *a.*

VIII.

Ne animalia errantia occupata aut tondeantur aut caractere notentur vel in alieno iure ducantur.

Caballum captum errantem nullus tondere vel vindere[a] presumat. Caballis etiam aut bubus vel aliis quibuslibet pecoribus errantibus[b] nulli liceat caracteres[1] infigere. Quod si quis inventum animal vendere aut donare presumserit, secundum leges sicut fur teneatur. Qui vero totonderit, tres solidos conpulsus[c] exolvat; ita erit et qui caracterem infixerit.

VI. TITULUS: DE APIBUS ET EARUM DAMNIS.

I. De inventis apibus defendendis.
II. Si damnum faciant[a] apes.
III. De furatis apibus.

I. ANTIQUA[a].

Si[2] quis apes in silva sua aut in[b] rupibus vel in saxo aut in arboribus invenerit, faciat tres decurias,

VII. a) *deest R* 2. b) occupata *R* 2. c) custode *R* 2. *E.* d) conversum *pro* non ę. *R* 2.
VIII. a) vendere *R* 2. b) *deest R* 1. c) conpellatur exsolvere *R* 2.
TIT. VI. a) faciat *R* 1.
I. a) *deest R* 2. b) *deest R* 1.

1) *Quos nos dicimus 'Hausmarken'; cf. infra VIII,* 6, 1*; Homeyer, 'Die Haus- und Hofmarken' p.* 10 *sq.; Dahn, 'Westg. Stud.' p.* 88*; Brunner, 'D. RG.' II, p.* 500. 2) *Cf. Dahn l. c.; Grimm, 'RA.' p.* 596 *sq.; l.* 5, § 2. *Dig. XLI,* 1.

que vocantur caracteres[1]; unde potius non per unum caracterem fraus nascatur. Et[c] si quis contra[c] hoc fecerit adque alienum signatum inruperit[2], duplum restituat illi, cuius[d] fraus inlata est, et preterea XX flagella suscipiat.

II. ANTIQUA[a].

Si damnum faciant apes.

Si quis appiaria in civitate aut in villa forsitam construxerit, et alii damnum intulerint[b], statim moneatur, ut ea[c] in abditis locis transferre debeat, ne forsitam in eodem[d] loco hominibus aut animalibus damnum inferant. Et qui hec precepta aut testatione[e] neclexerit et damnum subfocationis[f] in quatrupes[g] intulerit, quod mortuum fuerit, duplum restituat, quod vero debilitatum, ille obtineat et similem domino reddat et pro iudicis contestatione, quam audire neclexit, V solidos coactus exolvat.

III. FLAVIUS GLORIOSUS RECCESSVINDUS REX.

De furatis apibus.

Si quis ingenuus in appiaria furti causa fuerit conprehensus, si nihil exinde abstulerit, propter hoc, quod ibidem conprehensus est, tres solidos solvat et L flagella suscipiat. Ceterum[3] si abstulerit, novecuplum cogatur exolvere et predictum numerum flagellorum excipiat. Servus[a] vero, si ingressus[a] nihil abstulerit, C verberibus addicatur[b]. Quod si abstulerit, sexcuplo[c] reddere conpellatur; pro quo si dominus satisfacere noluerit, eum serviturum illi, qui damnum pertulit, tradat.

c) Et his qui contra *R* 2. d) *ita R* 1. 2 *pro* cui.
II. a) *deest R* 2. b) intulerit *R* 2. c) eas *R* 1. d) eadem *R* 1. e) testationem *R* 2. f) suffocationis *R* 2. g) rupes *R* 2.
III. a) Si servus vero ingrediens *R* 2. b) abdicatur *R* 1. c) sexcupla *R* 2, *ubi* reddere *deest*.

1) *Cf. supra VIII*, 5, 8*; etiam hoc loco caracterem id, quod nos 'Hausmarke' vocamus, signifiare crediderim.* 2) *Cf. Ed. Roth.* 319. 3) *Cf. Ed. Roth.* 318.

DE FUGITIVIS ET REFUGIENTIBUS.

LIBER NONUS.

I. TITULUS: DE FUGITIVIS ET OCCULTATORIBUS FUGAMQUE[a] PREVENTIBUS.

LIB. VIIII. TIT. I. a) FUGAQUE PR. *R* 1; FUGAM QUERENTIBUS *R* 2. b) celare *R* 1. c) *ita R* 1; *deest R* 2. d) *deest R* 1. e) *reliqua rubricae pars deest R* 1. f) *deest etiam R* 2. g) figuram *R* 2. h) discuttiatur *R* 1. i) *reliqua rubricae pars deest R* 2. k) *deest etiam R* 1. l) fugitivus *R* 2.

I. ANTIQUA[a].

Si ingenuus vel servus fugitivum celasse repperiantur.

Si[1] quis[b] ingenuus fugitivum[c] celatum habuerit, alium paris meriti cum eodem servum domino dare cogatur. Si vero servus sine conscientiam[d] domini sui fugitivum celaverit, servi ambo publice centena flagella suscipiant; dominus vero eius[e] nihil damni sustineat.

II. ANTIQUA[a].

Si fugitivus vinctus quocumque ligamine absolvatur.

Si quis servum alienum in fuga lapsum, ferro vinctum aut in quocumque ligamine constitutum absolverit, pro presumtione sua qui hoc fecerit det domino servi solidos X. Si vero non habuerit, unde conponat, a iudice C flagella suscipiat et servum requirere hac domino restituere non moretur. Quod si eum non potuerit invenire, aut servum equalis meriti domino reddere non[b] moretur[b], aut si non habuerit, ipse subiaceat servituti, illi, cuius servum laxaverit, addicendus. Quod si hoc servus fecerit sine domini volumtate, coram iudice C flagella suscipiat. Et si vinctus inveniri non potuerit, servus[c], qui solvit, tradatur in servitio domini vinculati. Quandocumque autem[d] qui vinctus fuerit[e] inventus extiterit, domino reformetur, et datus pro eo servus ad

m) videtur *R* 2. n) que *R* 1. o) fugitibum *R* 2. p) *reliqua rubricae pars deest R* 2.
I. a) *deest R* 2. b) *deest R* 1. c) fugitibum *R* 2. d) conscientia *R* 2. e) servi *R* 2; eius servi *E* 1.
II. a) *deest R* 2. b) compellatur *R* 2. c) quidem *add. R* 2. d) *deest R* 1. e) fuit *R* 2.

1) *Cf. cum hac lege et sequentibus L. Rom. Vis. C. Th. V*, 9, 1. 2; *Ed. Theoder.* 80. 84 *sqq.*; *L. Burg.* 6. 39; *L. Rom. Burg.* 6; *Dahn, 'Westg. Stud.' p.* 214 *sq.*

proprium dominum revertatur. Sin[f] autem conscio domino id fecerit, ipse dominus conponat, sicut est de ingenuis superius constitutum.

III. ANTIQUA[a].

Infra quod tempus mancipium latens inventum iudici debeat presentari.

Si cuiuslibet servus ad aliquem latens advenerit, statim eum presentare iudici[b] non differat[1]. Quod si eum non presentaverit, et usque ad octabam noctem aput eum moratus fuerit aut si ad longinquiora[c] loca[c] transierit, duos eiusdem meriti servos domino cogatur exolvere. Nam si aput eum mancipium, quod susceperat, subcelatum invenitur, alterum cum eo dare domino non moretur; quia intra diem legibus constitutum noluit contestari.

IIII. ANTIQUA[a].

Si nesciens quis fugitivum susceperit humanitatem[b] concessa.

Si quis nesciens fugitivum susceperit et ei humanitatem dederit, et non amplius ibidem fuerit quam una dię vel nocte inmoratus, domino requirenti fugitivum suum prebeat sacramentum, se nescisse, quod fugeret[c]; aut si certe potuerit adprobare, quod fugitivum non celaverit, ab omni calumnia liber abscedat. Si vero ibi[d] biduo aut triduo aut quatriduo pro reparandis sumtibus vel cuiuscumque occasionis causam[e] pretendens[e] moras afferre[f] voluerit, conventus a domino, ubi postea manserit vel a quo humanitatem fugitivus acceperit, cogatur ostendere; et infra sex menses aut inveniat fugitivum, aut eos, aput quos postea fuerit, ostendat. Quod si non potuerit invenire, conscientiam suam ex hoc sacramento purgare debebit. Et aput quem novissime venit, aut representet qui fugit aut paris meriti servum domino reddat. Et si servus postea fuerit inventus, illum, quem pro eodem dederat, recipiat et ab omni calumnia securus abscedat.

f) Si *R* 2.
III. a) *deest* *R* 2. b) in iudicio *R* 2. c) longinquiorum locorum *R* 1.
IIII. a) *deest* *R* 2. b) humanitate *R* 2. c) fugiret *R* 2. d) *deest* *R* 1. e) causa preteriens *R* 2. *E*. f) auferre *R* 2.

1) *Cf. L. Burg.* 39, 1. 2; *L. Rom. Burg.* 6, 1. 2; *Ed. Theoder.* 80; *infra c.* 6. 8. *et Coll. iuris Rom. Visig. Gaud. c.* 19, *infra p.* 320.

V. ANTIQUA[a].

Si alienum mancipium quis persuadeat, ut fugiat, vel humanitatem inpendat.

Si[1] quis alienum mancipium persuaserit, ut fugiret, aut ei, cum sciret fugitivum, humanitatem dederit aut forte detonderit fugientem, si fugitivus[b] potuerit inveniri[b], duos cum eodem paris meriti servos domino reformare cogatur. Sin autem inventus non fuerit fugitivus, tres servos eiusdem[c] meriti domino conpellatur exsolvere. Eadem quoque et de ancillis precipimus custodire.

VI. ANTIQUA[a].

Si ignotus[b] homo susceptus multis diebus aput alium conmoretur.

Si[2] aput quemcumque[c] quinque vel septem dies homo ignotus[d] aut latens moretur, qui eum ospicio suscepit vel humanitatem dedit ante die[e] testetur hoctabum[e] iudici vel vicario proxime civitatis aut territorii, *a.* ut[a] illius, qui in loco maior est, interrogatione discussus, *a.* qui sit aut propter quid venit[f], possit[g] agnosci. In limitibus preterea provinciarum maior sollicitudo prestetur, ita ut ipsa aut altera dię eius publicetur adventus. Quod si intra hos octo dies non contestatus fuerit qui suscepit, et mancipium in domo sua moram fecerit, alium talem cum eo domino restituat, quia noluit contestari. Si vero in fuga celatus evaserit, hospis[h] requirat fugitivum; quem si non potuerit invenire, duos equalis meriti mancipia[i] domino cogatur exsolvere.

VII. ANTIQUA[a].

Si servus fugitivum sciens[b] viam ostenderit fugienti[c].

Si servus alterius fugitivum sciens[b] viam ostenderit[3], si fuerit fugitivus[a] inventus, sive etiam non potuerit inveniri, servus, qui iter monstravit, tantummodo C flagellorum hictibus verberetur; et domino eius nulla calumnia moveatur.

a.

V. a) *deest R* 2. b) fugitivum p. invenire *R* 2. c) dem *deest R* 1.
VI. a) *deest R* 2. b) ignoratus *R* 1. c) quecumque *R* 1. d) incognitus *R* 1. e) diem t. hoctabo *R* 2. f) venerit *R* 2. g) poscit *R* 1. h) hospes *R* 2. i) *deest R* 1.
VII. a) *deest R* 2. b) inscien*s R* 1. c) fugiendi *R* 2. *E.*

1) *Cf. L. Burg.* 6, 4. 9. 2) *Cf. L. Burg.* 39, 1. 2; *supra c.* 3, *et infra* 8. 3) *Cf. L. Burg.* 6, 9.

VIII. ANTIQUA [a].

Ut, ad cuius domum fugitivus venerit, vicinis et loci prioribus contestetur.

Ad [1] cuius domum fuerit [b] fugitivus, prioribus loci illius, vilicis adque prepositis quibuscumque testetur. Et si eum in domo sua retinere voluerit, habeat potestatem. Quem, cum dominus eius supervenerit, recipiat, et nullam calumniam qui suscepit incurrat. Quod si se fugitivus ad alia loca forte contulerit, sacramentum presentibus illis, quibus testatus est, prebere debebit [c], se ut fugiret non suasisse [d] vel precepisse [e] et ubi lateat non scire, et post hec nullam calumniam patiatur.

VIIII. ANTIQUA [a].

Ut bis venditus servus, per fugam rediens, in libertate permaneat.

Si [2] quis proprium servum extra provincias nostras ad alias regiones venditione transtulerit, hac postmodum reversus servus fuerit, et dominus eum iteratim venundaverit, cogatur a iudice, ut eum ab emtore recipiat, et receptum deinceps servum nullo modo inquietet; sed liber permaneat. Ipse vero, qui eum ex peregrinis locis ad patriam remeantem notanda iterum cupiditate distraxerat, alium servum paris meriti priori reddat emtori, nihilhominus et ille [b], qui postea conparavit, pretium redditurus [c]. Et tamen servum ex peregrinatione reversum nec vendere prior dominus nec servitio suo adplicare presumat; sed [d] perenniter hisdem servus in libertate persistat.

X. ANTIQUA [a].

Ut discutiatur [b] mancipium fugitivum, ne propter lucrum fuerit ad domum [c] suscipientis inmissum.

Mancipium [3] fugitivum discutiatur, ut nomen domini sui exprimat, et diligentius presente iudice requiratur, ne forte [d] propter lucrum capiendum ad domum fuerit

VIII. *(Deest hoc caput in E).* a) *deest R* 2. b) *ita R* 1. 2. c) sacramentum *etiam hic add. R* 1. d) suasisset *R* 1; suadisse *R* 2. e) precepisset *R* 1.
VIIII. a) *deest R* 2. b) *ita R* 1. 2; *lege:* illi. c) redditurum *R* 1. d) et *R* 1.
X. a) *deest R* 2. b) discuttiatur *R* 1. c) damum *R* 1. d) furte *R* 1.

1) *Cf. supra c.* 3. 6. 2) *Cf. Guérard, 'Polyptique de l'abbé Irminon' I, p.* 293; *Dahn, 'Könige' VI*², *p.* 196 *sq., 'Westg. Stud.' p.* 63. 3) *Cf. Ed. Theoder.* 84; *l.* 4. *Cod. Iust. VI,* 1.

suscipientis inmissum. Et si ita esse constiterit, dominus tante[d] fraudis inventus illi, quem in crimine occultati servi inplicare conatus est, damnum, quod occultatoribus inpositum est, ipse[e] persolvat. Equum est enim, ut tam nocentium insidiarum reatus in suum recurrat autorem.

XI. ANTIQUA[a].

Si ingenuum se esse mentiens servus sub mercedis condicione aput alium conmoretur.

Si servus ingenuum se esse dicat et aput quemlibet fuerit inmoratus sub certa conditione mercedis, si inveniatur a domino, non potest tamquam reus teneri, qui nesciens fugitivum mercenarii loco[b] suscepit. Dominus vero fugitivi mercedem, que placita fuerat, consequatur. Quod si servus a domino de fuga reductus iterum fugerit[c], et eum iterato fugientem susceperit qui mercennarium eum ante susceperat, continuo aut iudici tradat aut domino remittere non moretur. Ceterum si hoc non fecerit, damnum occultatoris excipiat.

a.

XII. ANTIQUA[a].

Si fugitivus in domum cuiuscumque fuerit inventus.

Si fugitivus[b] in domo potentis vel cuiuslibet fuerit inventus, qui liberum se esse dicat aut fortasse non dicat, repetenti sine dilatione reddatur. Ille vero, qui recepit, se iudicio cabeat[c] adfuturum, nullis ante iudicio[d] tormentis eum traditurum[e], donec aut ste[f] suam vindicet libertatem, aut certe ille adprobet servum, qui repetit[g]. Quod si petitor sta[h] cabere noluerit, fugitivus ille sub illius, aput quem inventus est, fideiussione[i] tamdiu consistat, quamdiu agnosci possit, quid de eodem rationabiliter iudex absque retardatione definiat.

XIII. ANTIQUA[a].

De mercede eius, qui prendiderit fugitivum.

Si[1] quis fugitivum conprehenderit, per XXX milia vel infra tremissem accipiat, per C vero milia unum

d) tanto *R* 1. e) *deest* *R* 1.
XI. a) *deest* *R* 2. b) locum *R* 1. c) fugierit *R* 1.
XII. a) *deest* *R* 2. b) inventus *etiam hic add.* *R* 1. c) caveat *R* 2. d) iudicum *R* 2. e) traditurus *R* 1. f) iste *R* 2. g) repetet *R* 1. h) ista *R* 2. i) fideiussore *R* 1.
XIII. a) *deest* *R* 2.

1) *Cf. L. Burg.* 6, 1.

solidum pro beneficio consequatur, sicque, dum creverit numerus milium, crescat et numerus solidorum; ita ut qui invenerit fugitivum[b] cum rebus omnibus, quas cum eo invenerit, presentare suo[b] domino non moretur. Quod[1] si fugitivus ab eo, quo fuerat captus, fugerit[c], dominus servi ab eodem sacramentum[d] accipiat[c], quod non ipsius fraude vel studio fugitivus evaserit, et nullam postea[e] calumniam[e] pertimescat. Et si post datum sacramentum aliquid a fugitivo convincitur accepisse mercedis, aut eius fraude[f] doceatur admissum[g], ut fugitivus ad longinquiora pertenderet: si fugitivus fuerit inventus, paris meriti alium servum domino reformare cogatur; sin autem inventus non fuerit, duos eiusdem meriti servos domino eius conpellatur exolvere.

XIIII. ANTIQUA[a].

Si servus fugiens se esse mentiatur ingenuum.

Si servus in fuga positus ad ignotus[b] advenerit et sibi mulierem ingenuam in coniugio copulaverit, eo quod dicat se ingenuum esse, et hoc mulier vel eius parentes aut propinqui ita factum convicerint, aut certe iudex talem probationem a parte[c] mulieris inspexerit, dum dominus servi anc[d] veritatem agnoverit[d], nihil ipse[e] mulieri damni aut calumnie[f] moveatur, sed sit libera, et fili[g], qui ex eis procreati[h] sunt[h], condicionem matris sequantur. A servo vero, si voluerit, non separetur[i], si tamen hoc et[k] dominus servi voluerit.

XV. ANTIQUA[a]. FLAVIUS CHINDASVINDUS[b] REX[c].

De his, que servus fugiens adquisisse videtur.

Si servus in fuga positus aliquid, dum in ea fuga est, de artificio suo vel quodcumque iusto labore adquisierit, dominus eius, dum eum pervenerit, sibi vindicet omnia. Ceterum[2] si cum rebus furatis eum dominus suus reppererit, nihil exinde sibi defendere poterit; sed ei, qui perdidit, reddere non tardavit[d]. Si vero damnum

b) *deest* *R* 1. c) fugerit — accipiat *ita E; des.* *R* 1; fugierit *R* 2. d) sacramento *R* 2. e) c. p. *R* 1. f) fraudem *R* 1. g) missum *R* 1.
XIIII. a) *deest* *R* 2. b) ignotos *R* 2. c) partē *R* 1. d) advenerit *pro* anc. v. agn. *R* 2. e) ipsi *R* 2. f) calumnia *R* 1. g) filii *R* 2. h) s. p. *R* 2. i) separentur *R* 1. k) *deest* *R* 1.
XV. a) *deest* *R* 2. b) Ch. rex *haud aperte legitur* *R* 1. c) emenda[vit] *additum ut videtur, sed haud plane legendum praebet* *R* 1. d) tardabit *R* 2.

1) *Cf. L. Burg.* 6, 3. 2) *Cf. ibid.* 20, 1.

aut quodcumque criminis hisdem[c] fugitivus admisisse convincitur, ille conponat, qui ei latebras prebuisse cognoscitur.

XVI. FLAVIUS CHINDASVINDUS REX.

De[a] his[a], qui perventos servos dominis reformare contemnunt.

Dum plerique controversiis vacare nituntur, legum quasdam sententias inique pervertunt et pro eo, quod antiqua legem[b] decretum est, ut dum fugitivi dominus supervenerit, eum recipiat[1], differunt eius homini[c] reddere fugitivum, ut sub hac fortasse occasione[d], dum dilatio pretenditur, sibi eum ex prolixitate[e] temporis vindicent[f] serviturum; presertim quia sit omnino superfluum, et pro[g] vilis[g] interdum servi persona dominum ducentis aut trecentis milibus vel amplius fatigare[h], et[i] talis obiectio callide magis quam veraciter videatur obponi. Proinde constituentes decernimus, ut, quicumque seu per se sive per hominem suum requirenti fugitivum suum et agnoscenti reddere distulerit vel conprehensum excusserit, quattuor eiusdem meriti servos et eundem fugitivum domino reddere conpellatur, aut si hisdem fugitivus perierit, quinque procul dubio similes[k] servos exsolvere[l] non moretur, unum ex his ille, qui conposuit, postmodum recepturus, si[m] vel ab ipso vel a domino suo fugitivus inventus in servitio[n] proprii domini fuerit restitutus; ita ut, si talia nesciente domino servus admiserit, si voluerit dominus, duos eiusdem meriti servos pro eo servi domino det; si autem noluerit, servus tradatur fugitivi domino perenniter serviturus. Talis etiam et de ancillis ordo servetur.

XVII. ANTIQUA[a].

Si ingenuus vel servus latrones celandos susceperint[b].

Si quis ingenuus vel servus sciens latrones celandos susceperit[b], presentet quos celavit et CC hictus[c]

e) unde *R* 2.
XVI. a) *deest* *R* 1. b) legē *R* 1; lege *R* 2. c) homni *R* 1. d) condicione *R* 1. e) prelixitatem *R* 1. f) vindicet *R* 1. g) proba | *R* 1 *(scriba voluit scribere* probavilis, *ut videtur)*. h) fatigari *R* 2. i) het *R* 1. k) *deest* *R* 1. l) ei solvere *R* 1. m) sive *pro* si vel *R* 1. n) servitium *R* 1.
XVII. a) *deest* *R* 2. b) susceperint *R* 1. c) hictos *R* 2.

1) *V. supra c.* 8.

accipiat flagellorum. Quod si non presentaverit absconsos, penam, quam illi merebantur, incurrat[1].

XVIII. ANTIQUA[a].

Ut iudex cum omnibus rebus, cum quibus fugitivum invenerit, domino advenienti[b] presentet.

Id, quod iudex aput reum vel fugitivum invenerit, absente eo, qui reum vel[c] fugitivum persequitur, comiti civitatis ostendat et sic aput se retineat, ei, qui perdidit, cum adfuerit, redditurus.

a.

II. TITULUS: DE HIS, QUI AD BELLUM NON VADUNT AUT DE BELLO REFUGIUNT.

I. Si hii, qui exercitui prepositi sunt, commodis corrupti[a] aliquem de expeditionem domum redire permiserint vel a domibus exire non cogerint.

II. Si conpulsores exercitus aliquid, dum exercitum ad ostem[a] conpellunt, de domibus eorum auferre presumserint.

III. Si prepositi exercitus relicto bello ad domum refugiant[b].

IIII. Si prepositi exercitus aut relicta expeditione domum redeant[a] aut alios exire minime conpellant.

V. Si conpulsores exercitus beneficio accepto aliquem[a] sine egritudine domi istare permiserint.

VI. De his, qui annonas distribuendas accipiunt, vel[c] fraudare [presumunt[c]].

VII. Quam mercedem accipiat qui mancipia vel quaslibet[a] res de manu ostis excusserit.

I. ANTIQUA[a].

Si hii[b], qui exercitui prepositi sunt, commodis corrupti aliquem de expeditione domum redire permiserint vel a domibus suis exire non coęgerint.

Si[2] thiufadus ab aliquo de thiufa[c] sua fuerit beneficio corruptus, ut eum ad domum suam redire per-

XVIII. a) *deest R* 2. b) adveniente *R* 2. c) aut *R* 2.
TIT. II. a) *reliqua rubricae pars deest R* 2. b) reducent *R* 2. c) vel fr. presumunt *des. R* 1; presumunt *deest etiam R* 2.
I. a) *deest R* 2. b) *ita R* 2; hi *R* 1. c) *ita R* 1, 2. *E* 2; thiufada *E* 1.

1) *Cf. L. Rib.* 78; *Cap. per missos cognita facienda c.* 2, *Cap. I, p.* 156; *Brunner, 'D. RG.' II, p.* 579. 2) *Ad hoc caput et sequentia cf. Dahn, 'Könige' VI*[2], *p.* 208 *sqq.*

mitteret, quod acceperat in novecuplum reddat comiti civitatis, in cuius est territorio constitutus. Et si ab eo nullam mercedem acceperit, sed sic eum, dum sanus est, ad domum dimiserit vel de domum[d] in exercitum exire non conpulerit, reddat solidos XX; quinquagentenarius vero XV, et centenarius X; si certe decanus fuerit, V solidos reddere conpellatur. Et ipsi solidi dividantur in centena, ubi fuerint numerati.

II. ANTIQUA[a].

Si conpulsores exercitus aliquid, dum exercitum ad hostem conpellunt, de domibus eorum[b] auferre presumserint.

Servi dominici, id est conpulsores exercitus[1], quando Gotus[c] in hostem exire conpellunt, si eis aliquid tulerint aut ipsis presentibus vel absentibus sine ipsorum volumtatem[d] de rebus eorum auferre presumserint, et[e] hoc ante iudice potuerit adprobare, ei, cui abstulerint[e], in undecuplum restituere non morentur; ita tamen, ut unusquisque eorum in conventu[f] publice L flagella suscipiat[g].

III. ANTIQUA[a].

Si prepositi exercitus relicto bello ad domum redeant aut alios redire permittant.

Si quis centenarius, dimittens centenam suam in hostem[b], ad domum suam refugerit, capitali supplicio subiacebit. Quod si ad altaria sancta vel ad episcopum forte confugerit, CCC solidos reddat comiti[c] civitatis, in cuius est territorio constitutus, et pro vita sua non pertimescat. Ipse tamen comes civitatis notum faciat regi, et sic cum nostra ordinatione partiantur solidi illi ad ipsam centenam, que ei fuerat adscripta. Ipse autem postmodum centenarius nullo modo preponatur, sed sit sicut unus ex decanis. Et si centenarius sine conscientia aut volumtate prepositi hostis aut thiufadi sui de centena sua, ab[d] aliquo per beneficio[e] persuasus aut

d) domo *R* 2.
II. a) *deest* *R* 2. b) aliquid *add.* *R* 1. c) cogotos *R* 2. d) volumtate *R* 2. e) et — abstulerint *des.* *R* 1. f) conventū *R* 1. g) suscipiāt *R* 1.
III. a) *deest* *R* 2. b) hoste *R* 2. c) cōmiti *R* 1. d) *deest* *R* 1. e) beneficium *R* 2.

1) *Cf. Dahn l. c. p.* 211, *n.* 9.

rogitus[f], quemquam ad domum suam redire permiserit vel in hoste[g], ut non ambularet, relaxaverit, quantum ab eo acceperat[h] in[i] novecuplum comiti civitatis, in cuius est territorio constitutus, satisfacere conpellatur; et sicut superius diximus, comis[k] civitatis nobis in notitiam referre non differat, ut ex nostra preceptione dividatur[l] inter eos, in cuius[m] centena fuerat adscriptus. Quod si centenarius ab eo nullam mercedem acceperit et sic eum ad domum suam ambulaturum dimiserit, ille centenarius, sicut superius est conprehensum, det comiti civitatis solidos X.

IIII. ANTIQUA[a].

Si[1] prepositi exercitus aut relicta expeditione ad domum redeant aut alios exire minime conpellant.

Si decanus relinquens decaniam suam de oste[b] ad domum refugerit aut de domo sua, cum sanus esset[c], exire et[d] ad expeditionem proficisci noluerit, det comiti civitatis solidos X. Quod si alicui forte mercedes dederit, reddat solidos V comiti civitatis, in cuius est territorio constitutus; et ipse comes civitatis notum nobis faciat, ut cum nostra iussione dividantur inter eos, in[d] quorum centena fuerat adscriptus. Quod si aliquis, qui in thiufa[e] sua fuerat numeratus, sine permissione[f] thiufadi sui vel[g] quingentenari aut centenari vel decani sui[g] de hoste ad domum suam refugierit[h] aut de domo sua in hostem proficisci noluerit[h], in conventu mercantium[2] publice C flagella suscipiat et reddat solidos X.

V. ANTIQUA[a].

Si conpulsores exercitus beneficio accepto aliquem sine egritudine domu[b] istare permiserint.

Servi dominici, qui in hoste[c] exire conpellunt[3], si ab eis aliquis se forte redimerit, quantum ab eo

f) rogatus *R* 2. g) hostem *R* 2. h) accepit *R* 1. i) *deest* *R* 1. k) comes *R* 2. l) dividantur *R* 1. m) *ita* *R* 1. 2. *E* 1.

IIII. a) *deest* *R* 2. b) hostem *R* 2. c) est *R* 2. d) *deest* *R* 1. e) *ita* *R* 2; thiufada *R* 1. f) permissu *R* 2. g) vel — decani sui *des.* *R* 2. h) refugierit — noluerit *des.* *R* 1.

V. a) *deest* *R* 2. b) domui stare *R* 1; domo st. *R* 2. c) hostem *R* 2.

1) *Rubrica eadem fere est praecedentis legis et huius, quae illam continuare videtur.* 2) *I. e. in foro.* 3) *Cf. supra c.* 2.

accepit, in novecuplum comiti civitatis cogatur exolvere, et eos, quos rogaverit, dum esset sanus, ut eum in expeditionem non conpellerent, etiam si nullam mercedem ab eo acceperint, illi, qui eum relaxaverint, reddant pro eo comiti civitatis solidos V. Thiufadus vero querat per centenarios suos, et centenarii per decanos, et si potuerint cognoscere, quia per precem aut per redemtionem ad domum suam refugerint aut de domo in hostem proficisci noluerint, tunc thiufadus preposito comitis[d] notum faciat et scribat comiti civitatis, in cuius est territorio constitutus, ut comes civitatis vindictam[e], que in lege posita est, de his, qui pro se rogant aut qui se redimunt, aut thiufadis vel centenariis aut decanis vel servis dominicis omnia[f] ad integrum inplere non differat. Quod si[g] exegerit et celaverit et in notitiam non protulerit, omnia, que exegit, in novecuplum reddat; et si corruptus ab aliquo vel rogitus[h] exigere[i] distulerit, in duplum de propria facultate satisfaciat illis, qui inter se hanc solutionem fuerant divisuri. Quod si post exactam rem regi notum non fecerit, ut ipse hoc iubeat in thiufa, cui debebatur, dividere, aut comes civitatis reddere fortasse dissimulet, undecupli compositionem eis satisfacere non moretur.

VI. ANTIQUA[a].

De his, qui annonas distribuendas accipiunt vel fraudare presumunt.

Hoc[1] iustum elegimus, ut per singulas civitates vel castella quicumque erogator annone fuerit constitutus, comes civitatis vel annone dispensator, annonam, quam eis est daturus, ex integro in civitatem[b] vel castello iubeat exiberi et ad integrum eis restituere non moretur. Quod si contigerit, ut ipse comes civitatis aut annonarius per neclegentiam suam, non habens aut forsitan nolens, annonas eorum dare dissimulet, comiti exercitus sui querellam deponant[c], quod annonas eorum eis dispensatores tradere noluerint. Et[d] tunc ille prepositus hostis hominem suum ad nos mittere non moretur, ita

d) *ita* R 1. 2. E 1. e) dicta R 1. f) omnium R 1. g) *deest* R 1. h) rogatus R 2. i) exire R 1.
VI. a) *deest* R 2. b) civitate R 2. c) *ita* R 1; deponanunt R 2. d) Ea R 1.

1) *Cf. Dahn, 'Könige' VI², p.* 210 *sq.*

ut numerentur dies, ex quo annone eorum iuxta consuetudinem eis inplete non fuerint. Et tunc ille[e] comes civitatis vel annonarius, quantum temporis eis annonas consuetas subtraxerat[f], in quatruplum[g] eis invitus de sua propria facultate restituat. Similiter et de his, qui in thiufa[h] fuerint dinumerati[i], observari precipimus.

VII. ANTIQUA[a].

Quam mercedem accipiat[b] qui mancipia vel quaslibet res de manu hostis excusserit.

Quicumque de vite sue statum[c] disperans inimicus[d] fuerit adgressus, ita ut mancipia vel quodcumque genus pecunie aut aliarum rerum ab inimico[e] possit excutere, et certus rei dominus aput eum aliquid[f] videatur agnoscere, de hiis[g] ex toto duas partes pro intuitu misericordie domino certo restituat, tertiam vero partem pro laboris sui premio consequatur. Similiter et si quis qualemcumque[h] mancipium ab inimicis sollicitaverit et ipsi mancipio[i] patrocinium aut consilium prestiterit et eum ad certum dominum perduxerit, quicumque fuerit agnitus hoc fecisse, decimam partem mercedis pro tali casu aut eventu omnino excipiat habiturus.

a.

III. TITULUS: DE HIS, QUI AD ECLESIAM CONFUGIUNT[1].

I. Ne ad eclesiam[a] confugiens abstrahatur, nisi[b] armis defensus[a].
II. Si ad eclesiam confugiens, dum suis armis defenditur, occidatur[c].
III. De damno hominem[d] ab eclesia abstrahentis.
IIII. Ut debitor sive reus de ecclesia non abstrahantur, sed que sunt debita reddant.

e) ipse *R* 2. f) subtraxerit *R* 1. g) quadruplum *R* 2. h) thiufadi *pro* in th. *R* 2. i) numerati *R* 2.
VII. a) *deest R* 2. b) accipiant *R* 1. c) statu *R* 2. d) inimicos *R* 2. e) inimicis *R* 2. f) *deest R* 1. g) his *R* 2. h) qualecumque *R* 2. i) mancipii *R* 1.
TIT. III. a) eccl- *hic et infra pro* ecl- *R* 2. b) nisi a. d. *des. R* 2. c) *deest R* 2. d) hominum *R* 2.

1) *Cf. L. Rom. Vis. C. Th. IX,* 34.

I. ANTIQUA [a].

Ne ad eclesiam confugiens abstrahatur, nisi armis defensus.

Nullus [1] de eclesia ausus sit aliquem violenter abstraere, nisi ad eclesiam confugiens armis se fortasse defensare voluerit.

II. ANTIQUA [a].

Si ad eclesiam [b] confugiens, dum suis armis defenditur, occidatur.

Qui ad eclesie [b] porticos confugerit et non deposuerit arma, que tenuit, si fuerit occisus, percussor in loco sancto nullam fecit iniuriam nec ullam calumniam pertimescat.

III. ANTIQUA [a].

De damno hominem ab [b] eclesiam [b] abstrahentis.

Si quis de altaribus servum suum aut debitorem, non traditum sibi a sacerdote vel ab eclesie custodibus, violenter abstraxerit, si onestior [c] loci persona est, ubi [d] primum iudici de eo fuerit relatum, altario, cui iniuriosus fuit, cogatur exolvere solidos C, inferior [e] loci persona [e] solidos XXX. Quod si non habuerit, unde conponat, correptus a iudice in conventu C flagella suscipiat. Dominus vero servum, sive creditor debitorem recipiat excusatum.

IIII. ANTIQUA [a].

Ut debitor sive reus de eclesia non abstrahantur, sed que sunt debita reddant.

Eos, qui ad eclesiam vel ad eclesie porticos confugerint, nullus contingere presumat, sed presbytero vel diacono repetat, ut reformet; et seu debitor sive reus, qui confugerat, si non meretur occidi, aput repetentem ęclesie cultor interveniat, ut ei veniam det et exoratus indulgeat. Quod si debitor aliquis ad eclesiam confugerit, eum eclesia non defendat, sed presbyter aut

I. II. a) *deest R* 2. b) eclesiam *R* 2.
III. a) *deest R* 2. b) abs e. *R* 1; ab ecclesia *R* 2. c) onesciores *R* 2; honestioris *E* 1; honesti *E* 2. d) *ita R* 1. *E* 2; ut *R* 2. *E* 1. e) Si inferioris l. p. est det *R* 2.
IIII. a) *deest R* 2.

1) *Cf. ad hanc legem et sequentes L. Rom. Vis. l. c.; supra V*, 4, 17; *VI*, 5, 16; *Dahn, 'Könige' VI*[2], *p.* 374 *sqq.*

diaconus debitorem sine dilatione restituat; ita ut ipse, qui debitum repetit, nequaquam concidere[b] eum[c] aut ligare[d] presumat, qui ad eclesie auxilium[e] decurrit; sed presente presbytero vel diacono constituatur, intra quod tempus ei debitum reformetur. Quia licet eclesie interventus religionis contemplatione[f] concedatur, aliena tamen retineri non poterunt. De homicidiis autem, maleficis et veneficis in eorum titulis leges sunt requirende[1].

b) cedere *R* 2. c) *deest R* 2. d) eum *add. R* 1. e) ausilium *R* 2. f) contemplationem *R* 1.

1) *Leges antiquas, ad quas haec verba spectare videntur, pleraeque non sunt servatae. Supra enim VI,* 2, 1—4, *ubi de maleficis et veneficis statuitur, et de iure asylii non agitur et leges sunt Chindasvindi regis; VI,* 5, 16: Si homicida ad ecclesiam confugiat, *est lex Chindasvindi regis. Restat tantummodo VI,* 5, 18, *lex antiqua, quae lata est de parricidis ad ecclesias fugientibus.*

DE DIVISIONIBUS, ANNORUM TEMPORIBUS ADQUE LIMITIBUS.

LIBER DECIMUS.

I. TITULUS: DE DIVISIONIBUS ET TERRIS AD PLACITUM DATIS.

I. Ut valeat semel facta divisio.

II. De non revocanda[a] divisione inter fratres.

III. Ut, quod a plurimis et a melioribus in divisione[b] est[c] constitutum, a paucis et deterioribus non liceat inmutari.

IIII. Ut liceat uni heredi respondere, si ab aliquo petitur[c], et [petere[d], si causa qualicumque conpellitur[d]].

V. Si placitum quis divisionis inrumpat[c], divisa parte usurpans.

VI. Si vineam aut domum quis in consortis terra construxerit.

VII. Si vineam in aliena terra quis plantet, in qua sortem[e] non habet.

VIII. De divisione terrarum facta inter Gotum et[f] Romanum.

VIIII. De silvis inter Gotum et Romanum indivisis relictis.

X. Quod ea, que servus non iubente domino fecerit, excepto quod lex iubet[c], valere non poterit.

XI. Ut, qui terras ad canonem[g] accipit, placitum servet.

LIB. X. TIT. I. a) refocanda *R* 1. b) devisione *R* 1. c) *reliqua rubricae pars deest* *R* 2. d) petere — conpellitur *abscisa* *R* 1. e) *al. m. corr.* partem *R* 1. f) adque *R* 2. g) cannonem *R* 1.

XII. De terris, que definito annorum numero per placitum dantur.
XIII. Si ille, qui ad placitum terras accipit, extendat culturas.
XIIII. Si inter eum, qui dat et accipit terram aut silvam, [contentio[h] oriatur].
XV. Ut, qui ad excolendum terram accipit[i], sicut ille, qui terram dedit, ita et ste censum [exsolvat[k]].
XVI. Ut, si Goti de Romanorum tertiam[l] quippiam tollerint[m. i], iudice insistente Romanis cuncta reforment.
XVII. De mancipiorum agnationibus[n. i] dividendis adque eorum peculio partiendis et decernendis.
XVIII. Ut peculium et peculiarem[l] ad unam intellegentiam habeatur[o].
XVIIII. Si pro acceptis rebus promissio non solvatur.

I. ANTIQUA[a].

Ut valeat semel facta divisio.

Valeat semel facta iusta[a] divisio, et nulla postmodum inmutandi[b] admittatur hoccasio.

II. ANTIQUA[a].

De non revocandam[b] divisione inter fratres, etiam si[a] sine scriptura[c] sit facta, solum si idoneo teste convincat.

Divisione factam inter fratres, etiam si sine scriptura[c] inter eos convenerit[d], permanere iubemus, dummodo a[a] testibus idoneis conprobetur, et divisio ipsa plenam habeat firmitatem.

III. ANTIQUA[a].

Ut, quod a plurimis et melioribus in divisione est constitutum, a paucis et deterioribus non liceat inmutari.

Si plures fuerint in divisione consortes, quod a multis vel melioribus iuste constitutum est, a paucis vel deterioribus non convenit aliquatenus inmutari.

h) c. o. *des.* *R* 1. 2. i) *reliqua rubricae pars deest* *R* 2. k) *deest etiam* *R* 1. l) *ita* *R* 1. 2. m) tulerint *R* 2. n) agnitionibus *R* 2. o) *deest* *R* 2.
I. a) *deest* *R* 2. b) inmutandis amittatur *R* 1.
II. a) *deest* *R* 2. b) revocanda *R* 2. c) scripturam *R* 1, *ubi* sit facta — scriptura *desunt.* d) conveniat *R* 2.
III. a) *deest* *R* 2.

IIII. FLAVIUS CHINDASVINDUS REX.

Ut liceat uni heredi respondere, si ab aliquo petatur[a], et petere, si causa qualicumque conpellitur.

Cum prisce legis autoritate fuerit constitutum, ut his, qui ad dicendam causam conpellitur, non nisi presente eo, qui rei litigiose consor[b] est, audiatur, satis ex hoc petitorum negotia superflue conspeximus dilatari, cum ad[c] dicendam causam pro suam unusquisque personam sufficiat. Igitur ne callida oppositione causantis, dum excusatio pretenditur pro consorte, tricennalis obviet annositas petitori, providentissima deliberatione sancimus, ut remota excusatione consortium tam pro eorum quam pro sua persona qui iudicialiter pro comunibus[d] rebus fuerit adpellatus respondeat. Nec ullum preiudicium consortis absentia, si coheres eius iustissime, seu etiam per comentum[e] aut per ignavia[f] fuerit superatus, incurrat; sed si reparare[g] negotium legaliter intenderit, permittatur. Abrogata denique suprafate[h] legis tam inconvenientis[i] sententia[i], hoc salubre decretum per universos regni nostri populos omni decernimus reverentia valiturum; hac similis etiam hordo servabitur, si unus[k] forsitam ex consortibus quemquam crediderit lite pulsandum.

V. ANTIQUA.

Si placitum quis divisionis inrumpat, divisam partem usurpans.

Qui[1] placitum divisionis inruperit et quamlibet partem aliene portionis invaserit, tantum de suo, quantum de alieno occupavit, amittat.

VI. ANTIQUA[a] EMENDATA[a].

Si vineam aut domum quis[b] in consortis terram construxerit.

Si quis domino sciente vel consentiente vineam in consortis terram plantaverit aut domum fecerit, vel certe

IIII. a) petitur *R* 2. b) *ita pro* consors *R* 1. 2. c) aut *R* 1. d) communibus *R* 2. e) conmentum *R* 2. f) ignaviam *R* 2. g) separare *R* 2. *E* 1. h) supra facte *R* 1. i) inconvenientiam *pro* i. s. *R* 1. k) nus *R* 1.
VI. a) *deest* *R* 2. b) *deest* *R* 1.

1) *Cf. L. Rom. Vis. C. Th. II,* 26.

si ipse, qui vineam plantat[c] vel domum facit, ignoraverit, quod portio sit consortis, dum hoc aut testibus aut iuramento firmaverit, aliut tantum terre paris meriti domino illi, in cuius terra vineam plantavit, restituat, et qui posuit vineam securus obtineat[d]. Si vero domino contradicente plantaverit, iuste perdat qui rem alienam domino contradicente[e] plantavit. Similis etiam et de edificiis forma servetur.

a.

VII. ANTIQUA[a].

Si vineam in aliena terra quis plantet, in qua sortem[b] non habet.

Qui vineam in alieni fundi territorio, in quo ipse consors non est, sine permissione domini, sive per vim aut forsitan domino nescientem[c] vel[a] absente[a], plantaverit, etiam si ei contradictum non fuerit, vineam, quam plantavit, amittat; quia sufficere ei debet, quod ad duplacione[d] rei non addicitur, qui aliena pervasisse dinoscitur.

VIII. ANTIQUA[a].

De divisione terrarum facta inter Gotum adque Romanum.

Divisio[1] inter Gotum et Romanum facta de portione terrarum sive silvarum nulla ratione turbetur, si tamen probatur celebrata divisio[b], ne de duabus partibus Goti aliquid sibi[c] Romanus presumat aut vindicet, aut de tertia Romani Gotus sibi aliquid audeat usurpare aut vindicare, nisi quod a nostra forsitan ei fuerit largitate donatum; sed quod a parentibus vel a[a] vicinis divisum est, posteritas inmutare non temtet.

VIIII. ANTIQUA[a].

De silvis inter Gotum et Romanum indivisis relictis.

De silvis, que indivise forsitan residerunt, sive Gotus sive Romanus sibi eas adsumserit[b], fecerit fortasse culturas, statuimus, ut, si adhuc silva superest, unde paris

c) plantavit vel d. fecit *R* 2. d) possideat *R* 2. e) nesciente *R* 1.
VII. a) *deest* *R* 2. b) consortem *R* 2. c) nesciente *R* 2. d) duplicationes *R* 2.
VIII. a) *deest* *R* 2. b) divisione (*ita pro* d. ne) *R* 1. 2. c) *deest* *R* 1.
VIIII. a) *deest* *R* 2. b) *ita* *R* 1. 2; et *add. E et cett. codd.*

1) *Cf. ad hanc et sequentes leges Dahn, 'Könige' VI*[2]*, p.* 55 *sqq.; Brunner, 'D. RG.' I, p.* 67 *sq.*

meriti terra[c] eius, cui debetur, portioni debeat conpensari, silvam accipere non recuset. Si autem paris meriti[c] que conpensetur silva non fuerit, quod ad culturam excisum est dividatur.

X. ANTIQUA[a].

Quod ea, que servus non iubente domino fecerit, excepto quod lex iubet, valere non potest[b].

Quidquid servus domino non iubente dividerit[c] vel fecerit, excepto quod lex permittit, firmum non esse iubemus, si id dominus servi noluerit custodire.

XI. ANTIQUA[a].

Ut, qui terras ad canonem accipit, placitum servet.

Terras[1], que ad placitum canonis date sunt, quicumque suscepit, ipse possideat et canonem domino singulis annis, qui fuerit definitus, exolvat; quia placitum non potest[b] inrumpi. Quod si canonem constitutum singulis annis inplere neclexerit, terras dominus post suo iure defendat; quia sua culpa beneficium, quod fuerat consecutus, amittit, qui placitum non inplesse convincitur.

XII. ANTIQUA[a].

De terris, que definito annorum numero per placitum dantur[b].

Si per precariam epistolam certus annorum numerus fuerit conprehensus, ita ut ille, qui susciperat[c], terras post quodcumque tempus domino reformaret[d], iuxta conditione placiti terram restituere non moretur.

XIII. ANTIQUA[a].

Si ille, qui ad placitum accipit[b] terras, extendat culturas.

Qui ad placitum terras suscipit[c], hoc tantum teneat, quod eum terrarum dominus habere permiserit,

c) terra — meriti *des.* *R* 2.
X. a) *deest* *R* 2. b) poterit *R* 2. c) *ita* *R* 1. 2.
XI. a) *deest* *R* 2. b) *ita* *R* 1. *V* 5; oportet *R* 2. *E.*
XII. a) *deest* *R* 2. b) servet *R* 1. c) acceperat *R* 2. d) reformare *R* 2.
XIII. a) *deest* *R* 2. b) acceperit *R* 2. c) suscepit *R* 2.

1) *Cf. ad hanc legem et sequentes Dahn, 'Westg. Stud.' p.* 105.

et amplius non presumat. Quod si culturas suas longius extendisse cognoscitur et sibi alios ad excolendos agros forte coniuncxerit[d], aut plures filii vel nepotes in loci[e] ipsius habitatione subcreverint, aut campos, quos ei dominus terre non prestiterat, occupaverit, aut silvam, que ei data[f] non fuerat, propter excolendos agros aut conclusos aut facienda forsitan prata succiderit: quidquid amplius usurpavit, quam ei prestitum probatur, amittat, et in domini consistat arbitrium[g], utrum canon addatur[h], han[i] hoc, quod non prestitit, dominus ipse possideat. Quod si tantummodo alicui ager sit datus, et data silva non fuerit, sine iussu domini nihil de silva qui agrum suscepit usurpet.

XIIII. ANTIQUA[a].

Si inter eum, qui dat et accipit terram aut silvam, contentio oriatur.

Si[1] inter eum, qui accipit terras vel silvas, et qui prestitit, de ispatio[b], unde prestiterit, fuerit orta contentio, tunc si superest ipse, qui prestitit, aut, si certe mortuus fuerit, eius heredes prebeant sacramenta, quod non amplius autor eorum dederit, quam ipsi designanter ostendant[c]. Et sic, postea quam iuraverint, presentibus testibus ei que observentur signa constituant, ut pro ea re deinceps nulla accedat causatio. Si vero consortes eius non dignentur iurare aut forte noluerint vel aliquam dubietatem habuerint, quantum vel ipsi dederint vel antecessores eorum, ipsi, ut animas suas non condemnent, nec[d] sacramentum prestent, sed ad tota aratra quantum ipsi vel parentes eorum in sua sorte susceperant, per singula aratra quinquagenos aripennes dare faciant; ea tamen conditione, ut, quantum occupatum habuerint vel cultum, mixti[e. 2] quinquaginta aripennes concludant. Nec plus, quam eisdem mensuratum fuerit aut ostensum, nisi terrarum dominus forte prestiterit, audeant usurpare. Quod vero amplius usurpaverint, in duplum reddant invasa.

d) coniunxerit *R* 2. e) loco *R* 1. f) donata *R* 1. g) arbitrio *R* 2. h) atatur *R* 1. i) *ita pro* an *R* 1; hanc *R* 2.
XIIII. a) *deest R* 2. b) spatio *R* 2. c) hostendunt *R* 2. d) per *R* 1. e) *ita R* 1. 2; mixii *E* 1; nisi *ed. Lind.*; iuxta *sine ulla varia lectione ed. Madr.*

1) *Cf. interpretationem huius legis apud Meitzen, 'Volkshufe u. Königshufe' (extractum ex 'Festgabe für Hanssen' d.* 31. *Mai.* 1889*) p.* 17 *sqq.; Dahn, 'Könige' VI*[2], *p.* 56. 2) *Mixti vocantur aripennes illi* 50, *quia tam ex terris cultis quam ex occupatis quidem, sed non cultis sumuntur.*

XV. ANTIQUA[a].

Ut[b], qui ad excolendum terram accipit, sicut ille, qui terram dedit, ita et iste censum[c] exsolvat.

Qui[1] accolam in terra sua susceperit, et postmodum contingat, ut ille, qui susceperat, cuicumque tertiam reddat, similiter sentiant[d] et illi, qui suscepti sunt, sicut et patroni eorum, qualiter unumquemque contigerit.

XVI. ANTIQUA[a].

Ut, si Goti de Romanorum tertia[b] quippiam tullerint[c], iudice insistente Romanis cuncta reforment.

Iudices singularum civitatum, vilici adque prepositi tertias[d] Romanorum ab illis, qui occupatas tenent, auferant et Romanis[e] sua exactione[f] sine aliqua dilatione restituant, ut nihil fisco debeat deperire[2], si tamen eos quinquaginta annorum numerus aut tempus non excluserit.

XVII. FLAVIUS CHINDASVINDUS[a] REX.

De mancipiorum agnationibus dividendis adque eorum peculiis parciendis et decernendis.

Providentissime[b] iustique iuris est, ut formam inveterate censure, que ab equitatis ratione dissentit, novellis etiam sanctionibus emendemus, nec inmerito

XV. a) *deest R* 2. b) *deest R* 1. c) consensum *R* 2. d) *ita R* 1. *E* 2. *V* 5. 6. *alii;* sententiant *R* 2; *Walter:* censiant, *quam lectionem codex nullus praebere videtur.*
XVI. a) *deest R* 2. b) tertiam *R* 1. c) tulerint *R* 2. d) *ita R* 2; tertia *R* 1. e) Romani *R* 1. f) exactatione *R* 2.
XVII. a) glo *ante* Ch., *sed eras. R* 2. b) *ita R* 1. 2.

1) *Cf. Gaupp, 'Ansiedelungen' p.* 405 *sqq.; Salleilles, 'De l'établissement des Burgundes (Extr. de la Rev. Bourguign. de l'enseign. sup.* 1891*)' p.* 74 *sqq.* 80 *sq. Rubricam negligentes textum ita possumus intellegere: Si patronus Gothus praeter alias terras tertiam Romani cuiusdam occupatam tenens (cf. c.* 16*) accolam suscepit, postea autem tertiam Romano restituere cogitur, non solum de liberis terris, sed pro parte etiam de eis, quas accolae concessit, tertiam esse reddendam. De tertia Romani cuiusdam a Gotho occupata hoc loco agi etiam Gaupp et Salleilles existimaverunt. Alii viri docti tertiam de proventu tertiae partis fructuum intelligunt, et ita quoque legem auctor rubricae interpretatus esse videtur. Quod si probamus, haec lex ita intelligenda est: Si possessor, qui accolae terram aliquam iure precario concessit, ipse postea terras suas iure coloniae, quae dicitur partiaria, alio domino tradit, etiam accolam cum domino suo censum, quae tertia dicitur, domino superiori solvere debere.* 2) *Docent haec verba Gothorum terras a tributo publico fisco solvendo liberas fuisse. Cf. J. Havet, 'Revue historique' VI, p.* 91 *sq.; Dahn, 'Könige' VI*², *p.* 257.

prius nascendi causas nos[c] expedit arbitrari et ita demum legem ponere nascituris. Si enim filius ab utroque parente gignitur et creatur, cur idem ad[d] conditionem tantum pertineat genetricis, qui sine patre nullatenus potuit procreari? Hac rationabiliter nature lege conpellimur agnationem[e] ancille, que servo alieno coniuncta peperit, inter utrosque dominos equaliter dividendam[1]. Quod si unus tantum filius ab eisdem parentibus fuerit procreatus, quoniam ambobus dominis modo placito non poterit deservire, hisdem[f] filius aput matrem usque ad etatis annum duodecimum aedocetur, donec etas eius in exercendis laboribus ferre servitium pubertatis incipiat. Post hec[g] autem dominus ancille domino servi, cui hec ancilla coniuncta est, pretium ex medietate persolvat, quantum hisdem filius a bonis hominibus valere fuerit estimatus[h]. Similis forma servetur et de ceteris filiis, qui inpari numero fuerint procreati. Peculium vero mobilis rei, quod servus et ancilla profligaverint sub contubernio constituti, utrique domino decernimus pertinendum. Sane si in fundum alterius domini, ad cuius iura[i] idem servus vel ancilla non pertinent, preter edificium agrumque vel aliquid[k], quod esse possit inmobile[l], a servis talibus in re mobili fuerit conquisitum, non aliter quam agnationem[e] rem huiuscemodi equaliter eorum domini sibi debeant vindicare. Quod si hunus[m] ex his dominis contubernia famulorum fuerit conatus inrumpere, statim eos separare non differat; ea tamen condicione servata, ut, postquam ad[n] dominorum cognitionem[n] contubernia servorum pervenerint, si eos in hoc dominorum volumtas perseverare noluerit, infra anni ispatium[o] ipsut contubernium resolvere non morentur. Ceterum si hoc rationabile tempus, quod hac[p] lege indultum est, neclegentia dominorum excesserit, quidquid post expletum annum fuerit procreatum, utrique domini equaliter inter[q] se sexus, numeri vel etatis contropatione noverint dividendum. Quod si supra[r] annum tempus excesserit, et hoc unus dominus vel ambo nescierint, quodcumque nasci potuerit, similiter in divisionis[s] equali portione[s] manebit.

c) non *R* 1. d) a *R* 1. e) agnatione *R* 1. f) sed *R* 2. g) ea *R* 2. h) extimatus *R* 2. i) iuram *R* 1. k) quidquid *R* 2. l) inmobilem *R* 1. m) unus *R* 2. n) a d. cognitione *R* 1. o) spatium *R* 2. p) hec *R* 1. q) i. se *des.* *R* 2. r) super *R* 2. s) nis e. portione *abscisa* *R* 1.

1) *Cf. Iust. Nov.* 156, 1; 162, 3; *Brunner, 'Zeugen- und Inqu.-Beweis' p.* 83, *n.* 3.

XVIII. FLAVIUS GLORIOSUS RECCESSVINDUS REX.

Ut peculium et peculiare ad unam intellegentiam habeatur.

Sepe contentionis acie[a] inprobos vidimus sinceram intellegentiam desecare[b], que ut refelli[c] possit, conpendio brevitatis uti sic[d] convenit. Omnis ergo res, que mobilis inmobilisque consistit, cuiuscumque fuerit generis sive forme, an[e] peculii, an peculiaris nomen habuerit[1], unius intellegentie vim evidentiamque obtineat, ut ex hoc omnis de mobilibus inmobilibusque rebus intentio conquiescat.

XVIIII. FLAVIUS GLORIOSUS RECCESSVINDUS REX.

Si pro acceptis rebus promissio non solvatur.

Si quis terram, vineam aut aliquam rem aliam pro decimis vel quibuslibet commodis prestationibusque reddendis[a] per scripturam aut quamcumque definitionem ita ab alio acceperit possidendam, ut ille, qui dat, sic sub alicuius exsolutionis debito det, ne videatur ius rei sue amittere voluisse, quidquid debet qui rem accepit, etiam sine sollicitudinem domini ipse sollicitus reddat. Nam quamvis consuetudo vel promissio exoluta non fuerit, de rebus suis[b] pars domini excludi non poterit, quia non volumtate istius, qui dedit, sed fraude illius, qui rem[c] accepit, videtur commotio rei domino conmoveri. Si vero ille, qui rem accepit, consuetudinem aut promissionem differet[d] adinplere, quodcumque de promisso[e] vel consueto debet, rei domino in duplum exsolvat. Nam si ita[f] reddere promissum aut consuetum dissimulet, ut dominum[g] rei legum tempus excludat, usque ad[c] quinquaginta annos rem cum aumento solius laboris, quod ille[h] fecit, amittat.

II. TITULUS: DE QUINQUAGINARII[a] ET TRICENNALIS TEMPORIS INTENTIONE[b].

I. Ne post L annos sortes Gotice[c] vel Romane[d] amplius repetantur.

XVIII. a) *ita R 2. E 1. 2. V 5. 6. alii;* apice *(?) R 1.* b) desecnlare *R 1.* c) repelli *R 1.* d) si *R 1.* e) aut *R 2.*
XVIIII. a) retentis *R 1.* b) suas *R 1.* c) *deest R 1.* d) differat *R 2.* e) promissione *R 2.* f) iterum *R 1.* g) domino *R 1.* h) illi *R 2.*
TIT. II. a) QUINQUAGENARIS *R 2.* b) INTEN *incertum R 1*; EMTIONEM *R 2.* c) Cotice *R 1.* d) *reliqua rubricae pars deest R 2.*

1) *Cf. Form. Vis.* 6, *p.* 578: cunctoque peculio vel peculiare vestro.

I. ANTIQUA[a].

Ne post L annos sortes Gotice vel Romane amplius repetantur.

Cod. Eur. 277. Sortes Gotice et tertia Romanorum, que intra L annos non fuerint revocate, nullo modo repetantur.

II. ANTIQUA[a].

Ne mancipia fugitiva post L annos ad servitium revocentur.

Cod. Eur. ib. Mancipia fugitiva, que intra[b] quinquaginta annos inventa non fuerint, non liceat ad servitium revocare.

III. ANTIQUA[a].

Ut omnes cause[b] tricennium concludantur[b].

Cod. Eur. ib. Omnes[1] causas, seu bonas sive malas, aut etiam criminales, que infra[c] XXX annos definite non fuerint, vel mancipia, que in contentione posita fuerant aut sunt, *a.* si definita adque exacta non fuerint, nullo modo repetantur. Si quis autem post hunc XXX annorum numerum causam movere temtaverit, ste[d] numerus ei resistat, et libram auri cui rex iusserit coactus exolvat.

IIII. FLAVIUS GLORIOSUS RECCESSVINDUS REX.

Ut exceptis[a] fiscalibus servis tricennale tempus valeat in omnibus causis.

Sepe conpetentis indebita resolutio[b] iuris evaniscere[c] facit statum iuste possessionis, et[d] quod nulla generis

e) *reliqua rubricae pars deest* R 2. f) *ita* R 1; tricennii R 2, *ubi* concl. *deest*. g) excepto R 2.
I. a) *deest* R 2.
II. a) *deest* R 2. b) infra R 1.
III. a) *deest* R 2. b) causas aricennio concludatur R 2. c) intra R 2. d) iste R 2.
IIII. a) excepto R 2. b) ratio R 1. c) evanescere R 2. d) *deest* R 1.

1) *Cf. cum hac lege et sequentibus L. Rom. Vis. Nov. Val. III.* 8. 12; *L. Burg.* 79; *L. Rom. Burg.* 31.

nobilitas decorabit[e], indebita licentia libertati[f] contradit[g]. Tricennalis ergo transcursio temporum cum tam constanter inolivisse[h] videatur in[i] negotiis actionum[k], ut non iam quasi ex institutione humana, sed veluti ex ipsarum rerum videatur processisse[l] natura, ideo valitura sanctionis huius eternitate decernitur: ut[m], si per tricennii tempus seu fiscus de quorumlibet[n] iure quodcumque tenuerit, sive quilibet[o] de fisci aut cuiuspiam rebus aliquod fortasse possederit, perenni[p] sibimet iure vindicet et retentet, nec contra hunc numerum, in quo etiam veritas perfecte conpletur etatis, adtemtet conmoveri vox cuiuscumque petitionis. Servi vero fisci resoluti adque per diversa vacantes[q], quamvis[r] nihil in pensione tributi persolverint, quamvis fuga vel latebris seu patrocinio quorumcumque defensi latuerint, servitutis condicione[s] non erunt penitus evasuri, sed in originem pristinam absque temporum preiudicio redigendi[t], ab huius sententiam[u] legis illis tantummodo segregatis, qui percipere meruerint[v] regia conlatione remedia[w] libertatis.

a.

V. FLAVIUS[a] CHINDASVINDUS[a] REX.

De interruptione tricennii.

Sepe[b. 1] proprium ius alterius longinqua possessio in ius transmittit alterius; nam quod XXX quisque annis expletis absque interruptione temporis possidet, nequaquam ulterius per[c] repetentis calumniam amittere potest. Ut ergo tam petenti quam possessori conpetenter possit esse consultum, id ab omnibus observandum est, ut, quicumque rem, que ab alio per XXV annos et supra, infra XXX tamen possessa est, sui iuris esse adstruxerit, et possessor fortasse, sive a iudice seu a repetente conmonitus, vel reddere distulerit vel rationabiliter responsum parare contemserit aut quamcumque[d] dilatione[d] videatur adferre, sive etiam eiusdem rei, que petitur, absente[e] possessore, hoc est aut in alia provincia aut in

e) *ita* *R* 1. 2; *lege:* decoravit. f) liberati *R* 1; libertate *R* 2. g) contrarii *R* 1; contradidit *E* 1. 2. h) inolevisse *R* 2. i) *deest* *R* 1. k) accionum *R* 2. l) precessisse *R* 1. m) quod *R* 1. n) quolibet *R* 1; corumlibet *R* 2. o) qualibet *R* 2. p) perennis *R* 1. q) vagantes *R* 2. r) quasvis *R* 1. s) conditionem *R* 2. t) retigendi *R* 1. u) sententia *R* 2. v) valuerint *R* 2. w) dia libertatis *abscisa* *R* 1.
V. a) Fl. Ch. *abscisa* *R* 1; *deest inscriptio* *E* 2. b) Sive *R* 1. c) r. calumnia *pro* per r. c. *R* 2. d) quacumque dilationem *R* 2. e) absentem possessorem *R* 1, *alii codd.*

1) *Cf. de hac lege Dahn, 'Westg. Stud.' p.* 80 *sq.*

expeditione publica positum esse constiterit, tunc iudex id, quod reposcitur, id est seu possessionem, sive quodcumque fuerit, pro inruptione[f] temporis coram duobus aut tribus ingenuis petenti consignare procuret; ita ut, si iudex rem ipsam petenti saionis instantia preceperit consignari, per epistulam manu sua suscriptam eundem saionem iuxta modum subterius conprehensum informet. Et si forte possessio est, ubi repositio alicuius substantie sit, ne per rationales excusatio fiat, anulo iudicis aut saionis, qui locum consignat, eadem hostia, ubi res est reposita, per illos octo dies maneant[g] obsignata, et ille, qui accepit, octo tantum diebus possideat et nihil exinde[h] expendere aut evertere vel alienare presumat; sed in eo tantum loco quod voluerit aut potuerit laboris exerceat. Post octo autem dies rem intemeratam dimittat, ab eo, quem possidentem invenerat, indubitanter adprehendendam, et nulla[i] ex hoc ille, qui hocto dies[k] possedit, calumnia[l] pertimescat; ita tamen, si vel ipse vel pars eius aut posteritas infra XXX annos a die interrupti temporis rem, quam sibi consignari[m] poposcerat, sui iuris esse convincat. Nam si convinci eadem actio taliter non potuerit, ille quidem, qui supprestis est, qui dominium alienum inquietabit[n], rei domino velut iniustus satisfaciat petitor; aut si aliquid expenderit vel everterit, in quatruplum[o] reddere conpellatur. Parti vero eius aut posteritati nulla ex hoc ulterius calumnia moveatur; illa evidentissime condicione taxata, ut, si diversarum rerum et in diversis locis hec, de qua agitur, fuerit dispersa facultas, ex omnibus his[h], que ad eandem pertinent repetitione[p], unum, quodcumque fuerit, secundum presentis legis decretum a iussionem iudicis consignatum pro traditione teneatur omnium rerum.

f) *ita* *R* 2; inrumptione *R* 1. g) maneat *R* 1. h) *deest* *R* 1. i) nullam *R* 2. k) diebus *R* 2. l) calumniam *R* 2. m) donari *R* 1. n) inquietavit *R* 2. o) quadrupli *R* 2. p) repetitionem *R* 2.

1) *Rationales sunt actores vel procuratores, 'Gutsverwalter'; cf. Brunner, 'D. RG.' II, p.* 120. *V. I. H. Brunner benigne monet, hunc locum ita esse interpretandum: Intelligendi sunt rationales possessoris, qui post peractam interruptionem bona domini absentis administranda denuo recipiunt. Substantiam autem ibi repositam per octo dies illos obsignari lex praecipit, ne postea rationales de substantia forte deficiente se excusent, dicentes eam ab illo, qui per octo dies in possessionem missus erat, ablatam vel consumatam esse. Cf. etiam infra epistolam informationis.*

Exemplar epistole informationis.

Ille iudex illi saioni. Informamus te, ut locum illum, quem ille repetit[q], et nunc in dominio illius esse videtur, iuxta legis ordinem coram duobus aut tribus ingenuis illi consignes octo tantum diebus possidendum; ita ut, si aliquid ibi repositionis habeatur et anulo domini sui[h] non est signatum, propter auferendam excusationem rationalium per illos octo dies anulo tuo maneat obsignatum; ante[r] vero nihil exinde aliquatenus auferatur.

VI. FLAVIUS GLORIOSUS[a] RECCESSVINDUS REX.

Ne tricennale tempus inpediat religatis[b].

Quanto pressuris condicio urguetur[c] humana[d], tanto multis remediis clementiam principalem necessitati consulere decet humane. Quapropter cum quisque nobilis adque inferior ingenuus sive etiam servus regio iusso[e] in custodiam vel in exilium extiterit deputatus, et contingat eum quandoque aut liberationem invenire aut ad[f] sua[a] bona reverti, si[a] quamcumque rem in repetitione videtur habere, non illut tempus pro tricennali vel quinquaginario annorum numero in eius actione iungatur, quod ipse in custodiam vel in exilium fuisse dinoscitur; sed remoto[g] omni illo[a] tempore, quo evidenter eidem persone in pressuris et in penuria constitute sibi debitum negotium sequi non licuit. De cetero iuxta legum decreta vel tempus in eius actionibus legalis ordo maneat constitutus[h].

a.

a.

III. TITULUS: DE TERMINIS ET LIMITIBUS.

q) petit *R* 2. r) *deest R* 1. s) antea *R* 2.
VI. a) *deest R* 1. b) relegatis *R* 2. c) urgere *R* 2. d) humani *R* 1. e) iussu *R* 2. f) a *R* 1. g) remoti *R* 1. h) constitutum *R* 1.
TIT. III. a) observentur *R* 1. b) dicatur *R* 2. c) aliquo *E*. d) *deest R* 1.

I. ANTIQUA [a].

Ut termini et limites conserventur.

cf. Cod. Eur. 277.

Antiquos terminos et limites sic stare iubemus, sicut antiquitus videntur esse constructi, nec aliqua patimur eos commotione [b] divelli.

II. ANTIQUA [a].

De conlisis et evulsis limitibus.

Qui istudio [b, 1] pervadendi limites conplanaverit aut terminos fixos fuerit ausus evellere: si ingenuus est, per singula [2] signa vel notas XX solidus cui fraudem fecit cogatur inferre; si servus est, per singula signa quinquagena flagella suscipiat. Si quis autem, dum arat vel vineam plantat, terminum [c] casu, non volumtate convellerit, vicinis presentibus restituat terminum et postmodum ex hoc nullum damnum aut periculum vereatur. *a.*

III. ANTIQUA [a].

Quid observetur, si de terminis contentio oriatur.

Quotienscumque [3] de terminis fuerit orta contentio, signa, que antiquitus constituta sunt, obportet inquiri, id est aggeres terre sive arcas, quas propter fines fundorum antiquitus apparuerit fuisse coniectos [b] adque constructas, lapides etiam, quos propter indicia terminorum notis evidentibus sculptos constiterit esse defixos. Si hec signa defuerint, tunc in arboribus notas, quas decurias [4] vocant, convenit observari; sed ille, que antiquitus probantur incise.

I. a) *deest R 2.* b) conminutione *R 1.*
II. a) *deest R 2.* b) studio *R 2.* c) termino *R 1.*
III. a) *deest R 2.* b) congestos *R 2.*

1) *Haec constitutio in Legem Baiuv.* 12, 1—3. *recepta est. Cf. l.* 3. *Dig. XLVII,* 21; *L. Rom. Vis. Paul. V,* 24, 2; *Edict. Theoder.* 104; *L. Burg.* 55, 6. 7; *L. Rom. Burg.* 39, 1. 2; *Ed. Roth.* 236—239; *Rein, 'Criminalr. d. Römer' p.* 822 *sq.; Wilda, 'Strafr.' p.* 925 *sq.* 2) *Cf. Dig. l. c.:* in terminos singulos, quos eiecerint locove moverint, L aureos in publico dari iubet. 3) *Haec constitutio in Legem Baiuv.* 12, 4. *recepta est. Cf. Conc. Hispal. II. (a.* 618*), c.* 2. 4) *Cf. supra VIII,* 6, 1, *p.* 258 *sq.*

IIII. FLAVIUS GLORIOSUS RECCESSVINDUS REX.

Si alter intra terminos alienos possidere dicatur.

Si[1] quis intra terminos alienos per absentiam aut per ignorantiam domini partem aliquam forte possederit, ita ut diuturna mansio etiam multo tempore inolita vel amplius quam L annos[a] hominum partis eius habitatio publice et inmobiliter[b] consistere aut permanere nullatenus conprobetur, statim cum per antiqua signa evidentibus inspectoribus fines loci alterius cognoscuntur, amittat domino reformandam[c]. Nec contra signa evidentia debitum dominium ullum[d] longe possessionis tempus excludat; sed hoc, si ex his contendentibus[e] unus[f] possessoris[g] sive autorum eius dominium repperiatur[h] advenisse postremum. Nam si tanta tempora excesserunt, ut nec ipsi nec autores eorum noverint, cuius primum aut dominium aut possessio fuit, et[i] nec per testem nec per scripturam potuerit postremus possessor ostendi: quia dubium prime possessionis constat indicium, unusquisque quod possidet inrevocabiliter possidebit. Verum ubi unus possessor sine alterius domini[k] mansoribus publice possidens per evidentia signa locum ex integro vindicare videtur, nulla ratio sinit, quamvis per longua[l] tempora, ut[m] eius possessionis integritas decerpatur. Unde, si alter illic se per[n] presumtivam introduxerit novitatem, nihil noceri[o] poterit possessori. Si vero idem aliena appetens aliquid ex hoc repetit non presumtive, sed per iudicium, si meretur, obtineat. Nam si incondite et inprovise adtemtet aliquatenus accedere velle[n], liceat hunc domino[p] vere ut violentum accusare et ut invasorem per iudicium legibus abdicare.

V. ANTIQUA[a].

Ut[a], si aliqua pars de alio[b] loco tempore Romanorum remota est, ita persistat.

Si[2] quodcumque ante adventum Gotorum de alicuius fundi iure remotum est et aliquam[c] possessionem = *Cod. Eur.* 276.

IIII. a) annis *R* 2. b) cum *add.* *R* 1. c) reformanda *R* 1. d) illum *R* 1. e) contentionibus *R* 1. f) *ita* *R* 1. 2; unius *E* 1. 2. g) possessores *R* 1. h) repetatur *R* 1. i) *ita* *R* 1; set *R* 2. k) *ita* *E* 1. 2; dominum *R* 1; dominio *R* 2. l) longa *R* 2. m) *ita* *E* 1. 2; aut *R* 1. 2. n) *deest* *R* 1. o) nocere *R* 2. p) dominum *R* 1.
V. a) *deest* *R* 2. b) *ita* *R* 1. *Lind.;* aliquo *R* 2. *E* 1. 2. c) *ita, non* ad a. *R* 1. 2. *E* 1. 2.

1) *Cf. Dahn, 'Westg. Stud.'* p. 81. 91; *Conc. Hispal. II. l. c.* 2) *Cf. Dahn l. c. p.* 91; *Conc. Hispal. II. l. c.; et quae notavi supra p.* 3, *n.* 1.

aut vinditionem aut donationem aut[d] divisionem aut aliqua transactione[d] translatum est, id[e] in eius fundi, adque[f] a Romanis antiquitus probatur adiunctum[g], iure consistat. Cum autem proprietas fundi nullis certissimis signis aut limitibus probatur, quid[h] debeat observari, eligat inspectio iudicantium, quos partium[i] consensus helegerit; ita ut iudex, quos certiores agnoverit vel seniores, faciat eos sacramenta prebere, quod terminos sine ulla fraude monstraverint[k], et tamen nullus novum terminum sine consortis presentia aut sine inspectore constituat. Quod si forsitan liber hoc fecerit, damnum pervasionis[l] excipiat, quod legibus continetur. Si vero id servus admiserit domino nesciente, CC[m] flagella publice extensus accipiat, et nullum ex hoc preiudicium domino conputetur.

d) aut — transactione *des.* *R* 1. e) et *R* 1. f) *ita* *R* 1, 2; atque *E* 1. g) adianctum *R* 1. h) quidquid *R* 1. i) ispactio *R* 1. k) demonstraverint *R* 2. l) persuasionis *R* 1; praevasionis *R* 2. m) ducentena *R* 2.

DE EGROTIS ET MORTUIS ADQUE TRANSMARINIS NEGOTIATORIBUS.

LIBER UNDECIMUS[a].

I. TITULUS: DE MEDICIS ET EGROTIS.

I. ANTIQUA[a].

Ne[1] absentibus propinquis mulierem medicus fleotomare[2] presumat.

Nullus medicus sine presentia patris, matris, fratris, filii aut avunculi vel cuiuscumque propinqui mulierem *a.* ingenuam fleotomare[b] presumat. Quod si hec presumserit, X[c] solidos propinquis aut marito coactus exolvat, quia difficillimum non est, ut sub tali occasione ludibrium interdum adcrescat.

LIB. XI. a) XI *R* 2.
TIT. I. a) fleuotomare *R* 2. b) opocisma *R* 2. c) sive *R* 2.
I. a) *deest R* 2. b) fleutomare *R* 1. c) deceni *R* 2.

1) *Ad hoc et cetera huius tituli capita cf. Dahn, 'Könige' VI*[2], *p.* 278 *sq.*
2) *'Fleotomare' vel 'fleutomare' i. q. 'flebotomare' vel 'phlebotomare', et similiter infra c.* 6. *'fleotomus' et 'fleotomia' intelligenda sunt.*

II. ANTIQUA[a].

Ne medicus custodia retentos visitare presumat.

Nullus medicorum, ubi comites, tribuni aut vilici in custodia retruduntur, introire presumat; ne illi per metum culpe sue mortem sibi ab eodem explorent. Nam si aliquid mortiferum his contigerit, multum rationibus publicis deperit. Si quis hoc medicorum presumserit, sententiam[b] cum ultione percipiat.

a.
a.

III. ANTIQUA[a].

Si medicus pro egritudine ad placitum expetatur[a].

Si quis medicum[b] ad placitum pro infirmo visitando aut vulnere curando poposcerit, cum viderit vulnus medicus aut dolores agnoverit, statim sub certo placito cautione emissa infirmum accipiat[c].

IIII. ANTIQUA[a].

Si ad placitum susceptus moriatur infirmus.

Si quis medicus infirmum ad placitum susceperit, cautionis emisso vinculo, infirmum restituat sanitati; certe si periculum contigerit[b] mortis, mercedem placiti penitus non requirat; nec ullam[c] exinde utrique parti calumnia moveatur.

V. ANTIQUA[a].

Si de oculis medicus ipocemata[b, 1] tollat.

Si quis medicus hipocisim[c, 2] de oculis abstulerit et ad pristinam sanitatem infirmum revocaverit, V solidos pro suo beneficio consequatur.

II. a) *deest R* 2. b) sententia *R* 1.
III. a) Antiqua — expetatur *des. R* 2. b) arciatrum *R* 2. c) suscipiat *R* 2.
IIII. a) *deest R* 2. b) contigerat *R* 1. c) ulla *R* 2.
V. a) *deest R* 2. b) isopocisma *R* 2; ypocemata *E* 1. c) hipocis *R* 1; ipocisin *R* 2; ypocisim *E* 1.

1) *I. q. hypochymata. Hypochyma autem idem est atque hypochysis; cf. n. sq.* 2) *Hipocisis vel hypochisis est morbus oculorum, qui vulgo dicitur 'Staar'.*

VI. ANTIQUA [a].

Si per fleotomum [b, 1] ingenuus vel servus mortem incurrat.

Si quis medicus, dum fleotomiam exercet, ingenuum debilitaverit [2], CL solidos coactus exolvat; si vero servum, huiusmodi servum restituat.

VII. ANTIQUA [a].

De mercedem [b] discipuli.

Si quis medicus famulum in doctrinam [c] susceperit, pro beneficio suo duodicim [d] solidos consequatur.

VIII. ANTIQUA [a].

Ne indiscusus medicus custodia [b] deputetur.

Nullus medicum inauditum, excepto [c] homicidii causam, in custodia retrudat. Pro debito tamen sub fideiussorem debet consistere.

II. TITULUS: DE INQUIETUDINE SEPULCRORUM.

I. ANTIQUA [a].

De violatoribus sepulcrorum.

Si quis sepulcri violator extiterit aut mortuum expoliaverit et ei aut ornamenta vel vestimenta abstulerit, si liber hoc fecerit, libram auri coactus exolvat heredibus et que [b] abstulit reddat. Quod si heredes non fuerint, fisco nostro cogatur inferre et preterea C flagella suscipiat. Servus vero, si hoc crimen admiserit, CC flagella suscipiat et [c] insuper flammis ardentibus exuratur, redditis [d] nihilhominus cunctis, que visus est abstulisse.

VI. a) *deest R* 2. b) fleutomum *R* 1.
VII. a) *deest R* 2. b) mercede *R* 2. c) doctrina *R* 2. d) duodecim *R* 2.
VIII. a) *deest R* 2. b) custodie *R* 2. c) excepta h. causa *R* 2.
TIT. II. I. a) *deest R* 2. b) *deest R* 1. c) insuper et *R* 2. d) redditus *R* 1.

1) *Flebotomus est ferrum ad flebotomandum aptum ('Aderlasseisen, Lanzette').* 2) *Cum in rubrica de morte ex flebotomia secuta scribatur, etiam hic exspectaveris:* mortuus fuerit. *In lege Ervigiana post* exolvat *leguntur:* si vero mortuus fuerit propinquis continuo tradendus est, ut quod de eo facere voluerint habeant potestatem, *et infra post* servum *inseruntur:* debilitaverit aut occiderit.

II. ANTIQUA[a].

Si sepulcrum mortui auferatur.

Si quis mortui sarcofacum[b] abstulerit, dum sibi vult habere remedium[1], XII solidus iudice insistente heredibus mortui cogatur exolvere. Quod si domino iubente servus hoc admiserit, dominus pro servo suo[a] conponere non moretur. Servus vero, si ex sua volumtate hoc admiserit, nihilhominus C flagella suscipiat, et quod tulerat et loco et corpori proprio reformetur.

III.[a] TITULUS: DE TRANSMARINIS NEGOTIATORIBUS.

I. ANTIQUA.

Si transmarini negotiatores rem furtivam vendere detegantur.

Si[2] quis transmarinus negotiator aurum, argentum, vestimenta vel quelibet ornamenta provincialibus nostris vendiderit, et conpetenti pretio fuerint venundata, si furtiva postmodum fuerint adprobata, nullam emtor calumniam pertimescat.

II. ANTIQUA.

Ut transmarini negotiatores suis et telonariis[a] et legibus audiantur.

Cum transmarini negotiatores inter se causam

II. a) *deest R* 2. b) sarcofagum *R* 2.
TIT. III. a) *usque ad finem tituli I. libri XII. omnia alia manu coaeva (correctoris) scripta sunt in R* 2. b) furtibam *R* 2. c) telonariis *R* 2. d) conmertium *R* 1.
II. a) thelonariis *R* 2.

1) *Sc. medicamentum superstitiosum; cf. Dahn, 'Westg. Stud.' p.* 235.
2) *De hac regula iuris commercialis pro eo tempore mira cf. L. Goldschmidt in 'Z. f. Handelsrecht' VIII, p.* 333 *sqq.; XVI, p.* 407; *'Handb. d. Handelsrechts' I*[3], *p.* 111, *n.* 51; *Dahn, 'Westg. Stud.' p.* 93 *sqq. et in 'Z. f. Handelsrecht' XVI, p.* 404 *sqq.*

habent, nullus de sedibus nostris eos audire presumat; nisi tantummodo suis legibus audiantur aput telonarios[b] suos[1].

III. ANTIQUA.

Si transmarinus negotiator mercennarium de[a] locis nostris secum transtulerit[b].

Nullus transmarinus negotiator de sedibus nostris mercennarium audeat in locis suis transferre. Qui contra hoc venire temtaverit, inferat fisco nostro auri libra unam et preterea C flagella suscipiat.

IIII. ANTIQUA.

Si transmarinus negotiator mercennarium pro conmercio susceperit.

Si quis transmarinus negotiator mercennarium de sedibus nostris pro vegetando[a] conmercio susceperit, det pro beneficio eius solidus tres per annum unum, et nihilhominus inpleto placito servum domino reformare cogatur.

b) tellonarios *R* 2.
III. a) pro conmertio susceperit *pro* de — transtulerit *R* 2. b) transtulerint *R* 1.
IIII. a) vegetandi conmertium *R* 1.

1) *Cf. Dahn, 'Könige' VI*[2], *p.* 283 *sq. et in 'Z. f. Handelsrecht' XVI, p.* 396 *sqq.; L. Goldschmidt, 'Handb. d. Handelsrechts' I*[3], *p.* 105, *n.* 32; *p.* 192, *n.* 167. — *Dahn 'telonarios suos' interpretatur quasi consules negotiatorum extraneorum, ab his, ut causas commerciales inter se diiudicarent, constitutos, sed eo simul officio functos, ut telonea a popularibus suis perciperent et fisco Visigothorum redderent. Econtra Goldschmidt intelligit telonarios regales Visigothos, quibus in emporiis iurisdictio super negotiatores transmarinos commissa erat, complura inferiorum saeculorum eiusdem conditionis exempla afferens.*

DE REMOVENDIS PRESSURIS ET OMNIUM HERETICORUM SECTIS EXTINCTIS.

LIBER DUODECIMUS[a].

I. TITULUS: DE TEMPERANDO IUDICIO ET REMOVENDA PRESSURA.

I. De commonitione principis, qua iubetur, ut iudicium temperent iudices.

II. Ut nullus ex his, qui populorum accipiunt potestatem et curam, quoscumque de populis aut in sumtibus aut indictionibus inquietare pertemtet.

I. FLAVIUS CHINDASVINDUS REX.

De conmonitione principis, qua iubetur, ut iudicium temperent iudices.

Qui necessaria[a] culpis hominum severitatem disponimus, convenit, ut Deo placita remedia miseris inpendamus[b]. Obtestamur itaque iudices omnes cunctosque, quibus iudicandi concessa[c] potestas est, teste virtutum omnipotentem[d] Deum[e], conmonemus ad investigandam quidem rei veritatem in causis omnibus sollerter[f] existere et absque personarum acceptione negotiorum omnium contentiones examinare, circa victas tamen personas[g] ac presertim paupertate depressas severitatem[h] legis aliquantulum temperare. Nam si in totum iudicii proprietas adtenditur[i], misericordie procul dubio mansuetudo deseritur.

LIB. XII. a) XII *R* 2.

TIT. I. I. a) necessariam *R* 2. b) inpendimus *R* 1. c) *deest* *R* 1. d) omnipotente *R* 2. e) dm̄ *R* 1; dō *R* 2; domino *edd.; intellige:* omnipotente Deo. f) sollertes *R* 2. g) pressonas *R* 1. h) severitate *R* 1. i) adtendatur *R* 2.

II. FLAVIUS RECCAREDUS[a] REX.

Ut nullus ex his, qui populorum accipiunt potestatem et curam, quoscumque de populis aut in[b] sumtibus[c] aut indictionibus inquietare pertemtet.

Omnes, quos regni nostri felicitate tuemur, nihil aliut eorum hutilitatibus consulentes, momentis omnibus statuimus, nisi, ut nulla[d] dispendiorum suspicionem patiantur. Quid est enim iustitie tam proximum vel nobis familiare, quam piam fidelibus manum porrigere et iuste hos, quos regimus, in diversis negotiis adiubare? Decernentes igitur et huius legis nostre severitatem[e] constituentes iubemus, ut nullis indictionibus, exactionibus, operibus vel angariis comes, vicarius vel vilicus pro suis hutilitatibus populos adgravare presumant nec de civitate vel de[b] territorio annonam accipiant; quia nostra recordatur clementia, quod, dum iudices ordinamus, nostra largitate eis conpendia ministremus[f]. Simili autoritate iubemus rectorem provincie sive comitem patrimonii aut actores fisci nostri, ut[g] nullam in privatis[h, 1] hominibus habeant potestatem nullaque eos molestia inquietent. Sed si privatus cum servis fisci nostri[g] habuerit causationem[i], actor vel procurator[i] commonitus in iudicio rectoris provincie vel iudicis territorii, ubi causa fuerit intromissa, suum representet minorem, ut discusso negotio districtione legali uniuscuiusque emendetur excessus. Et quia, dum regali cura actores nostrarum perquireremus provinciarum, conperimus, quod numerarii vel defensores annua vice mutentur, qua de causa detrimentum nostris non ambigimus populis ęvenire, ideoque iubemus, ut numerarius vel defensor, qui ęlectus ab episcopis vel populis fuerit, conmissum peragat officium. Ita tamen, ut, dum numerarius vel defensor ordinatur, nullum beneficium iudici dare debeat, nec iudex presumat ab eis aliquid accipere vel exigere. Quod si quis iudicum hanc nostram transcenderit constitutionem, honore privatus decem libras auri fisco[b] nostro[b] coactus exolvat. Sacerdotes vero, quos divina obtestatione conmonemus[k], si excessus iudicum aut actorum scierint et

II. a) *ita R 2*; Recaredus *R* 1. b) *deest R* 1. c) subtibus *R* 1. d) nullam *R* 2. e) severitate *R* 2. f) ministramus *R* 2. g) ut — fisci nostri *om. per errorem R* 2. h) pravitatis *R* 1. i) tionem a. v. pr. *abscisa desunt R* 1. k) c o n v e n i m u s *R* 2.

1) *De privatis cf. etiam supra p.* 157, *n.* 2.

ad nostram non retulerint agnitionem, noverint se concilii iudicio esse plectendos, et detrimenta, que pauperes eorum silentio pertulerint, ex eorum rebus illis esse restituenda.

II. TITULUS: DE OMNIUM HERETICORUM ADQUE IUDEORUM CUNCTIS HERRORIBUS [a] AMPUTANDIS [b, 1].

I. Quod post datas fidelibus leges, oportuit infidelibus [c] constitutione ponere leges.
II. De omnium heresum erroribus abdicatis.
III. De datis et confirmatis legibus supra Iudeorum nequitiam [c] promulgatis.
IIII. De cunctis Iudeorum erroribus generaliter extirpatis.
V. Ne Iudei more suo celebrent pasca.
VI. Ne Iudei more suo fedus copulent nuptiale.
VII. Ne Iudei carnis faciant circumcissiones.
VIII. Ne Iudei more suo diiudicent [d] escas.
VIIII. Ne Iudei questione christianos inscribant.
X. Ne Iudei contra christianos testificentur.
XI. De pena, qua perimenda est transgressio Iudeorum.
XII. Ne Iudeus christianum mancipium circumcidat.
XIII. De mancipiis christianis, que [e] a Iudeis aut vendita [e] aut libertati tradita [esse [f] noscuntur [f]].
XIIII. Ut nullis modis Iudeis mancipia adereant christiana.
XV. De [g] interdicto omnibus christianis, ne quisque Iudeum [c] quamcumque factione adque favore vindicare vel tueri pertemtet.
XVI. De Iudaizantibus christianis.
XVII. Placitum Iudeorum in nomine principis factum.

TIT. II. a) ERRORIBUS *R* 2. b) AMPUTATIS *R* 1; PUTANDIS *R* 2. c) *reliqua rubricae pars deest R* 2. d) iudicent *R* 1. e) qua *pro* que a *R* 1. f) *deest etiam R* 1. g) Ne *R* 1.

1) *De legibus tituli huius contra Iudaeos datis cf. Helfferich, 'Westg. R.' p.* 40 *sqq.* 68 *sqq.* 179 *sqq.; H. Grätz, 'Die Westgothische Gesetzgebung in Betreff der Juden', Vratisl.* 1858, 4°; *Dahn, 'Könige' VI*², *p.* 411 *sqq.*

I. FLAVIUS GLORIOSUS RECCESSVINDUS REX.

Quod post datas fidelibus leges oportuit infidelibus constitutionem ponere legis.

Actenus per arduas culparum semitas iudiciorum cautos dreximus gressos[a] et per humane adinventionis precipites et inmoderatos excessos ordinate gravitatis emisimus cursus. Egisse namque nostram illic[b] intentionem conspicuum est et dissuadere, quod male suasum irrite libet, et proibere, quod turpe non decet, et auferre, quod male actum decus[c] honestatis aborret. Ut enim legalis ordo male consciarum sibi mentium abdita penetrabit, ita legalis[d] censura et morum prava correxit et scelerum[e] conmissa truncabit. Verum hanc pudicitia[f] animorum non egimus alibi quam intra ecclesiam Dei vivi, qui diversitatem simul nationum et hominum unius tunice inmortalitate vestivit, unius etiam sacre religionis sibi vinculis[g] religabit. Ibi enim licet excellentiam[h] nostri vigoris a virtutum Deo fuerit terrene glorie sublimata culminibus, interdum tamen motu compassionis, interdum acię iudicantis et peccandi licentiam[i] sollicite vetare[k] curabit[l] et perventa delicta modo temperanter diminuendo subtraxit, modo vehementer stirpando[m] conlisit; non solum sequens nobilium inlustriumque gentium mores, que rationabilibus et modestis legibus ordinare curaverunt inlicitos populorum excessos, sed sanctissimorum quoque patrum toto terrarum orbe felicium et regulas imitans et exempla presumens, quo possit amplitudo nostre mansuetudinis in illorum preceptis velut in forma operis imitationem exprimere actionis; et ex hoc debere cognoscere proximis subietisque plebibus honestatis conpetentia indidisse decreta, ex quo aut culparum meritis[n] sunt evidenter expressa[o], aut sanctorum patrum sententiis prorsus non inveniuntur externa, duo mihi dona uno divinitatis premio provenire confidens, ut et cum proximis salutari[p] temporum perfruar pace, et divinis iudiciis munere regiminis peractam mercede dispositis dehinc populorum fidelium legibus adque in domo sancte fidei vere propriis membris confecto medicamine salutari et ordinata[q] cari-

I. a) gressus *R* 2. b) ilico *R* 2. c) decore *R* 2. d) legali *R* 1; legis *R* 2. e) iscelerum c. truncavit *R* 2. f) pudicitiam *R* 2. g) vinculum *R* 1. h) excellentia *R* 2. i) licentia *R* 1. k) *ita R* 1; *lege:* vitare; *deest R* 2. l) curavit *R* 2. m) *ita R* 1. *E* 1; tirpando *E* 2; exatdando *R* 2. n) meriti *R* 1. o) impressa *R* 2. p) *ita E* 1. 2; salutaris *R* 1; salutare *R* 2. q) ordinato *R* 1; ornata *R* 2.

tatis decentissime pace, fidenter in virtute Dei adgrediar hostes eius, insequar emulos, persequar adversos, contendens viriliter, perseverans instanter, aut comminuere[1] illos ut pulverem[r] excussum aut delere ut lutum sordentium platearum[1], certe aut de illis et fidei conquirere lucrum et glorie Dei dare tropheum, ut, dum fideles populos in religionis sacre pacem[s] possederim adque infideles ad concordiam religiose pacis adduxerim, et mihi crescat gloria premium, et virtutum Deo dilatem adque augeam regnum.

II. FLAVIUS GLORIOSUS RECCESSVINDUS REX.

De omnium heresum erroribus abdicatis.

Divine virtutis eternum consilium et in ultimorum seriȩ seculorum pietatis eius revelatum arcanum per retroactarum[a] dierum tempora omnem, ut cernimus, a cunctis nostri regimonii finibus et perfidiam[b] dissipavit errantium et dogmatum abdicabit conmenta pravorum. Verumtamen ne, dum nostris consistimus in diebus, tempus illut occurrat, de quo vas electionis[2] olim protulit, dicens: 'Erit[3] tempus, cum sanam doctrinam non[c] sustinebunt[c], sed secundum sua desideria coacerbabunt[d] sibi magistros prurientes auribus et a veritate quidem auditum avertent, ad fabulas autem convertentur', convenit et ea, que in[e] luce fidei manent, a tenebris contradictionum edicto legali defendere et ea, que exoriri[f] obvia forsitan error inpulerit, gestis legalibus propulsare. Nullus itaque cuiuscumque[g] gentis aut generis homo proprius et advena, proselitus et indigena, externus et incola contra sacram et singulariter unam veritatis catholice fidem quascumque noxias disputationes eamdem fidem inpugnans palam pertinaciter aut constanter vel proferat vel proferre silenter adtemtet. Nullus evangelia sacra convellat. Nullus apostolica instituta decerpat. Nullus antiquorum patrum defensionis huius sacras definitiones inrumpat. Nullus modernorum disserentium congruentes fidei tractatus spernat. Nullus contra omnem[h] sanctum vere fidei sacramentum aut cogitationes ruminet cordis aut verba patuli proferat oris. Non in

r) pulvere *R* 1. s) pace *R* 2.
II. a) perpetratorum *R* 2. b) perfidia *R* 1. c) *abscisum* *R* 1. d) coacervabunt *R* 2. e) *deest* *R* 1. f) exuriri *R* 1. g) cuiuslibet *R* 2. h) omne *R* 2.

1) *Cf. Psalm.* 17, 43. 2) *Cf. Acta apost.* 9, 15. 3) 2. *Tim.* 4, 3. 4.

contradictione controversiam perfidus excitet pervicacis, non in provitatis contentione[i] litem statuat adversantis. Nam quecumque persona in cunctis stis[k] vetitis extiterit deprehensa, si[l] quidem ex quacumque religionis potestatem[m] vel ordine fuerit, amisso[n] loci et dignitatis honore, perpetuo reatu erit obnoxius, rerum etiam cunctarum amissione multatus. Si vero ex laicis extiterit, et honore solutus et loco, omni rerum erit possessione nudatus, ita ut omnis transgressor sanctionis huius[o] aut eterno exilio mancipatus intereat, aut divina miseratione respectus a prevaricatione convertatur et vivat.

III. FLAVIUS GLORIOSUS RECCESSVINDUS REX.

De datis et confirmatis legibus supra Iudeorum nequitiam promulgatis.

Vetitis et seclusis generaliter omnium hereticorum presumtionibus execrandis, nunc specialiter nobis est de presentibus ordinandum, quoniam et in presenti de his cognoscimus esse presumtum. Nam cum virtus Dei totum universaliter acie verbi sui radicitus heresum extirpaverit surculum, solam[a] Iudeorum nequitiam ingemiscimus regiminis nostri arva esse polluta. Unde per spiritum Dei vindicare conavimur[b] pacem nostram, que gentibus[1] quidem stultitia est, eisdem vero Iudeis scandalum, nobis autem credentibus idem Christus Dei virtus et Dei sapientia[1], cuius miserationem[c] preventi concutimur[d] intentione fideli, tam vetustis erroribus ponere finem, quam futurorum exordiorum concidere novitatem. Quapropter eternam[e] legem iubemus et sacrarum scripturarum iussu decernimus, tam nostrarum legum edictum[f], quam precessorum nostrorum regum legali serie sententias promulgatas, que contra eorum perfidia[g] et personas data consistunt, eterna consecrationem[h] inviolata persistere et perenni custodia observata manere. Que si quis eorum temerare detectus extiterit, et subter iacentium legum damnis noxius erit et specialibus ultionum sententiis subiacebit.

i) *i. q.* contemptione. k) istis *R* 2. l) *deest* *R* 1. m) potestate *R* 2. n) admisso *R* 1. o) istius *R* 2.
III. a) sola I. nequitia *R* 2. b) conamur *R* 2. c) miseratione *R* 2. d) concuttimur *R* 1. e) eterna lege *R* 2. f) edicta *R* 2. g) perfidiam *R* 2. h) consecratione *R* 2.

1) *Cf.* 1. *Cor.* 1, 23. 24.

IIII. FLAVIUS GLORIOSUS RECCESSVINDUS REX.

De cunctis Iudeorum erroribus generaliter extirpatis.

Nullus Iudeorum sacre religionis christianam fidem, quam sancti percepit tinctione baptismatis[a], aut profanet[b] aliquatenus aut relinquat. Nullus hanc factis, nullus dictis inpugnet. Nullus huic absconse, nullus palam insultet. Nullus fugere ad hanc evadenda[c] contendat. Nullus, ut hanc effugiat, quibuscumque latibulis sese hoccultandum iniciat. Nullus spem quandoque profanationis iterande contineat. Nullus confidentia renovandi erroris adsumat. Nullus prorsus perfidia[d] et christiane religioni obvia secta[d] corde teneat, verbis promat, factis ostendat. Nullus ex his, que in eorum placitis sunt conscripta eorumque publica scriptione notata[1], temerare istudeat vel reverrare[e] presumat. Nullus omnium morum[f] vetitorum conscium vel operatorem celare adtemtet. Nullus inventum latentem pubplicare[g] retardet. Nullus auditam latebram denuntiare recuset. Cunctorum namque eorum quisque transgressor inventus constitute legis erit subplicio[h] puniendus.

V. FLAVIUS GLORIOSUS RECCESSVINDUS REX.

Ne Iudei[a] more suo celebrent pasca[a].

Nullus de Iudeis XIIII. luna[2] mensis alicuius[b. 3] faciat pasca, neque dierum ipsorum, ut soliti sunt[b], sollemnia celebrabunt. Non dies festos omnis sollemnitatis mediocres aut summos quisque eorum[c] venerabitur aut intendat errore vel honore vetusto, non[c] ferias custodiet, non sabbata et omnia festa ritum[d] observantie sue deinceps aut coleat[e] aut contingere quandoque presumat. Nam perventus mox speciali damnationis sue multabitur ultione[f].

IIII. a) bautismatis *R* 1. b) profane *R* 1. c) evadendam *R* 2. d) perfidiam — obviam sectam *R* 2. e) *ita emendavi* (= reverrere); severrare *R* 2; reverare *E* 1; verberare *R* 1. f) *ita R* 1. 2; horum *E* 1. 2. *alii*. g) publicare *R* 2. h) supplicio *R* 2.

V. a) Iudei — pasca *legi nequeunt R* 1. b) alicuius — sunt *des. R* 1. c) eorum — non *des. R* 2. d) ritu *R* 1. e) *ita R* 1. 2. f) ultionem *R* 1.

1) *Exemplum placiti huiusmodi exstat infra c.* 17. 2) *'Luna quarta decima' dicitur dies quartus decimus post primam lunam.* 3) *Iudei pascham celebrant luna quarta decima mensis, quem dicunt Nisan, christiani vero die dominico post lunam quartam decimam post aequinoctium vernum.*

VI. FLAVIUS GLORIOSUS RECCESSVINDUS REX.

Ne Iudei more suo fedus conpulent nuptiale[a].

Nemo ex Iudeis propinquitate[b] sanguinis sui coniugio[c] copulet, adulterio polluat, incesto[d] conmaculet. Nullus usque ad sextum generis gradum coitum[e] personam quamcumque contingat. Nullus festa nuptialia aliter, quam christianorum mos habet, vel abpetat[f] vel usurpet. Nam detectus damnationis date ultionibus punietur.

VII. FLAVIUS GLORIOSUS RECCESSVINDUS REX.

Ne[a] Iudei carnis faciant circumcissiones[a].

Nullus Iudeorum circumcissionem operabitur carnis. Nullus hanc sibi fieri patietur indemnis. Non servus, non ingenuus aut libertus, incola vel extraneus eiusdem detestande sectionis[b] obprobrium quacumque occasione aut perferet aut alteri inferre presumat. Nam quicumque isponte talia fecisse vel sustinuisse probabitur, date[c] legis severitate plectetur.

VIII.[a] FLAVIUS GLORIOSUS RECCESSVINDUS REX.

Ne Iudei more suo diiudicent[b] escas[a].

Cum beatus Paulus apostulus[c] dicat: 'Omnia[1] munda mundis, coinquinatis autem et infidelibus nihil est mundum', merito Iudeorum detestabilis vita et discretionis horrende mundicia omni sordium errorem[d] inmundior et refelli[e] oportet et habici debet. Ne quis ergo ex his primeve ritu[f] tradicionis et usuati consuetudine moris mundas ab inmundis diiudicet escas. Nemo sumenda inhonesta reiciat, que valde bona esse sui condicio probat. Nemo ex his aliut privet, aliut usurpet, nisi tantum illa discretione servata, que ab omnibus christianis tenetur salutaris et congrua. Alioquin in transgressione quisque detectus constitutis erit suppliciis addicendus.

VI. a) nuptiarum *R* 1. b) propinquitatem *R* 2. c) coniuctio copulent *R* 1. d) incestu *R* 2. e) *intellige:* coitu; coita *R* 2. f) adpetat *R* 2.
VII. a) *rubrica deest R* 2. b) *ita E* 1. 2. *alii;* sanctionis *R* 1; setcanis *R* 2. c) data *R* 1.
VIII. a) *inscriptio et rubrica legi nequeunt R* 1. b) diiiudicent *R* 2. c) apostolus *R* 2. d) *ita R* 1. 2; *lege:* errore. e) *ita R* 2; refilli *R* 1. f) *ita E* 1; ritum *R* 1; (primave)rit ut *R* 2.

1) *Tit.* 1, 15.

VIIII. FLAVIUS GLORIOSUS RECCESSVINDUS REX.

Ne Iudei questione[a] christianos inscribant.

Speciali hoc decreto censetur, nulli Iudeo pro qualicumque[b] negotio quandoque licere contra christianum, quamvis humilis servilisque persone, testimonium dicere neque pro qualibet actione aut inscriptionem[c] christianum inpetere, aut pro Iudeorum causis quacumque factione hunc tormenta subire. Profanum etenim satis est infidelis fidem fidelibus anteponere et membra Christi adversariorum eius molestiis subiugare. Sane si idem inter se causarum negotia repperiantur habere, et testificandi adversum se et in[d] servis suis tantumdem coram christianis iudicibus questionem inicere sit illis liberum ex lege licere.

X. FLAVIUS GLORIOSUS RECCESSVINDUS REX.

Ne Iudei contra christianos testificentur, et quando ex illis progenitis testificari sit licitum.

Si coram hominibus reppertum mendacium et infamem[a] facit et damnis adfligit, quanto magis in divina fallax fide perventus non erit penitus[b] ad testimonium admittendus. Merito ergo testificari proibiti sunt Iudei, seu baptizati, sive non extiterint baptizati. De istirpe[c] autem illorum progeniti si morum provitate[d] et fidei plenitudine habeantur idonei, permittitur illis inter christianos veridica[e] quidem testificandi licentia, sed non aliter, nisi sacerdotem[f], regem vel iudicem mores illorum et fidem omnimodis conprobantes[g].

XI. FLAVIUS GLORIOSUS RECCESSVINDUS REX.

De pena, qua perimenda est transgressio Iudeorum.

Hec de sino[a] fortissimarum legum sententia emanat ad puniendam perfidiam Iudeorum, ut, quicumque aut superioribus vetita legibus aut suis inixa[b] placitis temerare voluerit vel frustrare presumserit, mox iusta[c] isponsionem[c] ipsorum gentis sue manibus aut lapide perimatur aut igne cremetur. Quod si denotatum cri-

VIIII. a) questioni *R* 1. b) quacumque *R* 1. c) scriptione *R* 2. d) inter *R* 1.
X. a) infamen *R* 1. b) *deest* *R* 1. c) stirpe *R* 2. d) pravitate *R* 2. e) *ita* *E* 1. 2; verefica *R* 1; veredicant *R* 2. f) sacerdote rege vel iudice *R* 2. g) *ita* *R* 1; conprobante *R* 2. *E* 1.
XI. a) sinu *R* 2. b) *ita* *R* 1 (*i. e.* innexa); inexa *R* 2. c) *i. e.* iuxta; iuxta sponsionem *R* 2.

mine reum principalis pietas reservaberit[d] viviturum, ille cui placuerit serviturus a rege donetur, et omnia bona eius aliis possidenda tradantur; sicque fiat, ut nec rem amissam recipiat dominus, nec libertatem reppereat[e] servus[f].

XII. FLAVIUS RECCAREDUS[a, 1] REX.

Ne Iudeus[b] christianum mancipium circumcidat.

Nulli[2] Iudeo liceat christianum mancipium conparare vel donatum accipere. Quod si conparaverit vel donatum acceperit et eum circumciderit, et pretium perdat, et quem acceperat liber permaneat. Ille[2] autem, qui christianum mancipium circumciderit[c], omnem facultatem suam amittat et fisco adgregetur[d]. Servus vero vel ancilla, qui contradixerint esse Iudei, ad libertatem perducantur.

XIII. FLAVIUS SISEBUTUS REX.

De mancipiis christianis, que a Iudeis aut vendita aut libertati tradita esse noscuntur.

Sanctissimis hac beatissimis Agapio[3], Cicilio[4], item Agapio[3] episcopis sive iudicibus[a] ibidem institutis, similiter et reliquis sacerdotibus vel iudicibus in territoria Barbi[5], Aurgi[6], Sturgi[7], Iliturgi[8], Viatia[9], Tula[10],

d) reservaverit *R* 2. e) repararet *R* 2; reparet *E*. f) secura *R* 1.
XII. a) *ita R* 2; Recc̄ds *R* 1, *quo compendio alias quidem Reccessvindus significatur, hic tamen* Reccaredus *legendum est, quia* gloriosus, *quod soli Reccessvindo eique semper in hac legis Vis. forma tribuitur, deest.* b) Iudus *R* 1. c) circiderit *R* 1. d) adcregetur *R* 1.
XIII. a) iudibus *R* 1.

1) *Hanc legem a Reccaredo I. datam esse, quod codices nostri probant, iam suspicati sunt Helfferich, 'Westg. R.' p.* 42, *et Grätz, 'Westg. Gesetzg. betr. d. Juden' p.* 31. *Dubito autem, num haec lex ea sit, quam contra perfidiam Iudeorum a Reccaredo rege datam esse Gregorius M. papa in epistola a.* 599, *IX,* 228 *sq. (Reg. pontif., ed.* 2. *I, nr.* 1757*) scribit.* 2) *Haec constitutio ex legibus Romanis recepta est; cf. L. Rom. Vis. C. Th. III,* 1, 5*; XVI,* 4, 1. 2*; Paul. V,* 24, 3. 4. *Cf. praeterea Concil. Tolet. III. c.* 14. *et IV. c.* 59. 66. 3) *Alter Agapius episcopus Tuccitanus, alter Cordubensis; cf. Florez, 'España sagrada' XII, p.* 398 *sq.; X, p.* 228 *sqq.* 4) *Caecilius episcopus Mentesanus, l. c. VII, p.* 249 *sqq.* 5) *Olim municipium Singiliense Barbense, nunc 'el Castillon' prope Anticariam ('Antequera'), prov. 'Malaga'; cf. Corp. Inscr. Lat. II, p.* 272. 6) *Nunc 'Jaen'; cf. C. I. L. II, p.* 452. 7) *Vel Isturgi, nunc 'los Villares' prope 'Andujar', prov. 'Jaen'; cf. C. I. L. II, p.* 297. 8) *Vel Illiturgi nunc 'las Cuevas de Lituergo' prope 'Andujar'; cf. C. I. L. II, p.* 297. 9) *In inscriptionibus Vivatia, nunc 'Baëza', prov. 'Jaen'; cf. C. I. L. II, p.* 449 *sq.* 10) *Olim Tugia, Graece: Τουία, nunc 'Toya' (fortasse supra emendandum est: Tuia); cf. C. I. L. II, p.* 448.

Tutugi[b.1], Egabro[2] et[c] Epagro[d.3] consistentibus. Dudum late constitutionis autoritas a domino et precessore nostro Reccaredo rege[4] sufficere poterat, ut mancipia christiana nullatenus in Aebreorum iure manerent obnoxia, si inpostmodum contra iustitie instituta[e] eorum pravitas subripiendo principum animos aliqua sibi iniusta non poposcissent beneficia. Proinde, quia Deo adiubante[f] legem fieri decrevimus et fraudibus eorum per diversa capitula[g] obstitimus[h], ideo pro eo[g], quod retro tempore fuerat vitiatum, iuxta edictum ante dicti principis decernimus: ut, si qua christiana mancipia eo tempore, quo[i] autoritas data est, in eorum iure fuisse probantur[k], seu sint libertati tradita, seu forte ad libertatem non fuissent perducta, ad civium Romanorum privilegia iuxta nostre legis ędictum transire debeant. Nam, etsi qua inlicito[l] ausu de hisdem mancipiis, que per constitutionem regiam fuerant absoluta, in iure cuiuslibet per quamcumque scripturam transegisse visa sunt, rescissa tali conligatione ad istatum[m] ingenuitatis, recepto iuxta leges pretio a vinditoribus[n], revertantur et prenotati[o] in polipticis publicis adque secundum eorum peculium iustissima aderatione censiti[p] vitam[p] in propriis laboribus ingenuitate transigere valeant. Si qua vero mancipia post metas dierum, in qua autoritas sepe dicti principis promulgata est, ab illis quolibet[q] titulo[r] iustissime conquisita sunt, aut vendere aut libertare, prout maluerint[s], usque ad kalendas Iulias licentiam illis[c] tribuimus. Hii vero christiani, qui ab Ebreis quocumque tempore circumcisi sunt vel in ritu[t] eorum sunt, legali ordinatione multentur. Nam et de his, qui per legem absoluti esse cernuntur, qui ab ipsis Ebreis servi addicti sunt vel hucusque retenti, sicut ingenuis legibus eis satisfacere non morentur. Iudei igitur, qui ad fidem sanctam confugium visi sunt fecisse, portionem sibi debitam ex successione parentum in mancipiis accipiant.

b) Tutigi *R* 2. c) *deest* *R* 1. d) Epagri *R* 2. e) institute instituta *R* 1. f) iubante *R* 1. g) capitula — eo *abscisa desunt* *R* 1. h) *ita* *E* 1. 2; obtinuimus *R* 2. i) e quo *R* 1. k) probatur *R* 1. l) inlicita ause *R* 1. m) statum *R* 2. n) venditoribus *R* 1. o) notati *R* 1. p) censiti tam *pro* c. v. *R* 1. q) quelibet *R* 1; colibet *R* 2. r) titulis *R* 1. s) maluerit *R* 2. t) ritum *R* 1.

1) *Idem nomen exstare in inscriptione C. I. L. II, n.* 3406: res publica Tuatuc[ensis] *(nunc 'la Galera' prope 'Baza', prov. 'Granada'), feliciter coniecit Aem. Hübner l. c. p.* 461. 2) *Olim Igabrum, nunc 'Cabra', prov. 'Córdova'; cf. C. I. L. II, p.* 215. 3) *Olim Ipagrum, nunc 'Aguilar de la Frontera', prov. 'Córdova'; cf. C. I. L. II, p.* 205. 4) *Cf. supra c.* 12.

Venditiones vero, que facte fuerint, quos in unum tempus venditionis invenerit, parentum vel filiorum nulla sit in[u] distrahendo divisio, sed in unum ad conparantis transeant[v] dominium. Nam et quisquis de Iudeis sub nomine proprietatis fraudulenta suggestione aliquid a precessoribus nostris visus est promeruisse, exacta eius autoritate, fisco nostro faciat issociari[w]. Mancipia vero Iudeorum, que ad baptismi gratia fecerint[x] confugium, ubicumque reperta fuerint[y], exigantur et libera[z] dominis[y] suis reddantur; ita ut, qui habet suum peculium, in ea libertate illi[u] conferatur, et[u] qui non habuerit, a manumissore, prout vires habuerit, illi concedatur; et descripti[a] sicut ceteri eorum libertati[b], census pro eo peculio illis inponatur.

XIIII. FLAVIUS SISEBUTUS REX.

Ut nullis modis Iudeis mancipia adhereant[a] christiana, et ne in sectam[b] eorum modo quocumque ducantur.

Universis populis ad regni nostri provincias pertinentibus salutifera remedia nobis gentique nostre conquirimus, cum fidei nostre coniunctos de infidorum manibus clementer eripimus. In hoc enim ortodoxa gloriatur fidei regula, cum nulla in[c] christianis habuerit[d] potestate[e] Ebreorum execranda perfidia. Habominanda[f] sunt ergo in christianis funesta Iudeorum imperia, et reducenda est sub amore catholico[g] plebs[g] Deo sacrata in gratia. Ob hoc hac in perpetuum valitura lege sanccimus adque omni cum palatinum[h] officio futuris temporibus instituentes decernimus, nulli Hebreo ab anno regni nostri feliciter primo christianum liberum vel servum mancipium in patrocinio vel servitio suo habere. Nullum[i] ex his mercennarium nullumque sub quolibet titulo sibimet[k] adherentem hec[l] divalis sanctio fore permittit. Vendere tamen infra fines regionum nostrarum in his locis, ubi conmanere videntur, cum omni peculio christiano, cui fas fuerit, iustissimo pretio libera facultas subiaceat. Nec liceat venditoribus in alias eos[m] regiones transferre, nisi ubi eorum mancipiorum sessio iudicatur

u) *deest* R 1. v) transeat R 1. w) ussociari R 2. x) fecerunt R 2. y) fu[erint — domi]nis *uncis inclusa abscisa desunt* R 2. z) libera a d. R 2. a) descriptis sicut et ceteri R 2. b) *ita* R 2. E 1; liberti E 2. *alii; deest* R 1.

XIIII. a) adhereat R 1; adereant R 2. b) secta R 1. c) cum R 1. d) habuerint R 1; abuerit R 2. e) potestatem R 2. f) Abominanda R 2. g) cahtolico plevis R 1; catholice plebs R 2. h) palatino R 2. i) Nullus R 1. k) sibi et R 1. l) et divallis R 1. m) *deest* R 1.

et mansio. Quod si ita proveniat, ut hii[n], qui transacti fuerint, nihil in suo cernantur habere peculio, tantum hiis[o] mancipiis a venditoribus dare precipimus, quantum illis sufficere ad excolendum vel gubernandum se invenerit comparantis electio, ne sub nomine emtionis non[p] tam[p] transactio, quam videatur[q] esse exilium[r]. Libertare[s] vero servum christianum Hebreus si maluerit, ad civium Romanorum dignitatem eundem manumittere debebit; nulli scilicet Hebreo nec cuilibet obsequio reservato[t], sed vitam suam ubi voluerit manumissus procul ab[u] Hebreorum[u] consortio transigendi habeat potestatem. Quod si calliditatis[v] fraudulentia Hebreus infestus venditionem adque libertatem tali sub dolo confecerit, ut quedam deceptionis argumentatio vel venundatio vel[w] manumissio futuris temporibus invido dolo preveniat, quatenus hunc captiositas ementis adque vendentis dolo malo decipiat: huius nefandi isceleris argumentum ingenuus si prodiderit, facultatem sibi profuturam in omnibus Iudei percipiat. Christianus re vera, quem similis presumtio reum fecerit[w], nullis si fuerit facultatibus latus, in servitio cui princeps voluerit redigatur. Si rerum certe illi ambitio[x, 1] fuerit, medietate fisco coniuncta, perpetua ipse notetur infamia. Servus vero huius calliditatis detector liberum se gaudeat profuturum, et in eius consistat adsiduus patrocinio, in cuius cernitur actenus fuisse servitio. Ut autem eius firmissima libertas permaneat, vicarium a fisco servum dominus pro eodem accipiat, et insuper libram auri ab ipsis, quorum revelabit scelera, illi exacta proficiat. Quod si Hebreus circumciderit christianum aut christianam in suam sectam ritumve transduxerit, cum aumento[y] denuntiantis capitali subiaceat supplicio, eiusque sine dubio bona incunctanter sibi vindicet fiscus. Mancipia vero, que ex christianorum et Hebreorum conubiis nata vel genita esse noscuntur, id observari censuimus, ut christiana efficiantur. Si certe hii, qui in ritu Hebreorum[z] transducti sunt, in ea perfidia istare[a] voluerint, ut minime ad sanctam fidem[b] perveniant, in conventu populi verberibus cesi adque turpiter decalvati christiano, cui a

n) hi *R* 2. o) his *R* 2. p) nota *R* 1; notam *R* 2. q) videtur *R* 1. r) exilio *R* 1. s) Liberare *R* 2. t) servato et *pro* res. sed *R* 1. u) habere orum *R* 1; ab ebreorum *R* 2. v) galliditatis *R* 1. w) vel — reum fecerit *desunt, 6 lineis vacuis relictis* *R* 2. x) *ita* *R* 2. *E* 1; habinitio *R* 1; abitatio *E* 2. y) augmento *R* 2. z) Iudeorum *R* 2. a) stare *R* 2. b) fidem — permanere *desunt, 7 lineis vacuis relictis* *R* 2.

1) *'Ambitio' = splendor; cf.* 2. *Par.* 16, 14; 1. *Macc.* 9, 37; *Act.* 25, 23.

nobis iussum fuerit, perpetuo servitio servituri subdant[ur[c]. Quod si tam inlicita conubia fuerint perventa, id elegimus] observandum, ut si volumtas subiacuerit[d], infidelis[d] ad fidem sanctam perveniat. Si certe distulerit, noverit se a coniugali consortio divisum adque divisa in exilio perenniter permanere. Inter cetera hoc adicientes precipimus, ut, dum quispiam Hebreorum certa devotione in catholicam confugium fecerit fidem et purificationis unda labacrum sanctum[e] susceperit, quidquid eodem tempore in omnibus rebus conprobatur habere, remota cunctorum molestia, ut vere fidelis sibi perpetim vindicet. Hoc vero edictum infra die[f] kalendarum proxime succedentium Iuliarum inplere cunctos per nostras a Deo conlatas regiones modis omnibus premonemus. Quibus ęvolutis kalendis, aput quemlibet Hebreum christianum fuerit reppertum mancipium, medietas facultatis Hebrei huius fisco subiaceat, et libero[g] reddito, qui per suam proditionem fuerit aput eum reppertus, nihil sibi Hebreus de persona eius vel peculio ultra defendat. Hanc vero legem, quam pietatis et religionis amore concepimus pro nostro populique nostri remedio, in perpetuum suffragante[h] autore Domino valituram[i] esse censemus. Successores quoque nostros legis huius instituta servantes victrix Christi victores faciat dextera, et eius solium in veritate conroboret, cuius in hoc fidem[k] inspexerit divina clementia. Et licet huius legis prolata[l] sententia a nemine temerari posse credamus, audacia tamen transgressoris et non venerabiliter conservantis sit in hoc seculo ignominiosior cunctis hominibus, et vita illius eodem in tempore concidat, quo sinistre partis adsensum in tam nefaria volumtate perduxerit detestanda temeritas, tantumque obnoxius in eternum peccatorum mole detineatur, in quantum transgressor[m] fuerit legis huius salubre decretum. Futuri etiam examinis terribile cum patuerit tempos[n], et metuendus adventus Domini fuerit reservatus, discretus a Christi grege prespicuo, ad levam[o] cum Hebreis exuratur flammis atrucibus[p], comitante sibi diabulo, ut ultrix in transgressoribus et eterna pena deseviat, et locuplex remuneratio christianis faventibus hic et in eternum copiosa[q] proveniat[q].

c) *uncis inclusa, quae abscisa desunt etiam R* 1, *supplevi secundum E* 1. d) supplacuerit infideli *R* 1. e) sancti *R* 1. f) diem *R* 2. g) liberto *R* 1. h) suffragantem *R* 1. i) valitura *R* 1. k) fide *R* 1. l) prolatam scientiam *R* 2. m) transgressus *R* 2. n) tempus *R* 2. o) laeva *R* 1. p) atrocibus *R* 2. q) *abscisa des. R* 1.

XV. FLAVIUS[a] GLORIOSUS RECCESSVINDUS[a] REX.

De interdicto omnibus christianis, ne quisque Iudeum quacumque factione adque favore vindicare vel tueri[b] pertemtet.

In conclusionem omnium preteritarum legum, quas ad conterenda[c] perfidia Iudeorum tam nostra intentio quam precessorum[d] nostrorum studia decreverunt, oportuit hanc novissime legem ad robor soliditatis[e] adicere et conpetenti munimento premissa ex ordine roborare. Postquam enim dedimus sacre fidei profanis hostibus conpetens repudium et cunctis adinventionibus perfidorum posuimus ex obvio terminum, debite conpulsi sumus, et ea, que concreta sunt, solidare, et que consolidata sunt, pulcritudine venustare, ut, quantum[f] artifex vivacius[g] expresserit ingenium cogitationis in arte, tanto vigore simul et decus adsumat qualitas forme. Ne ergo quibuscumque adinventionibus calliditas Iudeorum, indesinenti persequenda conatu[h], subrepat obtate profana[i] iura licentie, hoc providenter legis huius decernitur sanctione, ut nullus de religiosis cuiuscumque hordinis vel honoris seu de palatii mediocribus adque primis vel ex omnibus cuiuslibet qualitatis aut generis a principum vel quarumcumque potestatum aut obtineat aut subrepat animis, Iudeos[k] sive[k] non baptizatos in sue observationis detestanda fide et consuetudine permanere, sive eos, qui baptizati sunt, ad perfidiam ritumve pristinum quandoque redire. Nullus sub patrocinii nomine hos pro sue pravitatis licentia conetur in[l] quippiam defensare. Nullus quocumque argumento aut[m] factione illis hanc defensionem[n] conetur[l] inpendere, per quam liceat eis obvia[o] sancte fidei et christiano contraria[p] cultui palam[q] aut occulte[r] aliquatenus adtemtare, nequiter proferre vel tangere. Quod si quispiam hec presumserit temerare, si episcopus fuerit aut etiam ex ceteris clericis adque religiosis vel certe ex cunctis laicis quisque deprehensus extiterit, a convento[s] catholicorum seclusus, excomunicatione ecclesiastica[t] feriatur et quarte partis omnium bonorum suorum amissione multabitur, que fisco

XV. a) Flav. gl. Recc. *legi nequeunt* *R* 1. b) tuere *R* 1. c) conterendam perfidiam *R* 2. d) presessorum *R* 1. e) soliditates *R* 1. f) *ita* *R* 1; quamto *R* 2. g) vivacibus *R* 2. h) conatum *R* 1. i) *ita* *E* 1; profanat iura *R* 2; profane iura *R* 1. k) *verba:* sive baptizatos, *quae sequuntur in ed. Madrit., desunt* *R* 1. 2. *E* 1. l) in — conetur *des.* *R* 2. m) *ita* *E* 1. *alii;* ad *R* 1. n) *ita* *E* 1. *alii;* defensione *R* 1. o) obviasse *pro* obvia sce (= sancte) *R* 1. p) contrario *R* 1. q) pala *R* 1. r) occultare *R* 1. s) conventu *R* 2. t) eclesie *R* 1.

non dubie[u] quamtotius connectetur[v]. Dignum etenim est[w] eos aliquandiu a[x] fidelium Christi societate divelli, et rerum damno[y] multari, qui adponunt Christi amorem et veritatis speciem consensu[z] inimicorum eius detestabiliter inpugnare[a], in legum[b] transgressionibus illa inmobiliter sententia[c] permanente[c], quam dive memorie Sisebutus rex visus est in huiusmodi actione superiori lege sancsisse.

XVI. FLAVIUS CHINDASVINDUS REX.

De Iudaizantibus christianis.

Sicut deflendum a christianis est eorum scelus, qui in Christo prevaricatores exsistunt, ita modis omnibus decernendum, ut nullus omnino veniam mereatur, qui a meliori proposito[a] ad deterius declinasse convincitur. Quia ergo crudelis et stupenda presumtio crudeliori debet extirpari supplicio, ideo legis huius ędicto decernimus, ut, quicumque christianus hac presertim a christianis parentibus ortus, sexus scilicet utriusque, circumcisiones vel quoscumque ritos Iudaicos exercuisse reppertus est vel, quod Deus avertat, potuerit ulterius repperiri, conspiratione et[b] zelo catholicorum tam nobis[c] et atrocioribus penis adflictus morte turpissima perimatur, quam orrendum et execrabile malum est, quod ab eo constat nequissime perpetratum. Eorum vero bona sibi procul dubio fiscus adsummat, si heredes vel propinquos talium personarum facti huius error consentiendo conmaculet.

XVII.

Placitum Iudeorum in nomine principis factum.

Clementissimo hac serenissimo domino nostro Reccessvindo regi omnes nos ex Hebreis Toletane civitatis, qui infra suscripturi vel signa facturi sumus. Bene quidem hac[a] iuste dudum[b] nos meminimus conpulsos fuisse, ut placitum in nomine dive memorie Chintilani regis pro conservanda fide catholica conscribere debere-

u) dubiet *R* 1. v) quonectetur *R* 1. w) *deest* *R* 1. x) ad *R* 1. y) damnum *R* 1. z) conseusum *R* 1. a) inpugnare — inmobiliter *des.* *R* 2. b) regum *R* 1. c) sententiam manente *R* 1.

XVI. *Deest* *R* 2, *ubi tamen rubrica in indice capitulorum sub numero XVI. exstat ante* Placitum Iudeorum *(infra c. XVII).* a) *ita* *E* 1. *alii;* preposito *R* 1. b) *ita* *E* 1. *alii;* ççęlo *pro* et zelo *R* 1. c) *i. e.* novis.

XVII. a) ac *R* 2. *E* 1. b) in nomine *R* 2.

mus; sicut et fecimus. Sed quia et[c] perfidia nostre obstinationis et vetustas parentalis erroris nos ita detinuit, ut nec veraciter Iesum Christum dominum crederemus nec catholicam fidem sinceriter teneremus, idcirco nunc libenter hac placite ispondimus[d] glorie vestre, tam pro nobis quam pro uxoribus et filiis nostris, per hoc placitum nostrum, ut deinceps in nullis observationibus, in nullis usibus Iudaicis misceamur. Iudeis[e] etiam non baptizatis nullo penitus execrando consorcio sociemur[e]. Non more nostro propinquitate sanguinis usque ad sextum gradum incestiva coniunctione vel fornicatione iungamur[f]. Non coniugia ex genere nostro aut nos aut filii nostri vel nostra posteritas nullatenus sortiamur[g], sed in utroque sexu deinceps christianis iugali copula conectamur[h]. Non circumcisiones carnis operemur. Non pasca et sabbata[i] ceterosque dies festos iuxta ritum Iudaice observantie celebremus. Non escarum discretionem[k] vel consuetudinem teneamus. Non ex omnibus, que Iudeorum usus et abominanda consuetudo vel conversatio agit, aliquatenus faciamus; sed sincera fide, grato animo, plena devotione in Christum filium Dei vivi, secundum quod evangelica et apostolica tradicio habet, credamus adque hunc confiteamur et veneremur[l]. Omnes etiam usus sancte christiane religionis tam in festis diebus vel in coniugiis[m] et escis quam in observationibus universis veraciter teneamus et sinceriter amplectamur, nullo reservato aput nos aut oppositionis obiectu aut fallacie argumento, per quod aut illa[n], que facere denegamus, iterum faciamus aut hec, que facere promittimus, minime vel non sinceriter conpleamus. De suillis vero carnibus id observare promittimus, ut si eas pro consuetudine minime percipere potuerimus, ea tamen, que[o] cum ipsis decocta sunt, absque fastidium et orrore sumamus. Quod si in omnibus, que supra taxata sunt, in quocumque vel minimo transgressi[p] inventi fuerimus aut contraria christiane fidei agere presumserimus, aut que congrua catholice religioni promisimus, verbis aut factis inplere distulerimus, iuramus per eundem Patrem et Filium et Spiritum sanctum, qui est unus in trinitate

c) hec *vel* het *R* 1. d) spondemus *R* 2. e) Iudeis — sociemur *des.* *R* 2. f) iungamus *R* 1. g) sociamur *R* 2. h) nectamur *R* 2. i) *reliqua omnia desunt* *R* 2. k) discretione *R* 1. l) *ita* *E* 1. *alii;* veneremus *R* 1. m) *ita* *E* 1. *alii;* conviviis *R* 1. n) *ita* *E* 1. *alii;* alia *R* 1. o) *ita* *E* 1. *alii;* quarum *pro* q. c. *R* 1. p) transgressores *E* 1. *alii.*

Deus: qui[q] ex nobis horum[r] omnium vel unius transgressor inventus [fuerit[s]], aut a nobis ignibus vel lapidibus perimatur, aut, si hunc ad vitam glorie vestre reservaverit pietas, mox amissa libertate tam eum quam omnem rei ipsius facultatem cui elegeritis perenniter deserviendum[t] donetis, vel quidquid ex eo aut rebus eius facere iusseritis, non solum ex regni vestri potentiam, sed etiam ex huius placiti nostri sponsione potestatem liberam habeatis.

Facto placito sub die duodecimo kalendas Martias, anno feliciter sexto regni glorie vestre[1], in Dei nomine Toleto.

EXPLICIT.

q) quia qui *E* 1. *alii*. r) orum *R* 1. s) *deest R* 1. t) *ita E* 1. *alii;* deservienda *R* 1.

1) *Si anni universi totius regni numerantur, est d.* 18. *Febr. anni* 654, *si anni regni post mortem patris, anni* 658.

CHRONICA SEU SERIES REGUM VISIGOTHORUM LEGI RECCESSVINDIANAE ADDITA.

Ex R 1.

CRONICA[a] REGUM[a] VISI[GOTOR]U[M][b] . . . . ab aera CCC . . . . Gallicia . . . . *

*) *Cf. cum hac rubrica, maxima ex parte deleta, quae praebent alii codices: cod. Havn. reg.* 805: In Dei nomine incipiunt nomina regis Gotorum ab era CCC. sub Alarico rege deinde Goti ingressi sunt in Italia. Post quem anno sexto Goti Galias (Golias *c.*), septimo anno Goti Spania ingressi sunt. *Cod. Vatic. regin.* 667: Alarico regnante ab aera CCCI. ingressi sunt Gothi in Italiam. Post huius annos reges Gothi Galliam ingressi sunt. Post septem annos Gothi Hispaniam migraverunt.

Athaulfus reg. ann. VI.[c]
Searicus reg. ann. VII.

Valia reg. ann. III.
Theuderedus reg. ann. VIIII[d].

Ex R 2.

IN NOMINE DOMINI NOSTRI IESU CHRISTI INCIPIT CRONECA REGUM VISEGOTORUM.

Era quadringentesima[1] in Gotis primus rex Atanaricus efficitur, post hunc Alaricus, quo in Italia mortuo Ataulfus elegitur[a]. Isto regnante Goti relicta Italia Galias ac post Spanias occupant. Anni vero regum hac summa notantur:

Atanaricus reg[navit] an[no]s XIII.
Alaricus reg. ann.[b] XXVIII in Italia.

Ataulfus reg. ann. VII.
Sigericus reg. ann. VII; alibi semis tanti[c] d.[c]

Walia reg. ann. III.
Teuderedus reg. ann. XXXIII.

R 1. a) *ita R* 1, *ut videtur, sed post* REGUM 2 *litt. evanidae exstare videntur.* b) UISICUM, *ut videtur R* 1; *in reliqua linea parte exstare videntur:* a . . . . . uisque. c) *ita vel* V *R* 1. d) *ita perperam R* 1.
R 2. a) *corr.* eligitur *R* 2. b) *semper* $\overline{\mathrm{ans}}$, *si plures anni;* $\overline{\mathrm{an}}$ *vel* a$\overline{\mathrm{no}}$, *si unus indicati sunt.* c) *fortasse* tantum dies *intelligendum.*

1) = *a. p. Chr.* 362.

Ex R 1.	*Ex R* 2.
Thurismundus reg. ann. III.	Turismundus reg. ann. III; alibi unum reg.
Theudericus reg. ann. VII.	Teudericus reg. ann. VII; alibi XIII.
Aeuricus reg. ann. XVIIII.	Euricus reg. ann. XV.
Alaricus reg. ann. XXVII.	Item Alaricus reg. ann. XXIII.
Gesaleicus reg. ann. V.	Gesalecus reg. ann. III et in latebra ann. I; alibi XV.
Thedericus[a] reg. ann. XV. Iste ab Italia veniens, non tam suo ordine regnum in Spania tenuit, quam tutelam agens Amalarici nepoti[b] sui per consules[c].	Item Teudericus de Italia regnavit in Spania tutelam gerens Amalarico nepoti suo pro consules ann. XV.[a]
Amalaricus reg. ann. V.	Amalricus reg. ann. V.
Theudi reg. ann. XVII, m.[d] VI, d.[e] XIII.	Teudi reg. ann. XVI, mens. VI.
Theudisclus reg. ann. V, m. III.	Teudisclus reg. ann. I, mens. VI, dies XIII.
(Agila deest.)	Agila reg. ann. V, mens. VI, dies XIII.
Athanagildus reg. ann. XVI, m. VI.	Atanagildus reg. XV, mens. VI, vacante regnum mens. V; et alibi XIII.
Leuva reg. ann. IIII, m. IIII.	Liuba reg. ann. I.
Liuvigildus reg. ann. XVIII; sed secundo anno Leuvani in regno levatus est.	Liuvigildus reg. ann. XVIII.
Reccaredus reg. ann. XV, m. VII, d. XX.	Reccaredus reg. ann. XV, mens. VI[b], d. X.
Item[f] Leuva[f] reg. ann. I, m. VI, d. XII.	Item Liuva reg. ann. I, mens. VI.
Wittiricus reg. ann. VII, m. VIIII, d. XXVI.	Wittericus reg. ann. VI, mens. X.
Gondemarus reg. ann. II, d. X.	Gundemarus reg. ann. I, mens. X, d. XIIII.

R 1. a) *ita vel* Thidericus *R* 1. b) *ita R* 1. c) $\overline{\text{cons}}$ *R* 1. d) $\overline{\text{m}}$ *semper R* 1; *i. e.:* menses. e) đ *semper R* 1; *i. e.:* dies. f) . t . l . . ua *R* 1.
R 2. a) XLI *scriptum videtur R* 2. b) *ita ed. Arevalo, Isid. Op. VII, p.* 186; XV *R* 2.

Ex R 1.	*Ex R* 2.
Sisebutus reg. ann. VIII, m. X, d. XX.	Sisebutus reg. ann. VIII, mens. XI, d. XVI.
Reccaredus minor reg. ann. I, m. II, d. X.	Item Reccaredus reg. ann. III.
Suinthila reg. ann. X.	Suintila reg. ann. X.
Sisenandus reg. ann. V.	Sisenandus reg. ann. IIII, mens. XI, d. XVI.
Chintila reg. ann. III, m. VII.	Chintila reg. ann. III, mens. VIIII, d. VIIII.
Filius eius Tulga reg. ann. II, m. X.	Tulga reg. ann. II, mens. IIII.

Chindasvindus reg. ann. VI, mens. XIII, d. XX. Item cum filio suo Reccesvinto rege reg. ann. IIII, mens. VIII, d. XI. Obiit pridie kalendas[a] Octobris, era DCLXLI[1]. Reccesvintus solus reg. ann. XXIII, mens. VII, d. XI. Obiit kalendas Septembris[b] die, IIII. feria, ora[c] III, era DCCX, anni incarnationis domini nostri Iesu Christi DCLXXII, anni cycli decemnovalis octavo, luna III[2]. Idem cum patre suo reg. ann. IIII, mens. VIII, d. XI. Suscepit autem dominus Wamba regni guvernacula eodem die, quo ille obiit, in supradictis kalendis[a] Septembris dilata unctionis sollemnitate usque in diem XIIII. kalendas[a] Octobris, luna XI, era, quo supra[3]. Idem quoque gloriosus Wamba rex reg. ann. VIII, mense I, dies XIIII. Accepit quoque penitentiam predictus princeps die dominico exeunte, ora noctis prima, quod fuit pridie idus Octobris, luna XV, era DCCXVIII[4]. Suscepit autem succedente die, II. feria, gloriosus dominus noster Ervigius regni sceptra[d], quod fuit idus Octobris, luna XVI, era DCCXV[5], dilata unctionis sollemnitate usque insuper veniente die dominico, quod fuit XIIII. kalendas[a] Novembris, luna XXII, era quo supra[6].

R 2. a) klds. *R* 2. b) Seprb. *R* 2. c) ɵ *R* 2. d) septra *R* 2.

1) 1. *Oct.* 653. 2) 1. *Sept.* 672. 3) 18. *Sept.* 672. 4) 14. *Oct.* 680. 5) 15. *Oct.* 680. 6) 19. *Oct.* 680.

APPENDIX.

CAPITULA IURIS VISIGOTHICI RECUSA EX COLLECTIONE IURIS ROMANO-GOTHICA, REPERTA AB AUGUSTO GAUDENZI.

(1). VII. De[1] filiis ante patrem mortuis. Si cuicumque moriatur filius eius, antequam ille moriatur, et relinquant ei filii nepotes, ita ut unus relinquat unum filium et alius relinquat plurimos, et moriatur postmodum avus illorum intestatus: ille unus talem portionem accipiat ex hereditatem avi sui, qualem et alii plurimi, qui de fratre illius nati sunt. Et si fuerint filii tres vel quattuor, et moriantur duo ex illis, et reliquerit unus unum filium et alius frater plurimos, et moriatur post casus tertius frater sine filiis: omnes nepotes illius aequaliter portionem dividant, hoc est toti. Ita et si duae sorores relinquant filios, una plurimos et alia paucos, et tertia soror moriatur sine filiis: aequaliter partiantur filii earum hereditatem, sicut in edictum scriptum est.

(2). VIII. De naturalibus, qui de ancilla nascuntur, ita et si de ingenua absconse nati fuerint, et si non abeat filios de legitima uxore, potest fieri mater eorum, quae concuba fuit, uxor, cum conscientia tamen regis. Et postea illa mater filiorum in matrimonio, et filii eius sint liberi. Et potestatem habeat, si voluerit, pater derelinquere illis hereditatem suam. Si autem intestatus obierit, sint illi heredes filii.

1) *Interpretationem horum capitulorum omittens lectorem ad ea, quae disseruit Arthur Schmidt, 'Zeitschr. d. Sav.-Stift. IX, Germ. Abth.' p. 228 sqq., et quae monui 'N. Archiv' XII, p. 392 sqq., remitto.*

(3). VIIII. Si quis non habuerit filios legitimos de legitima uxore natos et habuerit naturales, quartam partem hereditatis suae habeat licentiam relinquere naturalibus, si voluerit, dum sanus est, per donationis chartulam, aut moriens per testamentum; ita tamen, si ancilla sit illa concuba ipsius, cum filiis suis ante testes legitimos ingenua dimittatur; ad iunctos filios et matrem illorum det hereditatis suae quartam portionem, nam amplius quarte portionis naturalibus dare non potest. Quod si filios de legitima uxore habuerit, nullatenus ei relinquere liceat naturalibus filiis nisi duodecimam partem; undecim reliquae partes ad legitimos remaneant filios. Si vero pater moriens non reliquerit aliquid naturalibus filiis, ingenui sint sivi contenti; et non eos revocent [a] ad servitium legitimi filii.

(4). X. Si quis iudex voluntate sua iudicaverit et edictum transgressus fuerit propter pecuniam et aliquem preiudicaverit, non sit. Quod si causam ipsam non preiudicaverit voluntariae, satis reducatur secundum edicti seriem.

(5). XI. Si quis iudex miserit nuntium ad aliquem veniendi ad iudicium, et ad quem miserit venire contempserit semel et bis, et si tertio ad iudicis iussum non venerit ad iudicium, perdat causam et restituat debitori [b] suo quod ei debere constiterit. Et si forte praesens non fuerit, quando iudicis praeceptio ad domum ipsius venerit, aut infirmitas illum tardaverit, aut forsitan in causa regis fuerit occupatus, si de his tribus una occupatio fuerit super eum, non molestetur. Et si postmodum venerit, restituat debitum suum secundum regis edictum.

(6). XII. Qui ad iudicium iudicatum non reddiderit debitum et contempserit in duobus mensibus, interpellet creditor regem aut iudicem, qui transmittat sagionem cum ipso, et tollat sagio ille de substantia eius quod ipsum debitum possit valere, quantum creditori suo restituere iussus fuerat, et reddat creditori. Et habeat creditor ille pecuniam apud se, usque dum reddatur ei debitum suum, quod ei lex reddi precepit.

(7). XIII. Si quis causam habet cum alio homine, sicut superius scriptum est, ad regem proclamet aut ad iudicem, quem rex constituit. Quod si, priusquam inter-

a) revocet *c.* b) creditori *emendavit Gaud.*

pellet, pigneraverit et tulerit ei unum caballum, componat solidos tres. Quod si bobem iugalem tulerit, det solidos duos ad hominem illum, cui caballum sibe bus fuerit; et quod pignaverit restituat. Si autem mancipium pignaverit, cum tres solidis eum restituat domino suo.

(8). XIIII. Si quis donaberit aliquid alio homini peculium suum, aut aurum sive argentum, aes aut ornamentum, mancipia aut de peculio aliquid, non requirat postea quod donavit neque vicissitudinem requirat, nisi quod ille sua voluntate retribuere voluerit. Habeat tamen testes duo aut tres ingenuos, testantes, quod illum non impromutuaverit, sed donaverit. Si autem donator ille mortuus fuerit, heredes illius non repetant[a] quod donatum est. Et si non habuerit testes ingenuos, qui ibidem presentes fuerunt in ipsa donatione, restituat ei quod ille promutuavit.

(9). XV. Si quis domum aut villam alio donaverit, hoc, quod donavit, per donationis chartulam firmet, ita ut in ea donatione ipse donator propria manu subscribat, et ipsa donatio non minus tribus testibus roboretur. Si autem ipsa donator et testes litteras nesciunt, unusquisque signum propria manu faciat, et donatio ipsa ante curiales deferatur. Quod si in civitate eadem curiales non possunt inveniri, ad aliam civitatem, ubi inveniantur, deferatur.

(10). XVI. Si quis mutuaverit tributario sive servo alieno sine iussu aut[b] conscientia domini sui, nihil a domino serbi exigat, neque a domo, in qua habitabit ille serbus, nisi de rebus servi, qui mutuum accepit. Ita tamen, si tributum suum non habeat serbus ille completum, ante[c] dominum suum restituat tributa de labore suo, et tunc, si aliquid remanserit de peculio ipsius, interpellet ille, qui illi impromutuavit; et serbum non tangat, sed sit domini sui.

(11). XVII. Si quis ingenuum hominem captivum aut in fame oppressum emerit super quinque solidos numerum, reddatur illi sex; si decem emptus fuerit, reddat duodecim; quod si plures eum sol. emerit, his similia restituatur; et redeat ad libertatem.

(12). XVIII. Si quis ingenuus absconse[1] peculium ad custodiendum acceperit, et hoc se postea accepisse ipse

a) repetat *c.* b) au *c.* c) *i. e.:* antea.

1) *Id est 'sine testibus'.*

negaverit, comprobetur ei, et reddat duplum. Si autem commendatum sibi ad custodiendum peculium per sua neglegentia perdiderit quolibet furto, restituat quod accepit. Quod si suam et alienam perdiderit causam, nihil dare cogatur.

(13). XVIIII. Si quis serbum fugacem venientem ad se susceperit, sive tributarium sive serbum, et ipse se dixerit liberum esse, adducat eum ante priorem civitatis aut ante tres vel quattuor, ante quorum praesentiam se ingenuum dicat. Et postmodum si eum dominus suus invenerit et probaberit, quod serbus ipsius fuerit, et si fuerit inventus, is, qui eum ante testes suscepit, ipsum tantum solum reddat domino suo.

(14). XX. Si cuiuslibet tributarius duxerit tributariam alienam uxorem et procreaverit filios ex ea, medietatem de filiis tollat pater et alia medietatem uxor. Et si cuiuslibet ancilla tulerit serbum alienum, omnes filii matrem sequantur, et dominus eius mulieris habeat omnes.

LEGES EXTRAVAGANTES.

1. *(Lex Visigoth. vulgata II, 4,7).*

ANTIQUA[a].

De his, qui animas suas periurio necant[b].

Si quis animam suam periurio necaverit, seu quisque* presumtuose periurasse detegitur aut si quislibet videns se impressum sciendo veritatem negaverit, dum hoc[c] certius iudex agnoverit, addicatur[d] et centum flagella suscipiat et** statim sic notam infamie incurrat, ut postea ei testificari non liceat. Et*** si potentior fuerit secundum superiorem legem, que De falsariis[1] continetur, insistente iudice quartam partem facultatum rerum suarum amittat, illi consignandum, cui fraudem periurii moliri conatus est.

*) *Codd.* 3. 4: quisque periurare permiserit aut si[e] quislibet videns se in presumendo veritatem[f] negaverit et[g] periurasse detegitur[g], dum *etc.*
**) *Codd.* 3. 4: atque ad testimonium notam *etc.*
***) *Codd.* 3. 4: Et sicut superiori lege de falsariis continetur insistente iudice quartam partem facultatis sue admittat[h] *etc.*

1. *Codd.:* 1. *Cod. Escur. Z II* 2, *saec. XI; cf. N. Arch. VI, p.* 282 *sqq. (Cod. Cardon. ed. Madr.).* — 2. *Cod. Escur. V II* 15, *saec. XII; cf. N. Arch. VI, p.* 281. — 3. *Cod. Tolet. Cap.* 43, 6; *saec. XIII; cf. Arch. VII, p.* 720; *VIII, p.* 822. — 4. *Cod. Escur. S II* 21, *saec. XIV; cf. Arch. VIII, p.* 817.

a) *deest* 2. 4. b) necaverint 3. c) *deest* 4. d) abdicatur 4. e) per quodlibet 4. f) *bis scr.* 4. g) et p. det. *des.* 3. h) amittat 4.

1) *Scilicet titulo:* De falsariis. *Non ad legem Chindasvindi VII,* 5, 2, *quae non est 'superior', sed ad antiquam deperditam pertinere videtur.*

2. *(Lex Visigoth. vulgata II, 5, 10).*

FLAVIUS[a] GLORIOSUS[b] RECCESSVINDUS[c] REX.

De[d] superfluis scripturis et[e] super ordinem legis confectis.

Plene discretionis ordo est incertis adhibere cognitionem et dubiis conicere fidem. Quia ergo de statu scripturarum solet dubietas in controversiis exoriri, ideo[f] precepto evidenti decernitur, ut quicumque virorum ac feminarum testamenta[g], donationes, dotes vel quascumque scripturas conficit amplius, quam lex iubet, in quibuscumque partibus sive personis contra sanctionem legis de quarumcumque rerum distributione decreverit, non ideo ex toto habeantur invalide[h], quia ordo prefixus videtur esse transgressus; sed manentibus cunctis, que* salubrius ex legis auctoritate subsistunt, illa sola decidant, que contra legem inveniuntur manere** descripta atque decreta. Huius rei evidenter iudices negotiorum hoc[i] tenore descripta ordinabunt, ut ille, cui plus conficitur per scripture seriem, quam oportuit, hoc solum accipiat, quod auctoritas legis demonstrat, et reliqua hi, quibus legitime debentur, vigore iusticie sequantur.

*) *Codd.* 3. 4: que subsistunt ex legis huius auctoritate illa *etc.*

**) *Cod.* 3: manere conscripta. Huius rei evidenciam iudices negotiorum pro tenore iudicii ordinabunt, ut ille, cui plus conditor scripture contulit, quam oportuit, hoc solum accipiat, quod auctoritas legis huius demonstrat, reliqua vero hi, quibus legitime debentur, vigore iustissime consequantur.

Cod. 4: esse conscripta. Uius rei evidenciam negotiorum hanc discrecionem servabit: ut, cum talis scriptura fuerit in ipsius iudicio prolata non ex toto habeatur invalida; sed hoc suo iudicio denotetur, ita ut, ubi plus confector scripture contulit quam oportuit, hoc solum accipiat, quod auctoritas legis demonstrat; reliqua hii, quibus legitime debentur, iure percipiant.

2. *Codd.:* 1. *Cod. Escur. Z II* 2 *(cf. supra nr.* 1, *cod.* 1*).* — 2. *Cod. Skokloster.* 22 *(olim Petavianus), saec. XII; cf. 'Monatsber. d. Berl. Akad.* 1864, 4. *Febr.'* — 3. *Cod. Gorlitz. (olim Hallensis Ludewigi nr.* 538*), saec. XIII; cf. Arch. VII, p.* 720. — 4. *Cod. Escur. K II* 10, *saec. XIV.* — 5. *Cod. Escur. S II,* 21*; cf. supra nr.* 1, *cod.* 4. — *Cod. Legionensis cf. infra nn. a. c.*

a) Antiqua *praemittit* 1*; post* rex *add. cod. Legion.* b) *ita* 2, *et ut videtur* 3*; deest cett.* c) *ita* 1, *et ut videtur* 3*;* Reccareus *ut plerumque pro* Reccessvindus 2; Cindasvindus 4 *et cod. Legionensis.* d) De his qui contra legis ordinem confecerint scripturas *pro* De — confectis 3; Si aliquis scripturam fecerit amplius quam lex iubet 4. e) et — legis 2; *des.* 1. f) adeo 3. 4. g) testamentum 2. h) invalida 2. 4. i) hec 2; hunc tenorem descriptum 5.

INDICES.

I.

INDEX LEGUM.

I. Leges Eurici regis.

Codicis Euriciani fragmenta p. 3—19.

II. Leges Antiquae.

Lib. II, tit. 1, cap. 19.
„ „ 1 „ 21.
„ „ 2 „ 3.
„ „ 2 „ 8.
„ „ 3 „ 2. 3.
„ „ 3 „ 5—8.
„ „ 4 „ 2.
„ „ 4 „ 11 (emend.).
„ „ 5 „ 2. 3.
„ „ 5 „ 8.
Lib. III, tit. 1, cap. 1. 2.
„ „ 1 „ 6—8.
„ „ 2 „ 1—6.
„ „ 2 „ 8.
„ „ 3 „ 1. 2.
„ „ 3 „ 4—7.
„ „ 4 „ 1—5.
„ „ 4 „ 7—11.
„ „ 4 „ 14—17.
„ „ 6 „ 1.
Lib. IV, tit. 1, cap. 1 sqq.
„ „ 2 „ 1—4.
„ „ 2 „ 7. 8.
„ „ 2 „ 10—15.
„ „ 3 „ 3.
„ „ 4 „ 1—3.
„ „ 5 „ 5.
Lib. V, tit. 1, cap. 2—4.
„ „ 2 „ 1.
„ „ 2 „ 3—5.
„ „ 2 „ 7.
„ „ 3 „ 1—4.
„ „ 4 „ 1—3.
„ „ 4 „ 4 (emend.)
Lib. V, tit. 4, cap. 5.
„ „ 4 „ 7—12.
„ „ 4 „ 14—17.
„ „ 4 „ 20.
„ „ 5 „ 1—10.
„ „ 6 „ 2. 3.
„ „ 7 „ 1—5.
„ „ 7 „ 7—13.
„ „ 7 „ 16.
Lib. VI, tit. 1, cap. 1.
„ „ 1 „ 3.
„ „ 1 „ 7.
„ „ 3 „ 1—6.
„ „ 4 „ 2.
„ „ 4 „ 4.
„ „ 4 „ 8—11.
„ „ 5 „ 2.
„ „ 5 „ 6.
„ „ 5 „ 11.
„ „ 5 „ 18. 19.
Lib. VII, tit. 1, cap. 1—5.
„ „ 2 „ 1—7.
„ „ 2 „ 9—12.
„ „ 2 „ 14—22.
„ „ 3 „ 3—6.
„ „ 4 „ 2—5.
„ „ 4 „ 7.
„ „ 5 „ 1.
„ „ 5 „ 3—6.
„ „ 6 „ 3—5.
Lib. VIII, tit. 1, cap. 2. 3.
„ „ 1 „ 6. 7.
„ „ 1 „ 9—13.
„ „ 2 „ 1—3

Lib. VIII, tit. 3, cap. 1 (emend.).
„ „ 3 „ 2—4.
„ „ 3 „ 5 (emend.).
„ „ 3 „ 6—17.
„ „ 4 „ 1.
„ „ 4 „ 3—20.
„ „ 4 „ 22—30.
„ „ 5 „ 1—5.
„ „ 5 „ 7.
„ „ 6 „ 1. 2.
Lib. VIIII, tit. 1, cap. 1—14.
„ „ 1 „ 15 (Chind. emend. ?).
„ „ 1 „ 17. 18.
Lib. VIIII, tit. 2, cap. 1—7.
„ „ 3 „ 1—4.
Lib. X, tit. 1, cap. 1—3.
„ „ 1 „ 5.
„ „ 1 „ 6 (emend.).
„ „ 1 „ 7—16.
„ „ 2 „ 1—3.
„ „ 3 „ 1—3.
„ „ 3 „ 5.
Lib. XI, tit. 1, cap. 1—8.
„ „ 2 „ 1. 2.
„ „ 3 „ 1—4.
Extravag. 1 (p. 321).

Leges sine titulo traditae pro antiquis habendae.

Lib. II, tit. 1, cap. 11.
„ „ 2 „ 1.
Lib. VII, tit. 6, cap. 1.
Lib. VIII, „ 5 „ 8.

III. Leges Reccaredi I. regis.

Lib. III, tit. 5, cap. 2.
Lib. XII, tit. 1, cap. 2.
„ „ 2 „ 12.

IV. Leges Sisebuti regis.

Lib. XII, tit. 2, cap. 13. 14.

V. Leges Chindasvindi regis.

Lib. II, tit. 1, cap. 6.
„ „ 1 „ 10.
„ „ 1 „ 16—18.
„ „ 1 „ 20.
„ „ 1 „ 22. 23.
„ „ 1 „ 24 (emend.).
„ „ 1 „ 29.
„ „ 2 „ 2.
„ „ 2 „ 4. 5.
„ „ 2 „ 7.
„ „ 2 „ 9.
„ „ 3 „ 4.
„ „ 3 „ 9. 10.
„ „ 4 „ 1.
„ „ 4 „ 3—7.
„ „ 4 „ 9.
„ „ 5 „ 1.
„ „ 5 „ 4.
„ „ 5 „ 6. 7.
„ „ 5 „ 11—13.
Lib. III, tit. 1, cap. 3.
„ „ 1 „ 5.
„ „ 2 „ 7.
„ „ 3 „ 8.
„ „ 3 „ 10. 11.
„ „ 4 „ 12. 13.
Lib. III, tit. 5, cap. 1.
„ „ 5 „ 3—5.
„ „ 6 „ 2.
Lib. IV, tit. 2, cap. 5.
„ „ 2 „ 9.
„ „ 2 „ 18. 19.
„ „ 3 „ 1. 2.
„ „ 5 „ 1—4.
Lib. V, tit. 2, cap. 2.
„ „ 2 „ 6.
„ „ 4 „ 13.
„ „ 4 „ 18. 19.
„ „ 6 „ 5. 6.
„ „ 7 „ 6.
„ „ 7 „ 14. 15.
Lib. VI, tit. 1, cap. 2.
„ „ 1 „ 4—6.
„ „ 2 „ 1—4.
„ „ 3 „ 7.
„ „ 4 „ 1.
„ „ 4 „ 3.
„ „ 4 „ 5—7.
„ „ 5 „ 12.
„ „ 5 „ 14—17.
Lib. VII, tit. 2, cap. 13.
„ „ 3 „ 2.

VI. Leges Reccessvindi regis.

Placitum in nomine Reccessvindi regis scriptum.

II.

INDEX PERSONARUM ET LOCORUM.

III.

INDEX RERUM ET VERBORUM.

B.

C.

D.

D.

E.

F.

I.

K.

L.

M.

N.

O.

P.

Q.

R.

1) *Ita etiam p.* 269. *pro* quinquagentenarius *legendum est; cf. Addenda et corrigenda.*

T.

ADDENDUM.

P. XIV. infra post: 'cursivis quae dicuntur'. adde: 'In codice omissa inter signa < > *addidi'.*

HANNOVERAE. TYPIS CULEMANNORUM.

